B 14
171
BIBLIOTECA NAZIONALE
CENTRALE - FIRENZE

R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
FIRENZE

LIBRI
DONATI DAL
DOTTOR ANNIBALE GIULIONI
GIURISTA
Nato a Firenze il 7 Febbraio 1807
e morto il 1° Dicembre 1895 in Firenze.

16 Maggio 1896

INSTITUTIONES
JURIS CANONICI
CUM EXPLICATIONIBUS

IN QUIBUS UNIVERSUM JUS PONTIFICIUM PROPONITUR

ET NOTITIA HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ PASSIM ILLUSTRATUR

Nec non variis diſputationibus, aliqua novitate, ad uſum ſbcolaſticum excitatis, diſcuſſiſque, elucidatur

O P U S

LAZARI BENEDICTI MIGLIORUCCI

Sacrorum Canonum in Piſana Univerſitate Profeſſoris Ordinarii

REGIÆ CELSITUDINI

C O S M I III.

MAGNI ETRURIÆ DUCIS

D I C A T U M

LIBER I.



PISIS, MDCCXII.

Ex Typographia Franciſci Bindi Impreſſoris Archiepiſcopalis.

SUPERIORUM PERMISSU.

B° 44 - 171

Digitized by Google

REGIA CELSITUDO.

QUO primùm tempore Canonicarum Inſtitutionum opus conficere meditatus ſum, obvium Te menti meæ præbuiſti, Principum Clementiſſimè; atque jam tùm intellexi deberi Tibi quicquid meo labore, meiſque vigiliis peperiſſem. Non quòd ejuſmodi aliquid, in hac mea tenuitate, præſtare confiderem, quod Tibi deceret offerre, Tuæque videri poſſet Magnitudini conſentaneum. Sed quum innumeris cumulatum me, meamque domum beneficiis viderem, ab eximia Tua Clemen-

men-

Digitized by Google

mentia profectis; hæſit infixa menti meæ Regia benignitas; ſemperque obverſaris animo, ſemper Ille mitiſſimus Princeps: a quo præſidium inſigne rerum mearum, ſtudiorumque ſum conſequutus. Tibique propterea, niſi quam poſſem grati animi ſignificationem exhiberem propitiam nactus opportunitatem; Non his literis, quibus me totum addixi, non hac luce uſura viderer dignus; non hac Illuſtri Patria in qua editum me, tanto Principe rerum Domino, & maximam duco felicitatem, & ſummo bonorum omnium largitori Deo gratias ago, agamque ſemper immortales. Quamquàm, propoſitum dùm exequor, conorque meis officiis ſatisfacere; id ipſum magis Tuæ Munificentiæ me reddit obnoxium; quòd hoc mihi largiaris, ut meæ lucubrationes poſſint Tuum Nomen auguſtum circunferre. Quantum hoc eſt, Tuis ſub auſpiciis meum opus, Tuique Nominis inſcriptione prodire! Siquidem fœtus hic ingenii rudis alioquin, & inconcinnus, Tuis laudibus, Tuaque gloria perfruetur: quæ non tantùm Etruſcæ Ditionis oras implevit, ſed longè lateque regiones exteras eſt pervagata. Nam Sacrum Jus Regiæ Celſitudini COSMI III. dicatum quicunque inſpexerint; ſtatim iis in mentem veniet, quam ſit Ejus Vita Sacri Juris præceptis conformata; Quanta in omnes Eccleſiaſticas Pietas, ac veneratio; Quanta rectæ Mentis vis, & invicta; Quanta in depellenda ſuis a populis contagione culparum ſollicitudo; Quàm ſe ex alto dignitatis faſtigio ad privata Subdi-

torum

torum deſideria facilem benignumque impertiat; Quam nihil animo volvat, niſi Magnum, Juſtum, Sanctum, quodque divinæ undequaque voluntati ſatisfaciat. Quod ſi quis erit tamen, qui parùm benignè factum interpretetur meum, adſcribatque temeritati Regiam auctoritatem editioni tam imperfectæ præſtruxiſſe; cogitet hic, Solis inſtar Magnos eſſe Principes; qui jugiter ex alto fundens theſaurum lucis inexhauſtum, pariter & ima vallium, & culmina montium ſplendore perfundit. Octavium Cæſarem Auguſtum, refert Suetonius cuidam trepidè libellum porrigenti, qui manum nunc protenderet, nunc retraheret, comitate ſumma formidinem omnem ademiſſe. Jam, nec mihi, de benignitate mei Principis in bonas artes tam propenſi venit in mentem dubitare. Nempè, hoc proprium eſt, fuitque ſemper auguſtæ Medicum Familiæ, favere Literis, earumqne cultores ornare, tueri, munificentia complecti. Verè habuit hæc Regia Domus Heroes vindices, Statoreſque Literarum; Tantoque humanior, quò felicior, nobiles Diſciplinas jacentes, ac pene extinctas ad Vitam revocavit: & in antiquam dignitatem, nitoremque reſtituit. Hoc quidem fuit, bono publico conſulere; Hoc, ſibi Terrarum Orbem beneficiis demereri; Hoc, de Barbarie triumphum agere magnificum. Nec erunt ullæ in omni poſteritate tam ingratæ literæ, quæ Gloriam hanc Thuſcorum Regum conticeſcant, optimamque in re tanti momenti navatam operam, unde pro-

ven-

ventus bene literatorum mirificus effloruit. Certatim Medicum in nobiles facultates beneficia, hactenus memoriæ prodiderunt Hiſtorici; Mira dicendi ubertate exornarunt Oratores; Poëtæ illuſtriorum opifices carminum celebrarunt: qualis ille, Marcus Hieronymus Vida, quem ſui Oevi Poetarum Principem habitum fuiſſe refert Julius Cæſar Scaliger *Poetices Libro VI.* *qui & Hypercriticus cap. 4. pag. 740.* Sic enim Cremonenſis Vates *Lib. 1. de Arte Poetic.*

Jampridem tamen Auſonios invisere rurſus
Cæperunt Medicum revocatæ munere Muſæ
Thuſcorum Medicum; Quos tandem protulit ætas
Europæ in tantis ſolamen dulce ruinis.
Illi etiam Graiæ miſerati incommoda Gentis;
Ne Danaum penitus caderet cum nomine Virtus;
In Latium advectos juvenes, juvenumque Magiſtros,
Agricolas artes quibus eſſet cura tueri,
Securas Muſis juſſere, atque otia amare.
Illi etiam captas latè miſere per Urbes,
Qui doctas Tabulas veterum monumenta virorum
Mercati pretio adveherent, quos Barbarus igni
Tradebat, Danaum Regnis, opibuſque potitus.

Præclaram hanc conſuetudinem, laudemque Mediceæ domus, eximiam ac ſingularem, non tueris tantum, COSME Principum Clementiſſime, ſed quam orbitam Illuſtres illi Majores impreſſere Generoſæ Poſteritati, niteris ad metam ulteriorem extendere. Soſpitet Te fortunetque Deus Optimus Maximus; Detque nobis Tua iſta Benignitate, Juſtitia, Pietate, cæteriſque Regiis Virtutibus, quibus exornaris, ad Etruriæ felicitatem, populorumque ſolatium, quamdiutiſſime perfrui.

De Auctoribus Canonicarum Inſtitutionum Hiſtorica Diſquiſitio,

In qua Inſtitutionum Canonicarum neceſſitas aſtruitur. Franciſci Florentis infirmatur opinio. Inſtitutionum earumdem recenſentur Scriptores. Illuſtriſſimi & Clariſſimi Piſani Lycæi Moderatoris, ac Senatoris ampliſsimi Præſidiſque Equeſtris Ordinis D. Stephani Pont. et Mart. D. Nicolai Antinori habetur mentio; Additurque in fine Auctoris proteſtatio.

QVod utile duxit in primis, ac neceſſarium Summus ille Romanæ Iuriſprudentiæ vindex, et inſtaurator Iuſtinianus, primus hujus nominis Cæſar, primuſque propoſiti ingentis executor; ut ſtantibus in Legum veſtibulis, et ad earum arcana properantibus, totius legitimæ ſcientiæ principia quædam ſuppeterent, quaſi ſuccus infirmæ, rudique ætati peropportunus, ut ſuum aperit conſilium Imperator idem, exprimitque non obſcurè in *L.* 1. §. *ideoque* 11. & in *L.* 2. §. *ſed cum perſpeximus Cod. de vet. iur. enucl.*: Id non minus Sacri Iuris expoſcit diſciplina, quæ pariter propter eximiam dignitatis, & fructus commendationem, conciliat, adjungitque ſibi juvenum ſtudia. Nam ſi Quiritum legibus recens admoti, certo indigent principiorũ lumine, ne quaſi oberrantes in tenebris in multa turpiter impingant: Eadem ratio eſt Canonicis Inſtitutionibus adjuvandi juveniles conatus. Non enim in tenues res contruſum Ius noſtrum: non ejus merces exiguæ, facilèque parabiles, et ad manum; latè patet; abſtruſum eſt; reconditarum rerum ad ſe advocat cognitionem; Nil eſt, quod magis proſit, ſi probè paretur; nil eſt, quod magis poſſit obeſse, neglectũ. Ergo ſine Canonum Inſtitutionibus perinde erit, ac ſi quis in editi, præcelſique montis faſtigium evadere nitatur per abruptas, & aſperas cautes; cum faciliùs poſset per obliqua montis latera ſenſim progredi, ſecuriùſque.

At ecce bellicum canit Franciſcus Florens Aurelianenſis primùm, deinde Pariſienſis Anteceſsor, *Iuridicorum Operum Tomo* 1. *in præfatione pag.* 41. in Auctores Canonicarum Inſtitutionum, ita diſputans: *Studioſorum aures ea tantum ab initio debent accipere, quæ certa ſint, et auctoritate publica confirmata; Nam quæ privatim quilibet, quamvis do-*

ctus, & ingenioſus ſcribit, in promptu eſt non admittere &c. Idemque in *Monito novem Tractatibus in Librum Decretalium præfixo pag.* 64. circa initium hæc habet: *Obverſabantur animo compendia, breviationes, catholica, ſeu generalia quædam principia; Sæculi genio obſequendum, quo per Indices, & Epitomas nimium quantum ſapere geſtiunt*. Permanenſque in ſententia Florens idem in *Oratione de recta Iuris Canonici diſcendi ratione* prope finem §. *Prudentia* pag. 63. ejuſdem Tomi 1. ita ſcribit: *Compendia quaſdam ſpecies, quaſdam antinomias, avidis ſectatoribus ſuis, quaſi manſa in os ingerunt: adeòque verendum eſt; ne quod olim picturæ contigiſſe dicitur, ut perierit, poſtquam Ægyptiorum audacia, tam magnæ artis compendiariam invenit; Idem & Iuriſprudentiæ, longe maiori publicæ rei damno, eveniat, pernicioſiſſimo huiuſmodi Breviatorum facto*.

Itaque ex Florentis ſententia, conducibilius eſt, qui ſe ſtudio Sacri Iuris addixerint, rudes, & imparatos ad Decretales convolare: Et fecere ſubarroganter, qui ad ſcribendas Inſtitutiones curam intenderunt ſuam: merenturque, quicquid illud ſit operoſi conatus, ut nemo ſpectet, legatve; pœnam indeprecabilem.

Ego verò, niſi ducitur abs re ſuum ſenſum expromere, non ſatis percipio, cur ex Canonum Sacrorũ Decretis certi aliquid erui non poſſit

Lucret. Lib. III. verſu 11 — *Floriferis ut apes in ſaltibus omnia libant?*

Cur quæ fideliter excerpta fuerint, ac præflorata, amatoribus Sacræ Iuriſprudentiæ non liceat exhibere, ut habeant ex latè ſparſo tot Canonum apparatu omnino faciles, ac ſimplices munditias? Cur de ſinceritate ſcribentis dubitandum, qui et hauſta proponat ex fontibus ipſis, et ad Interpretum ſublimiorum, ſpectatæque fidei lucernam evigilarit? Cur eadem aſpergi notis rudimenta non poſſint, et in ea providè congeri, & comportari nobilium Scriptorum è penu deprompta? Quandonam auditum eſt ad rei ſummam nullis præcedentibus initiis perveniri? Parvaque contemnenda, quæ viam ad majora faciant, muniantque; et ſine quibus majora non conſiſtunt?

Lucret. Lib. I. verſ. 190.

E terraque exorta repente arbuſta ſalirent,
Quorum nil fieri, manifeſtum eſt, omnia quando
Paulatim creſcunt

Eſto, Prætorio nullus edicto ad has recipiendas Inſtitutiones compellatur; Scriptorque iſti aleæ caput objectarit, ut poſitum in aliorum arbitrio ſit, an ſtet, vel cadat. Quid tùm poſteà? Ergone effræna hæc

liber-

libertas, neceſſitatem è medio tollit Canonicarum Inſtitutionum? Ergone operam ludunt ex Theologis tam multi, qui Summas condūt, et latè ſparſa quaſi in faſciculum concinnant, ut habeant divinæ ſcientiæ cultores dictionem perbrevem, ſed fætam rerum multarum, atque magnarum? Studiisne iraſcentur ſuis, ſi parum benignè à nonnullis factum interpretetur, cupiditatem juvandi hac mercede rependentibus?

At adhuc obſtinatè negotium exhibere nititur, rigidèque ſuæ morigeratur opinioni Florens, ſic urgendo anguſtiùs *in eadem Præfat. Tom.* 1. *pag.* 41. *Adde quod huiuſmodi Inſtitutionum Auctores aliam viam, ac methodum inſtituentes, quàm Pontifices, et Iuris Canonici Conditores, à lectione Decretalium, vel omnino avertunt, vel ſaltem ad eas legendas animos non præparant.*

Hem quid ais Doctiſſime Florens? Ictum hunc alium non linquam irrepercuſſum. Enimverò Cæſareis Inſtitutionibus ſuâ dignitas conſtat, ſuæque nil decedit utilitati, quamquam ita ſcriptæ deprehendantur, ut non omnino Digeſtorum Titulis congruant. Verbis utar appoſitè Viri illius præcellentis Angeli Mathcacii *De via, et ratione Iuris Lib.* 1. *cap.* 28. *nu.* 32. *pag.* 57. *Præoccupatum ordinem Edicti perpetui inſequi, et legem, ſecundum quam Iuriſconſultorum nomina, qui illa Iuris reſponſa dediſſent, Tribonianum perſcribere oportuit. Aliud liberè ad finem omnia, et ſingula inter ſe, et ad ſcopum, prout res ipſa poſtulat, diſponere: Quo pulcherrimo ſanè ordine elementa Iuris, vel ipſæ Iuris Inſtitutiones diſpoſitæ maximè fulgent.* Quæ potior ergo ratio eſt, cur Inſtitutionum adjumenta ad ſolum Civilium Legum cultores releganda, ſiccoſque, et aridos juvenes Decreralibus tradendos, arbitremur?

Intelligo, quàm ſalebroſo in loco verſer, quàm arduum ſit Viri omnes ingenioſiſſimi conterere ſubtilitates. Experiamur, ſi fando parùm proficimus, an iſtuc ipſum non improſperè cedat, adhibito Oratorū artificio, quod tamquam præſentiſſimum remedium putant, ad commovendos Iudicum animos, atque omni ratione flectendos: ut ait Cicero *Lib.* 2. *de Orat. pag.* 227. Nam poſtquam multum dicendo laborarunt, ad certiorem dictionis fructum, producere ſolent, aut periclitantes ipſos, et in diſcrimen adductos, aut rei corporeæ, ſpectabiliſque imaginem ob oculos ponere, in quibus ad pertinaciam amoliendam plurimum eſſe momenti, re factiſque comprobatum eſt. En igitur in proſpectu Virorum præcellentium lucubrationes, qui in animum induxerunt rudimenta Canonici Iuris conſcribere. Has volo demonſtrare ſatis, ſuperque, Elementorum doctrinam viam eſſe regi-

am, ſi conſtabit, eam ſignatam, impreſſamque plurimorum fuiſſe veſtigiis. Recenſebo præſtantium Virorum nomina, qui ſibi materiam gloriæ ex his præceptionibus quæſierunt; eritque in ipſa notatione temporum quod delectet nonnihil. Præſertim id arbitror in rem conducere, ut quoniam ego etiam partem hujus agri colendam mihi ſumpſi, niſi quicquam ſit in meo opere, quod ſatisfaciat,

Nam neque chorda ſonum reddit, quem vult manus, aut mens;
Hor. Art. Poet. verſ. 345 *Poſcentique gravem perſæpè remittit acutum*
Nec ſemper feriet, quodcumque minabitur, arcus,

docuiſſe ſaltem videar, unde parentur opes. Quam quidem provinciam comperi magna ex parte jampridem occupatam à doctiſſimo Ioanne Doviat Anteceſſore Pariſienſi *in Libris Prænotionum Canonicarum*; non tamen ægrè fero, indignorque, tantum Virum mihi facem prætuliſſe; tum quia Lector minus obluctabitur adverſus fidem narrationis, tum quia, non pauci, quos idem Doviat ſilentio ſupprimit, noſtra opera ab cblivione vindicabuntur.

Auctores Canonicarum Inſtitutionum.

Sæculi XIII.

Goffredus —— *Hoſtienſis.*

A Goffredo initium ſit. Primus, qui Gregorii IX. Decretales illuſtrare ſit aggreſſus, et ex his quaſi ſuccū exprimere ad captum faciliorē, via, et ratione canonicam peritiam proponens, extitiſſe videtur Ioannes Goffredus Tranenſis; Quod opus Summam inſcripſit. *Doviat. Prænot. Canon. Lib.* 5. *cap.* 5. *pag.* 598. Citatur ſæpiſſimè Goffredus ad fidem prolatæ ſententiæ ab Egidio Bellamera in Lecturis *ſuper Decretales.*

Henricus Hoſtienſis eodem hoc ſęculo floruit Seguſii in Diæceſi Taurinenſi natus. Hic à Franciſco Balbo *in Proœm. Cod. de Præſcript.* Iuris utriuſque Monarcha dictus. Ab Alexandro IV. fuit evectus ad ampliſſimam Cardinalis dignitatem. *Raphael. Volaterran. Anthropologiæ Lib.* 21. Summam Iuris Canonici confecit, quam fortuito conſumptā incendio a ſe reſtitutam in fine operis teſtatur. De hac Summa meum judicium hoc eſt

Caneſcet ſæclis innumerabilibus.

Au-

Digitized by Google

Auctores Canonicarum Inſtitutionum.
Sæculi XVI.
Cuccus-Lancellottus-Venatorius-Epo-Caniſius-Petrus Gregorius.

Ætas hæc felicior, utpote quæ effudit copiam Virorum, qui ingenio, atque doctrina in omnem poſteritatem nomen ſibi pepererunt. Noſtræ ſcientiæ elementa olim craſſiora, eorum opera deſęcari ceperunt, ſeque à pulvere gloſſematum erigere. Enimvero nihil eſt ſimul inventum, ac perfectum. *Cicer. de Clar. Orat. pag.* 303.

Antonius Cuccus Ticinenſis Academiæ profeſſor percelebris, Iuſtiniani Cæſaris imitatione Canonicas Inſtitutiones duplici opere compoſuit, breviori uno, & concinno, majoris molis altero. Extat ad eum Marci Hieronymi Vidæ Cremonenſis Albæ Epiſcopi Poetę clariſſimi latina epiſtola, qua breviores Inſtitutiones miris laudibus in Cælum vehit. In impreſſione Lugduni facta anno 1574. Martinus Gilbertus notas minoribus Inſtitutionibus adjecit, præmiſſa Oratione *de univerſo Iure recipiendo, ac de habendis, recipiendiſque eiuſdem Iuris Inſtitutionibus.*

Ioannes Paulus Lancellottus Iuriſconſultus Peruſinus eodem ferè tempore hortatu Pauli IV. S.Pontificis operam ſuam ad ſcribendas Inſtitutiones contulit, quas abſolutas, maturatas, recognitasque ab Illuſtribus Aulæ Romanæ Viris auſpiciis Pii IV tunc ſedentis ad gubernacula Chriſtiani Orbis evulgavit circa annum 1560. paulò ante Tridentinæ Synodi exitum. Prodierunt magnificentiùs editæ Venetiis anno 1703.*apud Iacobum Tomaſinum* Gloſſis illuſtratæ ejuſdem Auctoris, *Bartholini, Timothei, Riccii, Solierii, Archipresbyteri,* omiſſis tamen notis Ioannis Doviat ad Lancellottum emendatum, qui prodiit *anno* 1684. Prodiit etiam ad Lancellotti Inſtitutiones explicatum Ius Canonicum, cum hac inſcriptione: *Gaſpar. Zieglerus Ius Canonicum ad Lanceclotti Inſtitutiones explicatum* - Et rurſus: *Ius Canonicum notis, & animadverſionibus academicis ad Ioannis Pauli Lancellotti Inſtitutiones enucleatum* - Quod opus Ziegleri indicatum volo, non ut lectores inveniat, quod et ſentio de aliis, ſi qui ſint ejuſdem generis, Auctoribus opinioſiſſimis, ſed ut tamquam lues abjiciatur. Ad rem Lactantius *Lib.3 cap. 30. Faceſſant omnes iſti, qui vitam humanam non inſtruunt, ſed turbant.* O audaciam minimè ferendam, operi tam mundo manus admoviſſe tam fædatas, hominem hæreſum contagione infectum, & contaminatum! Nimirum idem accidit Ioanni Paulo noſtro, quod interdum obſervare datur in flore ad aſpectum jucundiſſimo. Flos ille

Qui

Digitized by Google

. . . . Qui in ſeptis ſecretus naſcitur hortis
Catull. *Quem mulcent auræ, firmat ſol, educat imber*

expoſitus et apibus, et araneo eſt. Si, quibus generandi mellis officium eſt, apes illi inſederint, ſuccum, quem appetunt, in eo dulciſſimum, ac ſaluberrimum reperiunt. Si verò araneus ſtructa circum tela ſe in florem projecerit, fabricat inde mortiferum venenum, quo prædas in explicata retia incurrentes inficere, ac necare poſſit.

Daniel Venatorius Iuriſconſultus Germanus anno 1579. methodicam edidit Sacri Iuris elucidationem, dicatam Danieli Archiepiſcopo Electori Moguntino, Prȩlatiſque, et Canonicis Capitularibus ejuſdem Eccleſiæ. Opus *Papinianea* Antonii Fabri nonnihil ſimile. Ex principiis, quaſi primis notis, ad id, quod difficilius videtur, adducit. Admirabilis continuatio, ſerieſque rerum; ut alia ex alia nexa, et omnes inter ſe aptæ, colligatæque videantur.

Boetius Epo Rordahuſæ in Friſia natus in Academiam Duacenſem anno 1562. adſcitus per annos 37. Sacros Canones cum laude, plauſuque interpretatus eſt. Principiorum Iuris Pontificii Libros poſteritati reliquit. *Doviat. Lib. 5. cap. 8. pag. 636.*

Henricus Caniſius Noviomagus Belga, Petri Caniſii Societatis Ieſu conſpicui, inſigniſque Sacerdotis, Fratre natus, Academiæ Ingolſtadienſis Anteceſſor, et Primarius, ad exitum vitȩ vocatus anno 1509. reliquit inter ejus opera Summam Iuris Canonici planè perfectam, in Libros quatuor Inſtitutionum contractam. Adeo in illa, accurata omnia, ut nil detur offendere

Hor. art. Poet. 195. *Quod non propoſito conducat, & hæreat aptè*

Petrus Gregorius, Toloſanus à Patria dictus Palladia, ſcilicet Toloſa, publicè Iura docuit in Toloſana Vniverſitate; Tùm in Carducenſi ab anno 1570. ad annum 1580. Accitus ob ſui nominis celebritatem in Lotharingiam Muſſipontanam Academiam anno 1582. Auditoribus, qui ſe magno concurſu ad diſcendum ſemper obtulerunt, Vtriuſque Iuris doctrinam impertiit. Edidit præter alias eruditiſſimas lucubrationes, quæ ſtuporem incutiunt, Partitiones Iuris Canonici ad imitationem Summæ Hoſtienſis.

Digitized by Google

Auctores Canonicarum Inſtitutionum
Sæculi XVII.

Frerotus - Pacius - Zoeſius - Vallenſis - Gaufrè - Axel - Nevis - Schmuckyus Sigiſmundus - Stephanus - Sixtinus - Bleynianus - Cironius - Chaſſaneus Royæ - Cabaſſutius - Corvinus - Vrbanus - Maioretus - Engel - Streinius Fleuris - Gibalinus - Halleus - Nicolius - Sannig - Phabeus - Pilaia.

Hoc quidem Sæculo, ſacræ elementaris ſcientiæ ad ſummum creviſſe dignitas videtur, & quaſi dominatum obtinuiſſe; cum lectiſſima ingenia tam multa, ad eam ornandam glorioſo veluti certamine conſpirarint.

Nicolaus Frerotus Carnotenſis Iuriſconſultus, Paratitla, ſeu Synopſim Iuris Canonici ſcripſit. Apparetque editum hoc opus *anno 1603. Doviat. Prænot. Can. Lib. 5. cap. 9. pag. 639.*

Iulius Pacius, à Beriga Gentilitio fundo, cognomen accepit. Profeſſus Iura tùm Valentiæ, tùm Patavii, magno cum plauſu. Valentiam deinde revocatus; diem ibi confecit extremum. Ejus tamen opera præclara fatum non timent. Inter quæ extant Iſagogica Iuris utriuſque, juxtà ſeriem Decretalium.

Henricus Zoeſius Amersfortii, quod oppidum eſt Vltrajectinæ Ditionis in Academia Lovanienſi Anteceſſor egregius, commentarium edidit ad Decretales Gregorii IX. ſucci plenum, dignumque, qui manibus ſtudioſorum teratur. Vitæ curſum explevit anno 1617.

Andreas Vallenſis ex Andanæ municipio Comitatus Namurcenſis. Lovanii Magiſter Canonum Sacrorũ maximæ exiſtimationis. At Gymnaſium illud, quod extitit quaſi theatrum admirabilis ingenii anno *1636.* qui fatalis extitit, voce erudita, & doctis auribus digna ſpoliatum, orbatumque remanſit. Fruitur literaria Reſpublica pulcherrimis ejuſdem Paratitlis, ſive ſummaria, ac methodica Decretalium Gregorii IX. explicatione.

Ambroſius le Gaufrè Cenomanenſis. In Academia Cadomenſi Anteceſſor, rebus, quàm honoribus geſtis illuſtrior, ut loquitur *Doviat.* Diœceſis Bajocenſis Vicarius, nec non Officialis, et Cadomenſis Academiæ Vicecancellariu; doctrina tamen, et gloriæ contemptu ſpectabilior. Abiit è vita anno 1635. Ejus obitum conſecuta eſt editio Synopſis Decretalium elegantiſſimè concinnata.

Ioannes Honorius Van-Axel de Seny Vltrajectenſis, Civis, et Advocatus Romanus *anno 1630.* opus edidit Inſtitutionum noſtrarum, cujus eſt hic Titulus: *Totius Iuris Canonici Compendium, ſive brevis Summa*

in quinque Libros Decretalium Sacri Concilii Tridentini Decretis accomodata: In qua Iuris Canonici primæ Inſtitutiones, ſeu Elementa ut plurima breviter, ac deciſivè explicantur, et Canonum, Gloſſarum, et Doctorum receptorum auctoritate communiuntur. Apparet hoc opus approbatum à celeberrimo Viro Auguſtino Barboſa anno 1628. die 23. Maii.

Nicolaus Nevis Inſtitutiones edidit Iuris Civilis, & Canonici ita inſcriptas: *Nicolai Nevis ſuccinctæ Reſolutiones Librorum IV. Inſtitutionum Iuris Civilis, et Canonici* opus impreſſum *Francof. apud Veſter anno* 1617.

Vvilhelmius Schmuckyus Synopſim edidit Iuris Canonici impreſſam Lipſiæ *anno* 1631.

Volfangus Sigiſmundus à Vorburgh Rudimenta, & Paratitla Iuris Canonici edidit impreſſa Francof. *anno* 1629.

Ioachimus Stephanus ſcripſit Elementa Iuris Canonici, quibus eſt hic Titulus: *Ioachimi Stephani Inſtitutiones Iuris Canonici Francof.* 1611. *&* 1617.

Regnerus Sixtinus Caſſelenſis, Canonicis Inſtitutionibus ſuis hunc Titulum appoſuit: *Regneri Sixtini Exegeſis Iuris Canonici Francof. anno* 1617.

Antonius Fabricius Bleynianus ex eadem ſtirpe prognatus Antonii Fabri, in Delphinatu Valentinę Academiæ Anteceſſor, præclara ſcripſit Canonici Iuris rudimenta, poſt ejus interitum publici juris facta, ideſt poſt annum 1626. cum hoc Titulo: *Inſtitutiones Theoricæ, et Practicæ Iuris Canonici*. In his, purum, politum dicendi genus, copioſum, ubi oportet, ac temperatum.

Innocentius Cironius, Profeſſor, & Academiæ Toloſanæ Cancellarius, edidit Paratitla in quinque Libros Decretalium *anno* 1645. Vir adeò celebris, ut ſui nominis gloriam in omnem memoriam diffuderit.

Alexander Chaſſanæus vulgavit anno 1612 Paratitla in quinque Decretalium Libros eruditionis, & elegantiæ ſingularem nacta commendationem.

Franciſcus de Roye Andegavus; Inſignis Anteceſſor Andegavenſis Academiæ, eruditione refertas edidit Iuris ſacri Inſtitutiones Hieronymo Bignonio dicatas *anno* 1681. contigitque feliciter illi

Ovid. 6. Faſt. . . . . *per exiguos magna referre modos.*

Ioannes Cabaſſutius Aquiſextienſis Presbyter Congregationis Oratorii D. Ieſu, Theoriam, et Praxim Iuris Canonici ſex Libris complexus eſt, prodiitque Lugduni *anno* 1661. Transferri ad has Inſtitutiones non incongruè poteſt Claudii Lion commendatio, qua opus ejuſdem noti-

notitiæ Eccleſiaſticę aſtris inſerit.

. . . . Operi iuvat invigilare perito
Si longos fortaſſe velis breviare labores,
Quos in mente parit ſtudioſa cupido ſciendi,
Pro multis liber unus erit

Arnoldus Corvinus a Belderen Hollandus, ſed Catholicus, ut ait Doviat *Lib. 5. cap. 9. Prænot. Can. pag. 655.* Canonicas edidit Inſtitutiones anno 1648. quibus Titulum appoſuit: *Sylloge operum Iſagogicorum ad Ius Sacrum; in qua continetur Arnoldi Corvini Ius Canonicum per Aphoriſmos ſtrictim explicatum.* Legendus hic Liber, ſi quiſquam alius; In eo nervoſa brevitas. Nil fucoſum, nil temerè effuſum: omnia acri caſtigatione delecta.

Vrbanus ab Aſcenſione Carmelita, in Provincia Turonenſi Theologiæ Profeſſor, edidit anno 1659. Inſtitutiones Iuris Canonici veteris, & novi Principia continentes ad uſum utriuſque fori tribus partibus diſtinctas.

Ioannes Majoretus Toloſas, cum ibidem Ius interpretaretur, plauſu omnium, et admiratione, Canonicas exaravit Inſtitutiones ita inſcriptas: *Commentaria in Libros IV. Inſtitutionum Iuris Canonici Ioannis Pauli Lancellotti.* Quas filius ejuſdem publici juris fecit Toloſæ *anno* 1676.

Ludovicus Engel Ordinis Benedictini, è Mellicenſi Auſtriæ Monaſterio Salisburgenſis Archiepiſcopi Conſiliarius Eccleſiaſticus, & in Vniverſitate Salisburgenſi Procancellarius, ac Sacrorum Canonum Ordinarius Profeſſor, Collegium Vniverſi Iuris Canonici adornavit juxta Decretalium ordinem, cum ante compoſitum opus fuiſſet juxta triplex Iuris objectum.

Ioannes Streinius Germanus Societatis Ieſu Summam Iuris Canonici accuratam conſcripſit.

Claudius Fleury Ducis Burgundiæ, et Andegavenſis Præceptor Gallico idiomate Canonicas Inſtitutiones ſcripſit duobus Tomis diſtinctas, Pariſiis primùm anno 1688. editas, tum Lugduni anno 1692. quibus Titulum appoſuit *Inſtitution au Droit Eccleſiaſtique.*

Ioſephus Gibalinus Societatis Ieſu Vir ſummæ doctrinæ, ingeniique excitatiſſimi, ut ejus opera tam multa doctiſſima declarant, tres de Scientia Canonica Tomos edidit anno 1670. paratu facilem cognitionem Sacri Iuris proponens per certa principia, & corollaria.

Petrus Hallæus Bajocenſis, Anteceſsor Harcuriani Gymnaſii eleganti

ſtylo, facilique methodo *Inſtitutiones Iuris Canonici*, quæ anno 1685. editæ ſunt, compoſuit, quem Virum maximè commendat *Doviat Pranot. Can. Lib. 5. cap. 9.*

Hieronymus Nicolius Romani Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Congregationis de obſervantia Lombardiæ, quinque Libris complexus eſt Iuris Canonici totius doctrinam ad Imperialium Inſtitutionum normam. *anno* 1700.

Fr. Bernardus Sannig Ordinis minorum S. Franciſci Reformatorum Sacrorum Canonum Profeſſor anno 1686. edidit Pragæ opus ita inſcriptum: *Schola Canonica*. Et quod ſingulare eſt in his Inſtitutionibus Regulas ſui Ordinis, cum incidit, ut id aptè fieri poſſit, interpretatur.

Franciſcus Antonius Phæbeus è Societate Ieſu *anno* 1698. Canonicas edidit Inſtitutiones nobilis ingenii monumentum. Dictionem habent liquidam, perſpicuam, dignæ omninò, quę à cupidis ſacræ diſciplinæ noſtræ legantur.

Ioſeph Pilaja, Meſſanenſis Vniverſitatis Anteceſſor, Inſtitutiones Canonicas, Foro præſertim accomodatas juxta tria Iuris Objecta compoſuit, ediditque Meſſanę anno 1664.

Auctores Canonicarum Inſtitutionum.
Sæculi XVIII. decurrentis.
Gaſparro-Vvieſtner-Pyrringhiana Synopſis.

Superior ætas complures habuit conſortes glorioſi laboris, ſcientiæquē Inſtitutionum cumulatiùs ornandæ numeroſæ manus allaborarunt. Non tamē quod illi optimè præſtiterunt, curſum aliis impeditum reliquit ad parem exquirendam induſtriæ commendationem; nec quod eſt affabrè ab his exædificatum poſteriorum luminibus obſtruxiſſe credendum eſt. Quibus rebus gloria comparatur, eæ poſitæ ſunt in omnium poteſtate. Cur ingenium non impigrum noſtram hanc facultatē ulteriùs amplificandi propoſitum abjiciat? Impenſique laboris fructum, cur ad publicam utilitatem proferre non liceat?

Claud. Panerg. de IV. Conſ. Honor.
Vile latens Virtus. Quid enim ſubmerſa tenebris
Proderit? Obſcuro veluti ſine remige puppis,
Vel lyra quæ reticet, vel qui non tenditur arcus.

Franciſcus Maria Gaſparro Romanus in Almæ Vrbis Archigymnaſio Iuris Canonici publicus Profeſſor, Inſtitutiones edidit Iuris Sacri anno

1702. in quatuor partes diſtributas. Opus meo quidem judicio præſtantiſſimum. Erudita dictio, grandis ſimul, ac temperata: Sparſaſque non exhibet ſententias, quæ ut Suetonius ait in Caligula *Arena ſint ſine calce*; Sed omnia quaſi ſtabili cemento probatiſſimorum Scriptorum commiſſa.

Iacobus Vvietsner Societatis Ieſu in Vniverſitate Ingolſtadienſi Canonum Profeſſor, Monachii Inſtitutiones edidit Iuris Canonici anno 1705. in quinque volumina diſtributas. Eſt et hoc opus eruditum, & arte ſumma elaboratum. Rerum moralium doctrina refertum. Terſũ, & opimum dicendi genus gracilitates reſpuens. Denique cultoribus ſacræ Iuriſprudentiæ magno uſui eſſe poteſt.

Pyrringhiana Synopſis incerto Auctore edita eſt; ſed ordinis facilitas, ubertaſque doctrinæ Scriptoris præſtantiam depromit.

In hac ſerie præcellentium Scriptorum, quis meo Operi locus? Dicere ſolebat Plinius, ut Aldus refert *in Præf. ad Grammat.* Librum eſſe nullum tam malum, aut mediocrem, qui ſui parte aliqua non proſit. Ad hanc ego præceptionem elementarem methodum excogitavi, ni fallor, non contemnendam. Nam preſsam primùm, brevique gyro ſeptam dictionem attuli; tùm faciendum exiſtimavi, ut eſsent cuique Titulo explicationes ſuppoſitæ; quas multiplici ſurgentes pagina, qui viderit, nolit illicò judicare, violaſse me legem illam Horatii

Art. Poet. *Quicquid præcipies, eſto brevis: ut cito dicta*
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.

Cui obſecundat præcepto, Quintilianus *Lib.* 2. *Or. inſt.* vaſculis oris anguſti, capientes ingenii cultum Adoleſcentes comparans, ſuperfuſam humoris copiam reſpuentibus; ſenſim verò influentibus, & inſtillantibus illa complentur. Ad rem quoque Coryna apud Pindarum, Τῆ χειρὶ δεῖ σπείρειν ἀλλὰ μὴ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ *manu ſerendũ eſſe non toto ſacco*. Non hoc mihi arrogo ut putem meum Opus ſtatim in arce Minervæ conſecrandum. At adeò uberes evigilare explicationes ad rudium Adoleſcentium fructum, officii mei eſſe duxi, ut eſſet perceptu facile, quod leviter tactum, rudibus adhuc diſcendum imponitur: ne ſi obſcurum quidpiam inter legendum præcepta tradita inciderit, quod principiis altiùs repetitis indigeat, hæſitet adoleſcens, titubet, quaſi volucris implicita viſco, & via putans gradiendum eſse impeditiſſima, difficultatum metu ad ignaviam revocetur. Si quid ergo nodoſum, obductumque vepribus offendat, conſultum

adire poterit quidquid eſt in explicationibus. Quę dedita opera ſeparatim ſcriptę ſunt; ſic tamen ut neque ordinem rerum ſcindam, ac ſegregem, ſed eo ſermonis ductu, ut unum et colorem habeant, & ſpiritum, & formam, faciemque nonnullæ perfectionis. Cum ergo tam prolixę explicationes ſolum indigentibus inſerviant; de his dictum volo, quod Iulius Cęſar Scaliger *Libro 6. Poetices, qui et Hypercriticus dicitur cap. 5. pag. 770.* de Claudiani præfationibus ſcripſit: *Quærunt autem doctiores, rectène factum ſit à Claudiano, cum maximæ ſuorum Librorum parti affixerit Præfationes? Licuit verò, quia libuit. Quem ſi quem offendăt, eas omittere ius eſto.* Ad rem quoque Martialis *Lib. 10. epigr. 1.*

Si nimius videor, ſeraque coronide longus
Eſſe liber: legito pauca, libellus ero.

Animos etiam addidit ad hanc lucubrationē, obfirmavitque, Illuſtriſsimus, et Clariſſimus Piſanæ Vniverſitatis Moderator, Religionis Equitum D. Stephani P. & M. Pręſes meritiſſimus D. Nicolaus Antinori. Cùm multis in rebus Regię Celſitudini Coſmi III. gratias agere debemus, illique à Deo ter maximo cumulatiſſimam precari, quam meretur, undecumque felicitatem; Tùm quod ſummæ Reipublicę literarię Nicolaum Antinorium præeſſe, voluerit. Equidem par erat, mente tam excelſa regimen niti literarum; neque meum hunc ſenſum loquentis obſequio tribuendum quiſquam arbitrabitur: Cùm non Hetruria ſolū, ſed exterę quoque Nationes indolem communi captu majorem, et acre in arduis ingenium, prudentiamque doctrina rerum maximarum fretam, ſuffultamque non rarò ſuſpexerint. Perſonam Moderatoris impoſitam, fautoriſque bonarum artium, quis digniùs ſuſtinere poterat, quàm, qui ſuo monſtraret exemplo, non ſatis exiſtimandum, Majorum luce decorari, ſed gloriam propriis eſſe virtutibus aſtruendam? Pręclarè Lipſius air *Polit. Lib. 1. in præfat.* arcta quadam catena devinctos eſſe, qui imperanrur, cum imperante. Tunc ſalutariter, & ex dignitate publicum hoc munus, rem literariā moderandi impletur, cum mens dirigentis, ad Virturem pręierit. Tunc juſſa, aut conſilia ſenſum exacuunt, eventuque felicia ſunt, cum jubens, monenſve nil exigit, quod prius ipſe non pręſtiterit. O quam multis ab ipſo ortu, et procreatione ſublimium appetentem animum nobilitas Generis impertiit! At o quam pauci ſtudiorum contentione poſteriores vitę delicias, fortunamque domeſticam ducunt! Ecce præclarè monentem exemplo ſuo Moderatorem noſtrum, quomodo diri-

Digitized by Google

dirigendus ſit curſus, et gubernanda vitæ ratio. An ſatis illi viſum fuit Antinoriæ Familiæ nomen præclaris jamdudum ſtudiis, & factis, ſplendidiſque dignitatibus per Italiam omnem, exteraſque regiones fama diſſeminatum? Talis, tantuſque eſt inter Majores ſuos, inter illos ſapientię Proceres, inter illa Florentinę literaturę lumina, *Carolum, Sebaſtianum, Ludovicum, Antinorios*, qui nomen numquam interiturum in familiam intulerunt; Ita eorum ſplendore circumfuſus, ut proprio non careat; Ita eorum glorię particeps, ut plurimum ipſe habeat, quod in eorum decus refluat, redundetque. Præclarum Veteres atque heroicum ducebant, ut veſtibus domeſtico opere factis Summi Viri uterentur; Valerius Flaccus de Caſtore, & Polluce

Illi Tanareo pariter fremit ignea fuco
Purpura: Quod gemina mater ſpectabile tela
Finxit opus.

Sic Alexander apud Curtium: *Hanc veſtem, quam indutus ſum, ſororum non ſolum donum, ſed etiam opus* vides. Et Suetonius de Octavio Cæſare Auguſto, hęc ait: *Veſte non temerè alia, quàm domeſtica uſus eſt ab uxore, & ſorore, & filia, neptibuſque confecta.* Quanto meliùs domeſticis laudibus innutritum, Majorum referre, & exprimere ornamenta animi, quibus poſteris pręluxerunt; referre politiorem Caroli literaturam; referre hauſtam illam è Platonicæ Philoſophię fontibus doctrinam, qua Civitatis oraculum Sebaſtianus habebatur; referre prudentiam illam ſęculorum omnium memoria celebrandam Ludovici Antinorii, de quo Vghellius ità ſcribit Tomo 1. Italiæ ſacrę: *Hunc Pius IV. ob ſingularem prudentiam ad Patres Concilii Tridentini legavit, illos hortaturum, ut propemodum iam ſpectans ad finem Concilium abſolverent; Inſecutoque anno ab eodem Pontifice iuſſus ivit in Gallias cum Rege acturus, ut ibi decreta ad mores corrigendos, Chriſtianamque diſciplinam conſtabiliendam publicarentur obſervanda. Pius igitur V. cum Antinorii Virtutes ſatis perſpectas haberet, illum ad Epiſcopatum Volaterranū promovit. Coſmus verò Magnus Dux in Germaniam ad Imperatorem legavit. In Italiam reverſus Piſtorienſi Epiſcopatu condecoratus eſt anno* 1574. *propeque* vitę finem *Archiepiſcopus Piſanus eſt renunciatus.* Ejuſdemque Virtutes celebrant Adrianus *in Hiſtoria Florent. Lib. 17. pag.* 707. Pallavicinus in *Hiſtor. Concil. Trid Lib. 3. cap.* 19. Præclarum videtur, et eſt omninò, multis ab hinc ſæculis in Antinoria domo nobiles facultates locum honorificum obtinuiſſe; Non tamen jam inde exulant: Cultorem habent ſuum: alumnum ſuum, *Nicolaum Antino-*

rium qui tantopere laudanda facit, propterea quod eas ſibi fidiſsimas elegit comites; Imo jam et literaria omnis Reſpublica in ejus providentia, ac vigilantia nixa conquieſcit.

Sed hujus Diſſertationis jam finis ſit. Hoc mearum partium exiſtimo, declarare, ſi quid parum caverim in his Libris mearum Inſtitutionum, lapſusque humanitùs fuerim, præter voluntatem id eveniſse; meq. promptum mutare dictum, erratumque diſpungere; Omniaque Sanctę Sedi Apoſtolicę, volens, lubenſque ſubmitto, pro qua ſanguinem profundere paratus ſum.

LAUS DEO.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERIES TITULORUM
LIBRI I.
CANONICARUM INSTITUTIONUM
NECNON
Diſſertationum, quæ explicationibus opportunè inſeruntur.

DE Jure Canonico, & cauſa ejuſdem introducendi. Titulus I. pag. 1.

Diſsertatio Unica. Quam verè Canones norma ſint rectè vivendi? pag. 7.

De Lege æterna, divina, & naturali. Titulus II. pag. 13.
Diſſertatio Unica. Quomodo Ius naturæ ſit immutabile? pag. 19.

De Conſtitutionibus Eccleſiaſticis; Et quot earum genera? Titulus III. pag. 21.
Diſſertatio 1. Conciliorum univerſalium hiſtoria. pag. 23.
Diſsertatio 2. Concilium generale non eſſe ſupra Pontificem pag. 29.

De Placitis Summorum Pontificum. Titulus IV. pag 34.
Diſsertatio 1. Demonſtratur S. Pontificis infallibilitas pag. 37.
Diſsertatio 2. Ius Canonicum ipſos ne obliges Infideles? pag. 41.

De Dictis Sanctorum; De Regulis Cancellariæ; De Cardinaliū declarationibus, & Deciſionibus Rotæ. Titulus V p 44.
De Jure non ſcripto, Traditionibus, & Conſuetudine. Titulus VI. pag. 51.
Diſsertatio Unica. Poſſit ne conſuetudo à pœnis temporalibus excuſare? pag. 53.
De Iure perſonarum. Titulus VII. pag. 57.
Diſsertatio Unica. Servi baptizati ſint ne melioris conditionis quam eſſent olim de Iure civili? pag. 58.

A De

De Summo Pontifice. Titulus VIII. pag. 61.

Diſsertatio 1. Romæ ſedem ſuam D. *Petrum fixiſſe; & hæreſes confutantur pag. 64.*

Diſsertatio 2. Decreta morum omnes obligant pag. 66.

Diſsertatio 3. De Conſtantini Cæſaris celebri donatione, de qua in can. Conſtantinus diſtinct. XCVI. *pag. 67.*

Diſsertatio 4. De Regnis Infidelium; diſpoſitioni Pontificiæ quatenus ea obnoxia ſint? pag. 71.

De Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis. Titulus IX. pag. 72.

Diſsertatio Vnica. Epiſcopus non ſolum piæ, ſed profanæ etiam ultimæ diſpoſitionis curare an poſſit executionem? pag. 80.

De Electione S. Pontificis, Patriarchæ, Archiepiſcopi, et Epiſcopi. Titulus X. pag 82.

Diſſertatio Vnica. In paritate ſuffragiorum, poſſint ne Canonici ad aliud devenire ſcrutinium? pag. 87.

Qui eligi poſſint in Pontificem, Patriarcham, atque Epiſcopũ? Titulus XI. pag. 89.

Diſsertatio 1. Inter Leonem IV. et Benedictum III. Ioannem VIII. non ſediſſe ad gubernacula Orbis Chriſtiani. Et Friderici Spanhemii hiſtorica diſquiſitio Lugduni Batavorum edita 1691. apud Ioannem Verbeſſel confutatur pag. 90.

Diſsertatio 2. Ex occulto delicto oriaturne infamia inducens irregularitatem? pag. 93.

De Poſtulatione Prælatorum. Titulus XII. pag. 94.

De Confirmatione Prælatorum. Titulus XIII. pag. 96.

Diſsertatio Vnica. Episcopus tametſi confirmatus tantum, nondum autem conſecratus, alteri tamen Epiſcopo ordines conferendi delegare facultatem valet, ac vaſa benedicendi pag. 98.

De Conſecratione Prælatorum Titulus XIV. pag. 99.

Diſſertatio Vnica. Epiſcopatum eſſe, ab omni alio ordine diſtinctum pag. 102.

De

De Pallio. Titulus XV. pag. 104.

De Translatione, & Renunciatione. Titulus XVI. pag. 109.

Diſſertatio Unica. Invitus ne Epiſcopus, de una in aliam ſedem poſſit trā-ſferri? pag. 112.

De Coadiutoribus, & Cardinalibus. Titulus XVII. pag. 115.

Diſsertatio 1. *Coadiutoriam propriè, quamvis cum futura ſucceſſione beneficium non eſſe. pag.* 118.

Diſsertatio 2. *De Cardinalibus Sacræ Romanæ Eccleſiæ pag.* 120.

De reliquis in gradu ſublimiore conſtitutis. Titulus XVIII. p. 122.

Diſsertatio Unica. Vicarius Epiſcopi ordinaria ne, an delegata utatur poteſtate? pag. 127.

De Sacerdotibus in inferiore gradu conſtitutis. Titulus XIX. pag. 131.

Diſſertatio 1. *De conſecratione Monialium pag.* 134.

Diſſertatio 2. *An ſimplex presbyter ſuo iure poſſit à minori excomunicatione abſolvere? p.* 135.

De his qui ſunt in ſacris conſtituti. Titulus XX. pag. 137.

Diſsertatio Unica. Sacro Ordini annexam ex Voto eſſe Caſtitatis obligationem pag. 141.

De his qui ſunt in minoribus ordinibus conſtituti. Titulus XXI. pag. 143.

Diſſertatio Unica. An prima Tonſura ſatis cenſenda ſit ad gaudendum privilegio Cap. Odoardi de Solut. *pag.* 148.

Communia tam majorum, quam minorum Ordinum. Titulus XXII. pag. 152.

Qui promoveri non poſſint? Titulus XXIII. pag. 158.

Diſsertatio Unica. Legitimati à ſæculari poteſtate deſinant ne eſſe irregulares? pag. 165.

De

De Regularibus, & Monachis. Titulus XXIV. pag. 169.

Diſsertatio 1. De Monialium clauſura pag. 176.
Diſsertatio 2. Paterna olim oblatio, filium ne oblatum Monachum conſtitueret? pag. 178.

De Vita, & honeſtate Clericorum. Titulus XXV. pag. 180.

Diſſertatio 1. De coma ficta: Quatenus Clericis permittenda ſit? pag. 183.
Diſſertatio 2. De Spoliis pag. 185.
Diſſertatio 3. Sit ne tabacchi uſus adeo frequens ubique, in perſona Eccleſiaſtica tolerabilis? pag. 187.

FINIS.

Digitized by Google

INSTITUTIONUM CANONICARUM

LIBER PRIMUS.

DE JURE CANONICO, ET CAUSA EJUSDEM INTRODUCENDI.

TITULUS I.

SUMMUS Legislator Dei Filius Unigenitus datus in lucem gentium, ut reduceret Juſtitiam uſque ad extremum terræ, provida quidem diſpoſitione in lege Gratię iuſſerat omnia, vetuerat, permiſerat, quę neceſſaria imprimis videbantur ad [*a*] regimen ſpiritualis Reipublicę, quam ſuis ipſe cruciatibus, & tanta ſanguinis effuſione fundaverat. Quia tamen per legem à ſe latam, non penitus providerat in ſingulis, ſed neceſſaria imprimis (*b*) fundamenta jecerat; & ad humanæ naturæ varietatem, cauſaſque emergentes determinationis opportunę [*c*] ſuffragium exigitur: reliqua (*d*) diſponenda commiſit Apoſtolis ſuis; & (*e*) ſucceſſoribus, quales ſunt Romanus Pontifex, & Epiſcopi, in eoſque [*f*] tranſtulit poteſtatem legislativam, teſtatus Joan. 20. Apoſtolos ſe miſiſſe, quemadmodum à Patre ipſe miſſus erat. Hoc autem intercedit diſcrimen inter Jus ſummi Legislatoris, ac ſanctiones Eccleſiaſticas: quod illud Jus Divinum, hę vero Jus (*g*) Canonicũ vocantur, ducto nomine à greco idiomate, in quo ſicut κανὼν regulam ſignificat: ita Jus Canonicum regula fidelium eſt rectam præſcribens normam; neque enim ut Jus [*h*] Civile permittit uſuras, concubinatum, & alia hujuſmodi, quibus ad malum declinat humana fragilitas. Et verò temporũ decurſu tantum in numerũ ſanc-

tiones ſacræ excreverunt, ut confuſionem fuiſſent inductæ, niſi eas in certa [ſ] volumina mandato Pontificum digeſtas habuiſſemus. Ulterius etiam extendit curam Pius IV. ut Paulus Lancellottus, vir magnę exiſtimationis, univerſi Juris Canonici conſcriberet Inſtitutiones, & Elementa ad uſum ſtudioſæ Juventutis. Atque hoc opus, licet privato tantum nomine fuiſſet editum, & quominùs accederet robur auctoritatis Pontificiæ, Pij mors obſtitiſſet; cùm tamen accuratè caſtigatum, & recognitũ Romę fuerit proponitur undique ſtudioſis hujus Juris addiſcendum, & nos haſce inſtitutiones, ad mentem ejus Viri conformabimus.

SUMMARIUM.

Reſpublica Spiritualis quid ſit? 1.
An hæc Reſpublica, ſive Eccleſia in Adam cœperit, ſeu potius ab Abel juſto? 2.
Spiritualis Reipublicæ variæ appellationes. 3.
Synagoga an poſſit appellari? 4.
Congregatio dicitur. 5.
Et Syſtema Fidelium. 6.
Temporalis, & Spiritualis Reſpublica in quo conveniant latè exponitur. 7.
Utilitatis in utraque Republica habetur ratio. 8.
Quotuplex unitas in Spirituali Republica conſideretur? 9.
Ex Temporali, & Spirituali Republica Cives ejici poſſunt. 10.
De Jure Civitatis Romanæ, quot modis amitteretur, & quid eſſet? 11.
A Rep. Spirituali quomodo Fideles ejiciantur? 12
Extra hanc Rempublicam, ſive Eccleſiam ſunt hæretici, & ſchiſmatici. 13.
Ejecti ab hac Republica ſunt excommunicati. 14.
Diſcrimina elucidantur inter Rempublicã Spiritualem, & Temporalem. 15.
Temporalis Reipublicæ Legislatores. 16.
Spiritualis Reipublicæ formator. 17.
In utraque Republica diſtinctæ ſunt Juriſdictiones: & hoc eſt aliud diſcrimen. 18.
Romani Imperatores quando Pontificis Maximi nomen amiſerint, explicatur ex Textu Canonico. 19.
Fundamenta Reipublicæ Spirituali à Chriſto Legislatore relicta. 20.
Poteſtatis Legislativæ Executiones variæ, exemplis patent. 21.
Exemplum de Baptiſmo collato ab infidelibus. 22.
Non deeſt exemplum in Sacramento Ordinis. 23.
Epiſcopi ſunt Apoſtolorũ ſucceſſores: id probatur 24.
Non tamen ſucceſſerunt in Apoſtolatu. 25.
Nomina Epiſcoporum, qui Apoſtolis protinus ſucceſſere. 26.
Poteſtatem legislativam eſſe penes Eccleſiam contra hæreticos oſtenditur. 27.
Epiſcoporum Juriſdictio quomodo à Pontifice pendeat? 28.
Apoſtoli Leges nullas tulerunt per univerſam Eccleſiam, etſi potuiſſent. 29.
Jus Canonicum cur interdum Jus Divinum dicatur? 30.
Canonis vox latè explicatur. 31.
Canones inſinuat in animis pietatem; Lutherus dogma hoc uſu temerario exſibilavit. 32.
Lutherus ſolemni pompa Libros Canonicos combuſſit: refertur late. 33.
Nova ad uſum diſputandi quæſtio. 34.
Explicatur quomodo quædam valide fieri permittantur in jure, quamvis illicitè. 35.
Explicatur Textus in c. Chriſtiano 34. diſtinct. 36.
Explicatur Textus in can. quod propoſuiſti 32. quæſtion. 7. 37.
Explicatur Textus in cap. cum eſſes de Teſtamentis, & in can. à quodam judæo de Conſ. diſt. 4. 38.
Quando adeſt votum captandæ mortis, & majus bonum naſcitur Reipublicæ, id non officit. 39.
Explicatur Textus in cap. officii de pœnit. 40.
Collectiones variæ Canonum. 41.
Quid Palea ſignificet in decreto Gratiani probabilis quædam expoſitio. 42
Cur Gratiani verba apud antiquos Repetentes loco Canonis citentur? elegans ratio. 43.
An ubique per orbem Volumina Canonica obſerventur. 44.

EXPLI-

EXPLICATIONES.

(a) Regimen.

*Quid ſit reſpublica ſpiritualis? Cum tempo-
rali in quo conveniat, vel non?*

SEd quidnam ſpiritualis iſthæc reſpublica?
Eſt hominum cœtus veræ relligionis pro-
feſſione ſociatus, & idem ac civitas Dei,
1 *in qua populus Chriſtianus peregrinatur in ter-
ris*, ut magnus Auguſtinus loquitur *lib.* 16. *c.*
41. *de Civitat. Dei*: conſonat *Textus in can.
Eccleſia* 8. *de Conſecr. diſt.* 1. *Anguian. de Legib. L.*
2. *contr.* 1. *n.* 16.

Huius civitatis vetuſtatem ſi quærimus, *in
Adam cœpit ædificari, & paulatim ſub figuris
2 proceſſit*, idem S. Doctor *lib.* 17. *cap.* 4. quo-
circa Terreſtre Paradiſum poſſumus intelligere
*ipſam Eccleſiam, ſicut de illa legitur in Cantico Cã-
ticorum: quatuor autem Paradiſi flumina qua-
tuor Evangelia: ligna fructifera Sanctos: fructus
eorum opera eorum: lignum vitæ Sanctum San-
ctorum utique Chriſtum: lignum ſcientiæ propri-
um voluntatis arbitrium*: his verbis ſcripſit
idem D. *Auguſtinus lib.* 13. *cap.* 21. *de Civitat.
Dei*. Sunt autem qui putant hanc Rempubli-
cam ſuum ortum duxiſſe ab Abel juſto, ex ho-
milia 19. D. Gregorii in Evangelia, & in
hanc ſententiam inclinat Paludanus, aliique
plures apud *Fragoſum in proemio de regimi-
ne Eccleſiæ* §. 2. Sed cum inſtituti præſentis
non ſit campum latiſſimum hujus diſputatio-
nis excurrere, ſatis erit ſtatum quæſtionis in-
dicaſſe, jamque ad alia progrediemur.

Si quærimus itaque deinceps appellationes
varias talis Reipublicæ, hæc olim Synagoga di-
3 cta eſt *Deut.* 13. *Jud. cap.* 6. Chriſtianam ve-
rò plebem nec Scriptura ſacra, nec ullus um-
quam probatus auctor Synagogam appellat, ni-
4 ſi interdum hæreticos *c. quæ dignior* 24. *q.* 1.
verſ. ſin verò: & Hieronymus *in Dialog. ad-
verſus Luciferianos, ibi: Montenſes, ſeu Campi-
tas ſcito non Eccleſiam Chriſti, ſed Antichriſti eſſe
Synagogã*. Quòd porrò diſcernendæ verius hujus
Reipublicæ cauſa factum eſt, propterea quòd
inter *congregationem*, quod Synagoga ſonat,
& *convocationem*, quę Eccleſiam indigitat, nonni-
hil intereſt. Diſcrimen docet *Canus de loc. lib.* 4.
cap. 2. Quare Reſpublica ſpiritualis congregatio
dicitur convenientiſſimè. Hæc eadem quoque ſyſ-
5 tema fidelium à Tertulliano *lib. de baptiſm. poſt
6 Baptiſmum*, ait, *nos effici ſyſtema fidelium*. Hæc
pariter Arca Noë, *extra quã peribit omnis regnan-
te diluvio c. quoniam* 14. q. 1. *Hæc Dei domus
ædificata ſupra firmam Petram, hæc unica Colum-
ba, hæc hortus concluſus, Fons ſignatus, can.
omnis* 24. *q.* 1.

Si placet alia ſolertius inquirere, & perſcru-
tari, qua in re ſpiritualis reſpublica cum tem-
porali conveniat, qua in re diſcrepet; conve-
nit, quòd utraque dici valet *cœtus hominum ju-
re ſociatus*: notum id ſcribere Tullium in ſom- 7
nio Scipionis, & Macrobium illuſtrare luculen-
ter; ſed de Republica ſpirituali idem infertur
ex can. loquitur 24. *quæſt.* 1. Convenit etiam
quod utraque ſpectat, ac reſpicit utilitatem.
Non poterant homines ſparſi per agros more
ferarum dies tranſigere. Natura mutuam indi-
gentiam machinata, cum ſolum hominem nu-
dum, ac inermen ad vagitus abjeciſſet, inge-
nuit ſolerti ejus animo propenſionem ad ſo-
cietatem, odiumque ſolitudinis. Se igitur ho-
mines alicujus viri eloquentis hortatu mœniis
ſepſerunt,

*--- nam & ſecla ferarum
Infeſtam miſeris faciebant ſæpe quietem &c.
Tum perjuria, deinde cibi languentia, letho
Membra dabat.*

Quem ſtatum calamitoſum deſcribit Lucretius
lib. 5. Quare, ut Plato diſſerit dial. 3. de legib.
*Civilis ratio cœpit ex familiis, in quibus anti-
quior dominaretur, quem ut aves ſequutę unũ gre-* 8
*gem conficiunt, patriſque voluntate pro lege ute-
bantur. Poſtea domos ampliores conſtruxerunt fa-
miliis dilatatis, & à ſeniore veluti Principe mo-
res ſuſceperunt, & tandem domorum collectio in
Civitatem, & Reipublicæ formam excrevit*. Er-
gò Jus Civitatis ab utilitate communi deductum,
& ſi aliter Stoici ſenſerint, ut latè *Cujac. ad l.*
9. *ff. de juſt. & jur.* Quare Horat. Satyr. 3. *lib.*
1. *verſ.* 98.

*Atque ipſa utilitas juſti prope mater, & æqui, &c.
Oppida cœperunt munire, & ponere leges,
Neu quis fur eſſet, neu latro, neu quis adulter.* 9

Sed eodem pacto utilitatis habetur ratio in re-
publica ſpirituali: quod ut clareſcat, animad-
verte multiplicem in illa unitatem. Quædam
unitas ratione *principii*, Dei ſcilicet vocantis,
ipſe enim Jo. 6. dixit expreſsè: *Nemo poteſt ve-
nire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxe-
rit eum*. Alia communicatio, atque ſocietas
ineſt ratione *finis*, quoniam omnibus ad nor-
mam juſti viventibus certa ſpe impetrandi ea-
dem gloria promittitur per denarium apud *Math.
cap.* 20. ſignificata. Præterea unitas eſt in
auxiliis, Sacramentis, ac ſuffragiis *D. Paul. ad
Epheſ.* 4. præcipua tamen conſiſtit in membro-
rum compage, & connexione, vi dilectionis, &
charitatis, eodem Spiritu afflante ſub uno, eo-
demque capite; ac propterea hæc Reſpublica
mixtum corpus dicitur c. advocavit 24. *q.* 1.
Quocirca non ſecus ac corporis parte aliqua
utilitatem accipiente, in reliquas omnes gaudi-
um effunditur: ita merita unius juſti alteri pro-
ſunt, cæterique participes ſunt omnium timen-

tium Deum. Perdoctè *Duardus in Bulla Cœna
lib.* 1. *c.* 5. *q.* 5. & omnium optimè D. *Auguſt.
tract.* 42. *in Evang. Joann. Eccleſia eſt Corpus
Chriſti. In hoc capite membrum es.* (& infra)
unitas enim membrorum charitate concordat, (&
infra) *oculus ſolus videt in corpore; ſed numquid
ſoli ſibi oculus videt? Et manui videt, & pedi
videt, & cæteris membris videt*. Et hactenus de
utilitate utriuſque Reipublicæ.

Convenit etiam utraque (ne hoc quoque indi-
10 ctum prætermittatur) quòd ab ea ejici, & amo-
veri cives poſſunt, ejectique calamitoſum vitæ
ſtatum experiuntur. Jure civitatis Romanæ pri-
vari, relegari, deportari, igne & aqua interdi-
ci, projici inſutum culeo in fluctus maris, mo-
di erant è Republica temporali expellendi. Sed
heu quo in luctu! quo in mœrore jacebant cives
11 ita expulſi! Romana Reſpublica non patiebatur
quemquam eſſe duarum Civitatum, ut tradit ex
Cicerone *Borcholten ad* §. *cum autem Inſtit. quib.
mod Jur. patr poteſt ſolv.* Romanus idem, &
Carthaginienſis civis eſſe non poterat.

Jus Civitatis maxima difficultate impetraba-
tur. Punico ardente bello Murrina Syracuſa-
nus, auctoritate Senatus, & rogatione populi,
loco magni muneris Civitate donatus fuit: mox
lege Gellia, & Cornelia decretum, ut nemo ci-
vis fieret, niſi quem voluiſſet G. Pompejus. D.
Cæſar Medicos, & Profeſſores præcipui benefi-
cii titulo civitate donavit. Quin etiam interdum
civitas dabatur; ſed ſine jure ſuffragii Pleriſ-
que dabatur ſolum Jus Quiritum, nonnullis ſo-
la libertas, aliquibus Jus Municipii, qui ſolo-
rum munerum civitatis participes erant, non
magiſtratus: pluribuſque dabatur Jus Latii.
Alii tamquam coloni: alii tamquam ſtipendia-
rii, & vectigales habiti, nonnulli ſponſione, in
amicitiam recepti; fuſe de Jure Civitatis *Alex-
and. ab Alex. lib.* 4. *Genial. c.* 10. Non mirum
ergò, ſi Cornelius Balbus, in periculo conſtitu-
tus amittendi Jus civitatis, his flebilibus verbis
a Cicerone defenditur Orat. pro L. Cornel. Balbo.
*Miſeremini ejus, qui non de ſuo peccato, ſed de
hujus ſummi, & clariſſimi viri facto: non de
aliquo crimine, ſed de periculo ſuo, de publico
jure diſceptat*. Quàm verò ægrè tulerit Corio-
lanus ex urbe expelli, declarat ſingulare vindic-
tæ exemplum; quippe ad ulciſcendum exilium,
ſecundus hic fuit, qui poſt Tarquinium hoſtes
contra patriam incitavit *Plin. de vir. illuſtr. lib.*
2. *c.* 10. & *ibi* Conradus Lycoſthenes. Et quo
in luctu fuerit Ovidius relegatus, indicant tot
libri, quos *Triſtium* inſcripſit. Deportationis ve-
rò ſupplicium morti ſimile erat: quippe in lo-
cum ignis, & aquæ interdictionis ſucceſſit. Nam
Romani vitam quamtumvis facinoroſo, ac nefa-
rio homini non adimebant, ſed aquæ, & ignis
uſu privabant: nec quiſquam tecto eos excipere
poterat, & hiſce ſubſidiis humanæ vitæ deſtitu-
ti neque conſiſtere, neque in alias terras migra-
re poterant: explicat *Harprecht. d.* §. *cum
autem*. Horret animus, ac refugit ſtatum ejus
conſiderare, qui culeo inſutus ob parricidium
projiciebatur in fluctus. Hic enim, & extra
rempublicam projectus, & deſtitutus erat omni-
bus communibus bonis. M Cicero ab hac pœna
S. Roſcium Amerinum eripuit, & ad clemen-
tiam Judices permovit, ſolam atrocitatem ſup-
plicii commemorando, ut narrat Quintilianus
lib. XII. cap. 7. Inſtitution. *Etenim quid tam
commune*, [ait ipſe] *quàm ſpiritus vivis, ter-
ra mortuis, mare fluctuantibus, litus ejectis?
ita vivunt dum poſſunt, ut ſpiritum de Cœlo
ducere non queant: ita jactantur fluctibus, ut
aqua non abluantur: ita moriuntur, ut ne ad ſaxa
quidem mortui conquieſcant*, his verbis totum 12
forum ululatu complevit Romanus orator. Sed
& à republica ſpirituali non minùs ejiciuntur
Chriſtiani, magiſque eſt deplorabilis eorum
conditio, idque contingit, per delictum hære-
ſis, & ſchiſmatis. Schiſmatici, & apoſtatæ
ſunt *ſarmenta à vite præciſa*, ut loquitur *Au-
guſt. lib. de Paſtor. c.* 8. ſunt extra Eccleſiam
ut de Novatiano loquitur *D. Cyprianus in c. di- 13
dicimus* 24. *q.* 1. & vel ipſa ethymologia *hære-
ſis, & ſchiſmatis* luculenter ſignificat, eos pro-
pria electione ab Eccleſia eſſe præciſos. Neque
enim modò quærimus de hæreticis occultis, qui
adhuc externam ſocietatem cum Eccleſia reti-
nent *Bellarm. lib.* 3. *cap.* 10. *de Eccleſ.* Longum
verò ſit innumeros Canones excurrere, qui hæ-
reticos, & ſchiſmaticos extra Eccleſiam eſſe do-
cent *c. firmiter de S. Trin. c. alienus, c. quia
ex ſola c. quoniam verſ. quicumque c. quicum-
que* 24. *q.* 1. ſimilia frequenter Græci, Latini-
que Patres apud Spondanum *Cœmeter. Sacr. L.*
4. *p.* 1.

Quid vero dicendum de excommunicatis? Væ
illis, quos Eccleſiaſticæ ſeveritatis gladius per-
cuſſerit! Miſerum, nec ad oſculum pacis am- 14
pliùs admitti, nec ſalutari, & à foro excludi,
& evitari tamquam hoſtem, tamquam indignum
humana ſocietate! miſerum, deleri nomen ex
diptycis Eccleſiæ, ubi nomina fidelium deſcri-
pta olim aſſervabantur! *c. ſanè profertur* 14.
quæſt. 2. *c. de nominibus de conſecr. diſt.* 4. Ca-
lamitoſum, excludi à Sacramentis, à ſuffragiis,
cæteriſque Eccleſiæ adjumentis, imo ab ipſa
ſepultura! Quid hoc eſt, niſi judicii extremæ-
que ſeparationis ſimulacrum? ut loquitur *Ter-
tull. in Apolog. c.* 10. quid hoc eſt niſi haberi
tamquam Ethnicum, & Publicanum? *c. ad
menſam* 11. *q.* 3. Quid hoc eſt, niſi tradi Sa-
tanæ? *c. omnis Chriſtianus* 11. *q.* 3. Quin etiam
in primitiva Eccleſia ejecti ab eadem per ex-
communicationem, rabido Dæmonum ore diſ-
cerpebantur, textus expreſſus *in c. abſit* 11.
quæſt. 3.

Sed demonſtrata ſimilitudine ſpiritualis, &
temporalis reipublicæ; videndus ad complemen- 15
tum operis, inter utramque diſſenſus, atque
diſcrimen tum in multis, tum potiſſimè quoad
cauſam. Temporalis politia ſuos habuit Legiſ-
latores. Romulus, & Numa Romanam repu-

bli-

Digitized by Google

16 blicam legibus temperarunt; Solon Athenien-
ſem, Lycurgus Spartanam Zoroaſtres Bactriano-
rum populis Jura præſcripſit; quod tam no-
tum, ut hac de re pluribus verbis abundare ſit
præter neceſſitatem. At verò ſpiritualem rem-
publicam, Eccleſiamque *profluentibus undis a-
qua, & ſanguinis è latere lancea perforato for-
mavit unicam, & immaculatam, ac virginem,
conjugemque ſuam Dei filius generis humani li-*
17 *berator. Sicuti de latere primi hominis ſoporati
Eva ſibi in conjugem eſt formata: ita ſcribit.
Clem. V. in Clem. Fidei de ſum. Trin. & fid.
Cath.* Tum ſuper unam Petram ædificavit hanc
molem *c. loquitur* 24. *q.* 1. Aliud præcipuum
inter utramque rempublicam diſcrimen elucet
in Juriſdictione. Idem namque mediator Dei,
& hominum Chriſtus, actibus propriis, & di-
18 gnitatibus diſtinctis, officia poteſtatis utriuſque
diſcrevit, ut adminiſtratio reipublicæ tempora-
lis ad laicam poteſtatem, ſeu juriſdictionem ſpe-
ctaret, ut rebus divinis præſideret tantummodo
Eccleſiaſtica auctoritas *c. cùm ad verum diſt.* 95.
c. duo ſunt ibid. Nam quamvis Romani Impera-
tores, Pontifices Maximi creati eſſent ab Au-
guſto, eiſque cura ſacrorum incumberet, ut vel
Auſonius Cæſarem ſuum Relligionis Pontificem
19 vocaverit; Attamen Nicolaus I. objurgans in
Epiſtola ad Michaëlem Imperatorem exarata,
ac redarguens uſurpatum nomen Pontificis, in-
terdixit, ne deinceps Imperatores ulli titulum
ſacræ dignitatis aſſumerent; cujus Epiſtolæ pars
eſt in *c. imperium diſt.* 10. Non addam plura:
ſatis, ut arbitror, deſcriptus eſt omnis reipu-
blicæ ſpiritualis ſtatus, eòque libentiùs moram
impendimus in hac inſpectione, quoniam hoc
lumine præeunte confeſtim elucet finis introdu-
cendi Jus Canonicum, & quibus imperet, &
quouſque ſuam protendat auctoritatem.

[*b*] *Fundamenta.*

*Quæ ſint fundamenta ſpiritualis
reipublicæ?*

Sed inquiret ille, qui Jus Canonicum peni-
tus cupit addiſcere, non primoribus labris obi-
20 ter aliquid deguſtaſſe contentus: ecquænam
ſint hæc fundamenta reipublicæ ſpiritualis?
Sunt nimirum præceptum de profitenda fide:
Sacramenta, per quæ Gratiam aſſequimur: Or-
do Miniſtrorum inſtitutus in 12. Apoſtolis, &
72. Diſcipulis: & præcepta moralia ad perfe-
ctiorem ſtatum redacta, & denunciata rurſus uni-
verſo hominum generi, ita Angelicus præce-
ptor 1. 2. *quæſt.* 108. *art.* 1. & 2. Huc referri
debent decreta quædam C. Tridentini, & primò
ſeſſ. 6. can. 10. *Si quis dixerit nihil præceptum
eſſe in Evangelio præter Fidem, cætera eſſe indif-
ferentia, neque præcepta, neque prohibita, ſed
libera, aut decem præcepta nihil ad Chriſtianos
pertinere, anathema ſit.* Secundò eodem ſpecta-
re videtur decretum ejuſdem Concilii *in can.* 21.
ſeſſ. 6. *de ref. Si quis dixerit Chriſtum Jeſum a Deo
hominibus datum fuiſſe, ut Redemptorem, cui
fidant, non etiam, ut Legislatorem cui obediant,
anathema ſit.*

(*c*) *Suffragium.*

Ea verba ſunt Clementis V. *in c. quoniam in
proemio Clementin. Et in Clem. ne Romani de
elect. & electi poteſtate* habetur: *nam ab adole-
ſcentia viri proclivis ad malum ſenſualitas, ad
malum declinat, per quod morum ſubverſio in
Clero, & populo frequenter obrepit*, conſonat text.
in can. proclivis 20. *q.* 3.

(*d*) *Reliqua.*

*De Poteſtate legislativa, quæ eſt
in Eccleſia.*

Quærenda ad majorem intelligentiam rei pro-
poſitæ ſunt exempla, quibus appareat talis po-
teſtas Eccleſiæ relicta?

Si mentem ad Sacramenta Eccleſiæ convertas, 21
res indubia eſt, non poſſe quidem Eccleſiam
mutare formas eorum, aut materias; ſed tamen
quibuſdam in rebus non penitus fuiſſe proviſum:
& ideo providere poſſe Eccleſiam. Etenim quis
poſſit commemorare diſſidia causà Baptiſmi ab
infidelibus collati? an ſcilicet à pagano bapti-
zatus, eſſet iterum ſalutaribus undis perfunden-
dus? Nos quidem quæſtionem ad *titulum de
Baptiſmo lib.* 2. excutiemus uberrimè Interea
audiatur D. Auguſtinus contra Parmenianum
L. 3. *c.* 3. *Et hæc quidem*, inquit, *alia quæ- 22
ſtio eſt, utrum & ab his, qui numquam fue-
runt Chriſtiani, poſſit Baptiſmus dari: nec ali-
quid temere inde affirmandum eſt ſine auctorita-
te tanti Concilii, quantum tantæ rei ſufficit*: Cæ-
terum quæſtionem temporibus inſequentibus e-
nucleavit, deciditque Nicolaus Papa I. in reſ-
ponſionibus ad Conſulta Bulgarorum c. 104. va-
lere ſcilicet Baptiſmum ſeriò ab infideli non ba-
ptizato collatum *c. à quodam Judæo de Conſecr.
diſt.* 4. quod idem declaraverat etiam Concilium
Compendienſe art. 9. Anno Chriſti 757. — Non
deeſt exemplum in Sacramento Ordinis. In
primitiva Eccleſia ordinandis Diaconis non fuit
exhibitus liber Evangeliorum, uti nunc ſolet;
ſed aliud certè potuit exhiberi, per quod & al- 23
taris miniſterium, & alia officia Diaconi ſignifi-
carentur. Quare Bellarm. c. 9. de ſacram. Ordi-
nis, reddit rationem ad id, quod volumus ſatis
opportunam: *Credibile eſt*, ait, *Dominum inſti-
tuiſſe omnes iſtas materias Ordinum, non qui-
dem in particulari; ſed in genere, monendo Apo-
ſtolos, ut Ordines conferrent per cæremonias in-
ſtrumentales, quibus ſignificaretur eorum poteſtas.*
Idem docet Baſſæus *de Sacram. in genere: idem
Laym. c.* 5. *de Sacram. Ord. Fragoſus de poteſt.
Pontif. circa ea Sacramenta, Cuccus, & alii a-
pud Fragoſum.*

cle-

Digitized by Google

Sed præter Sacramenta, exempla etiam à præceptis moralibus deducamus. Ecce, decrevit Eccleſia an liceat juratas ſolvere uſuras in *cap. debitores de jurejur.* de furto in neceſſitate eſt textus in *c. ſi quis de furt.* de bello, quatenus interficere ſit juſtum in eo, eſt textus in *c. juſtum* 23. *q.* 2. Et ipſi Apoſtoli in Concilio Hieroſolymitano II. ſtatuerunt, fideles immunes eſſe à jugo Circumciſionis, & Moſaicarum Cæremoniarum, juſſeruntque, ut abſtinerent ab immolatis, & ſanguine, & ſuffocato, de quibus ſpeciatim nil ſanciverat Divinus Legiſlator *Act. Apoſtol. c.* 15.

Apparet hæc poteſtas etiam circa reſpicientia Fidem: nam ſexta Synodus generalis duas in Chriſto voluntates, duaſque item operationes collegit ex illo; *non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis*. Tum ex eo quod Chriſtus Deus, & homo perfectus eſt. Concilium Lugdunenſe ſub Gregorio X. demonſtravit Spiritum Sanctum ex Patre, & Filio, non tanquam ex duobus principiis, ſed tamquam ex uno, non duabus ſpirationibus, ſed una procedere: Pater ſiquidem, & Filius ſunt unus Deus, una potentia, una Sapientia, qua in re erravit Eraſmus, & Catharinus. Concilium Lateranenſe IV. dixit *Trãſubſtantiationem* quæ olim dicebatur *Trãſelementatio, & mutatio*. Synodus Complutenſis ſub Syſto IV. in Extrav. ſua ex illo D. Joannis teſtimonio *ſicut miſit me Pater, &c. Quorum remiſeritis*, &c. haberi Pœnitentiæ inſtitutionem, & Confeſſionis præceptum docuit.

(e) *ſucceſſoribus*.

Epiſcopi ſunt ſucceſſores Apoſtolorum.

Pontificem eſſe D. Petri ſucceſſorem demon-
24 ſtrabimus latiſſimè ſuo loco. Epiſcopos autem
eſſe ſucceſſores Apoſtolorum, negat Calvinus
lib. 4. *Inſtitut. cap.* 4. §. 11. & alii hæretici Epiſ-
copum nihil plus eſſe, quàm ſimplicem Presby-
terum aſſerentes, ſequuti hæreſim VVicleſi, de
qua *Epiph. hæreſ.* 75. & nos dicemus in titulo de
Presbyteris. Re ipſa tamen Epiſcopi ſucceſſerunt
Apoſtolis. In quo animadvertendum, Apoſto-
los conſiderandos eſſe, & ut Apoſtolatus mu-
25 nere præditos, & ut Epiſcopali dignitate inſig-
nitos. Munus Apoſtolatus fuit Legationis offi-
cium, vi cujus habuerunt poteſtatem, & juriſ-
dictionem in univerſum Orbem. Poterant leges
condere obligantes Chriſtianos, tametſi per ſe
nullas ita generales promulgarint Apoſtoli, li-
cet potuiſſent, prout exponit tamen *Suarez lib.*
4. *de legibus cap.* 3. Fuerunt etiam Apoſtoli Epiſ-
copi dignitate, & ordine miniſterii Eccleſiæ ſu-
periores, & habentes Juriſdictionem Epiſcopa-
lem. His ſuppoſitis, certò credendum eſt, Epiſco-
pos Apoſtolis ſucceſſiſſe, non in Apoſtolatu, ſed
in Epiſcopatu: text. in *c. Dominus* 93. *diſt.* Ele-
ganter S. Hieronymus ad Marcellum: *apud nos*,
inquit, *Apoſtolorum locum Epiſcopi tenent*. Nec
vero exempla latent Epiſcoporum, qui ſucceſ-
ſerunt immediatè Apoſtolis. Ecce, Apollina-
ris Ravennæ: Maternus Greviris: Hermagoras
Aquilejæ facti ſunt Epiſcopi à B. Petro, & Li-
nus à B. Petro, & Paulo *Irenæus lib.* 3. *c.* 1. Poly- 26
carpus de Smyrna à S. Joanne fuit Epiſcopus
conſtitutus *Tertull. lib. de Præſcript.* Plato factus
Epiſcopus Mirmenenſis a D. Mathæo Apoſtolo
Euſeb. lib. 2. *cap* 41. S. Dionyſius Areopagita
à S. Paulo Athenarum Epiſcopus conſtitutus
idem lib. 3. *cap.* 4. videatur *Turrecrem. lib.* 2.
ſumma de Eccleſia c. 32. ubi eleganter. Hanc
ob cauſam in *c. dominus* 93. *diſt.* Epiſcopi di-
cuntur Apoſtoli: Et Pontifices dicuntur *in c. mi-
ſerum* 61. *diſt. in c. legum* 2. *q.* 1. *Mendoza lib.*
2. *Concil. Illib. cap.* 30. *pag.* 206.

[f] *In eoſque*.

Epiſcopi in ſua diœceſi leges ferre poſſunt.

Hanc propoſitionem negat Lutherus: fuerunt etiam in hac hæreſi Vvaldenſes, quos refellit *Bellarm. lib.* 3. *de laicis c.* 2.

Sed jam oſtendimus Epiſcopos eſſe ſucceſſo- 27
res Apoſtolorum quoad Epiſcopale munus.

Et hoc clariſſimè probant Textus *in can. Catholica* 11. *diſt. in c. nullus* 3. *q.* 2. *cap. cùm omnes c. cùm acceſſiſſent de conſt. cap.* 1. *de conſ. diſt.* 4. *c.* 2. *de major. & ob. c. fin. de fer. c.* 2. *de locato*. Probatur ex Actum Apoſtolorum 20. *Vos Spiritus Sanctus poſuit regere Eccleſiam Dei*; & 1. ad Timotheum 5. *adverſus Presbyterum noli recipere accuſationem, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus*; Qua ex re apertiſſimè colligitur Epiſcopum, cui ſcribebat D. Paulus, habuiſſe juriſdictionem. Quare jure merito *D. Antonin.* 4. *part. Theolog. titul.* 11. *capit.* 7. §. 1. ponit Extravag. Joann. XXII. quæ incipit: *Dudum ad audientiam*, quæ in corpore juris non habetur; qua Petrus de Calabria Antipapa damnatur, propterea quod Prælatis ad leges ferendas ademit juriſdictionem: vide multa alia apud *Suarez lib.* 4. *de leg. cap.* 4. Et addere poſſumus rationem Laym. in *l.* 1. §. 2. *de leg. cap.* 7. quia *Monarchia tam latè diffuſa perfectionem reſpicit, ut ſub uno Monarcha ſeu univerſali capite alii ſint in Republica inferiores Principes. Qui aſſumuntur in partem ſollicitudinis can. qui* 2. *q.* 6.

Hæc omnia tamen ita intelligenda ſunt, ut licet Epiſcopi habeant juriſdictionem, illa pendeat quoad modum, & ordinem inſtitutionis a ſummo Pontificè, licet quoad ſubſtantiam ſit ex jure Divino, ut idem *Laym.* docet *ibidem*. Imò, ut obſervat Suarez, ne ipſi quidem Apoſtoli ſine conſenſu Petri ullas in univerſam Eccleſiam leges tulerunt, licet potuiſſent; & poterat equidem Petrus Apoſtolos obligare, & revocare eorum legem *idem Suarez lib.* 4. *cap.* 4.

[g)

Digitized by Google

(g) Jus.

Jus Canonicum cur etiam Divinum appelletur?

Frequentius dicitur Jus noſtrũ Eccleſiaſticum,
28 & Pontificium, licet interdum quoque Jus Divi-
num in *c. de quibus* 20. *diſt. in c. ſuſcipitis di-
ſtinct.* 10. *in c. nimis jure jur. c.* 1. *de juram. cal.
cap. cum de diverſis de ſacrileg. in* 6. Crederem;
quia pendet ex auctoritate à Chriſto ſuis Legiſ-
latoribus conceſſa, vel quia res ad Deum ſpe-
ctantes Divinæ creduntur. §. *nullius Inſtitut. de
rer. diviſ.*

(h) Neque.

Unde Jus noſtrum Canonicum appelletur?

Vox *κανὼν* varias habet ſignificationes. Inter-
dum idem eſt, quod Canna, ſive virgula rectiſ-
29 ſima, *ἀκόντιον κανὼν* ſumiturq; pro calamo, cir-
ca quem textores fila involvunt; accipitur inter-
dum pro inſtitutione juxta Iſid. & Gabr. Beil
lect. 15. in Can. Miſſæ; quo in ſenſu ſecretum
Miſſæ *Te igitur Clementiſſime Pater* Canon dici-
tur, quoniam illa verborum connexio partim
Chriſto, à quo verba Conſecrationis accepimus,
partim Apoſtolis, & Pontificum inſtitutioni-
bus tribuitur. Interdum pro regula accipitur,
& norma agendi, ut colligitur ex Cicerone ad
Tyronem *Epiſt.* 16. 17. *Sed heus tu qui κανὼν
eſſe meorum ſcriptorum ſoles*; ex Plinio l. 34. c. 8.
qui narrat hiſtoriam de Polycleto deductam ex
Æliano; Hic artifex ſcalpri ictibus tam venu-
ſtum ſimulacrum inſculpſit, ut quoniam artifi-
ces ex illo petere poſſe videbantur artis linea-
menta, dici voluerit *κανόνα*. Atque in hac ſigni-
ficatione Jus Canonicum, quoniam norma, &
regula eſt dirigens fideles in omnibus ſuis decre-
tis ad immortale præmium juſtorum: quoniam
nil continet peccaminoſum, *κανὼν* dicitur, & Ca-
nones ejus decreta. Nam ſicut Pythagoras præ-
cepta diſciplinæ, quam ſanctam, tectamque pu-
tabat, Canones, regulaſque conſuevit appella-
re; & ex Pythagoricis Diſcipulis ii Canonici,
qui appetitionum impetus ita proſtrarant, ut ſo-
la ratione vivere viderentur: ſimili prorſus mo-
do leges Eccleſiaſticæ diſciplinæ, ob ſanctitatem,
30 quam inſinuant in animis, convenientiſſimè Ca-
nones dicuntur. Rident ad hæc Lutherani im-
meritò in ſanctiſſima decreta concitati. Quid non
eſt auſus effari ſignifer errorum Martinus Lu-
therus in libros Canonum? Et cùm primùm
fuit telis Eccleſiaſticis meritò confoſſus a S. P.
Leone X. conicere in flammas Eccleſiaſtica volu-
31 mina erectâ lignorum ſtrue in patulo, ac ſpatio
ſo loco, auſus eſt. Pendebant a parietibus Epi-
grammata multa, quæ oculis obiiciebant livo-
rem, furoremque; velut illud.

*Flammivomus recta conſcendit ad æthera fumus.
Certè adeo iſta fuit victima grata Deo.*

Ut refert liber ille Friderici Mayer damnandus tenebris, *in diſputatione de vita Lutheri*.

Noſtrum erit nihil non ſanctum, purum, atque illibatum in Jure Canonico contineri, demonſtrare. Et quamvis ubi per ſe ſplendet veritas, vix alienis præſidiis indigeat, attamen ad exercitationem eorum, qui Juri Canonico operam dant, id diſputando explicabitur.

DISSERTATIO UNICA.

Quam vere canones ſint norma recte vivendi?

Canones Eccleſiæ nil continent quod avocet a ſalute æterna.

Quam Concluſionem tuetur *Doviat Prænot. Can. Lib.* 5. *cap.* 22. *Anaclet. in Proœm. Decret. n.* 41.

PROBATUR I. Quia Canones conduntur du-
ctu Spiritus Sancti, ut patet ex *can. ſi quis Dia-* 32
conus diſt. 50. *can. ideo* 25. *q.* 1. *can. canones §.
hæ ſunt diſt.* 15. *ex can. violatores* 25. *q.* 1. ubi
*qui violat canones contra eum agit cujus nutu,
& gratia ſancti Canones conditi ſunt*, & ideò
in can hæc conſona eadem cauſ. & quæſt. ſtatui-
tur: *ne Canonum tranſgreſſores Altario poſſint in-
ſervire*. Confert textus *in can. certum eſt diſt.* 10.

PROBATUR II. Ex *cap. fin. de præſcript.* ex *c. cùm haberet de eo, qui duxit in Matrimon. quam poll. per adult.* ex *c. Euphemium* § 1. *Cauſ.* 2. *quæſt.* 3. ubi: Canones in illis rebus, in quibus peccatum vertitur unicè obſervandi ſunt, neglectis, abrogatiſque legibus civilibus, facit Juſt. *in Novell. ut Clerici apud propr. &c.* §. *pen.* ergò Canones peccatum removent.

PROBATUR III. Ex *cap. filius de Teſtamentis* ubi quod injuſtum eſt prohibetur, ex eleganti ratione: *quia lege Dei vivimus*.

PROBATUR IV. Ex *can. canon*, ex *can. regula diſt.* 3. ubi: Canonicum Jus ita dicitur, eo quod ad vitam refertur æternam. Sed agamus cum Adverſariis, quippe ex difficultatibus veritas magis elucidatur.

SOLVUNTUR DIFFICULTATES.

Obiic. 1. Concilium Tridentinũ ſeſſione 24. *c.* 1. *de Reform.* permittit filiis Matrimonium irrequiſito conſenſu patris; ſed hoc ſane videtur eſſe contra præceptum honorandi parentes, ad textum in *cap. ult. cauſ.* 32. *quæſt.* 2. *capit.* 1. *cauſ.* 31. *q.* 2 ☞ *Lauria in Epithome Canonum verbo Matrimonium pag.* 302. *verſ. olim*. Carolus Cal-

vus

Digitized by Google

vus, cum ejus filius duxiſſet uxorem ſine conſenſu Patris Anſtgardam, ex qua ſuſcepit duos filios Ludovicum ſcilicet, & Carolomanum, qui Regnum Franciæ à Normanorum incurſu, & infeſtatione ſunt tutati; filium coegit ab ea divertere quam ſine ſua duxerat voluntate, ex *Reg. l. 2. Cuſp.* Aliis auctoritatibus demonſtratur diſpoſitione Canonum quædam fieri validè, quæ tamen illicitè geruntur: ecce, Presbyter degradatus ſi conſecret, validè conſecrat, ſed illicitè: *Gloſſ. in cap. 2. de Cler. excom.* Achatius hæreticus validè ordinavit, ſed illicitè *can. ſecundum diſt. 29.* ordinati ab Excomunicatis, Simoniacis, Schiſmaticis validè Ordinem receperunt, ſed illicitè *cap. ab excommunicatis, 9. q. 1. can. ordinationes ibid.* huc ſpectat *Textus in cap ex Catholica 1. q. 1. in can. quod quidam §. quamquam & ſi 1. quaſt. 1. junct. Gratian in cap. ſed illum 24. q. 1. & in can. ſi quem, in can. nec foris, & in can. Sacramenta 1. q. 1.*

Hæc difficultas facili negotio diluitur. Eſto enim quædam validè fiant, quæ ex juris diſpoſitione illicita ſint: potius retorquetur argumentum. Si illicita ſunt ex juris diſpoſitione, ergo
35 Jus Canonicum nihil peccaminoſum permittit. Qua ratione igitur validè fiunt? Quoniam Jus Canonicum quantum poteſt, connititur ne quid fiat, quod à via ſalutis deflectat; ſed ſi quædam geruntur quæ effectum validum obtineant, quamvis illicita, id aliunde provenit. Et facillimè capita omnia difficultatis expendenti, res innoteſcet.

Conſenſum paternum expectare filios ad nuptias rite contrahendas, ob pericula multa non proderat: ideo ſtatutum eſt ut conſenſus Patris nil ſpectet ad validitatem earum; è duobus malis minus eſt eligendum *c. duo ſunt diſt. 13. can. non ſolum 22. q. 4.* & clarè reſponſio deducitur ex Tridentino, quòd cauſam decretum inducendi proponens, ait id factum, quia gravia peccata perpendebat En cur validitas impedita non fuerit. Præter quam quod Jus Canonicum approbat Matrimonium ſecluſo conſenſu patris, non approbat actum ſpernendi quodammodo auctorem vitæ *can. aliter 30. q. 5.* quod iniquum, & impium eſt, & grave peccatum ait eſſe *Sanchez. l. 4. de Matrim. diſp. 23. n. 10. Paſchalis de viribus Patr. Poteſtatis 2. patr. c. 5. n. 25.* Quare canon ſe merè permiſſivè habet: & patrem fuiſſe irrequiſitum, non eſt effectus Legis, ſed utriuſque negationis, non præcipientis, non prohibentis, ut eleganter Suarez expendens vim meræ permiſſionis *lib. 1. de legibus cap. 15.* Atque hoc adeo verum eſt, ut etiam ante Tridentinum ſi filius voluiſſet Parentis conſenſum negligere, non erat imputandum Juri Canonico, quia non id juſſerat, ſed de validitate, aut invaliditate diſpoſuerat. Ad confirmationem idem fere dicitur; neque enim Jus Canonicum validitatem Ordinum impedire potuit, quæ pendet ex Caractere.

Quod igitur potuit, prohibuit fieri tales Ordinationes. Quod ſi audaces homines nihilominus reperiuntur, qui ſint ſalutis immemores, & quibus ſanctiſſimis decretis repugnare placeat; num idcirco Jus Canonicum incuſari poterit? Homines in dies peccant *can. qui natus de Pan. diſt. 1. can. ſi enim. §. liberi de Pan. diſt. 2.*

Si, quoties homines peccant, ſua fulmina mittat
Juppiter, exiguo tempore inermis erit.

Et hæc reſponſio integrè declaratur *ex can. hac ratione 31. quaſt. 1.* ibi: *aliud eſt enim præcipere, aliud permittere. Quod enim permittimus nolentes præcipimus: Quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non poſſumus*: eleganter etiam Ulpianus in *l. culpa 52. ff. de Reg. Jur.* ibi: *Culpa caret qui ſcit, ſed prohibere non poteſt.*

Objic. 2. Si Peccatum eſt, & quidem graviſſimum, omnis extra Matrimonium conjunctio, cur permitti concubinas ait text. in *can. Chriſtiano 34. diſt.* juncto textu in *can. is qui ibid.* in *cap. quod propoſuiſti 32. q. 7.* cui conſonat alter ſimilis *text. in can. ſi quid 33. q. 2.* cur traditur vivente uxore maritum aliam poſſe ducere, ideſt Concubinam? Et in *can. dilectiſſimis 12. q. 1.* cur aſſeritur uxores debere eſſe communes?

Ad expediendam tot Canonum difficultatem primò uti poſſumus ad *Canon. Chriſtiano, & can. is qui*, erudita interpretatione *Mendozæ* ad Concilium Illiberit. *Lib. 2. cap. 8. pag. 126.* Qui ait *Concil. Tolet. in can. is qui*, non approbaſſe concubinatum; ſed toleraſſe in Hiſpania, ideſt pœnam non conſtituiſſe ob delinquentium
multitudinem. *Severitas exercenda eſt in peccata paucorum*, inquit, *Aug. in Epiſt. 60. & ſerm. 2. Dom. poſt Pent.* & hanc tradit rationem admittendi concubinarios ad communionem. Et quia Iſidorus auctor *can. Chriſtiano* floruit poſt C. Toletanum anno 200. acturus de differentia inter Jus Divinum vetus, & novum, ut patet ex inſcriptione Canonis, quoniam Concilium Toletanum conniventiam, tolerantiam, & impunitatem induxerat habenti unam concubinam, non in foro interno, ſed in foro externo, idcirco dixit, quòd de jure Moſayco licitum erat ob diſpenſationem habere plures concubinas; ſed in lege nova quandoque ſolum in foro externo toleratum, non in interno, unam habere concubinam conceſſum. 36

Nec difficiliores habet explicatus textus in *can. quod propoſuiſti 32. quaſt. 7.* nam ibi intelligitur conditio: *ſi ab initio fuerit matrimonium nullum, ob impedimentum impotentiæ*. Tandem ad Textum in *can. dilectiſſimis* admittentem communem uxorem, quæ fuit hereſis Nicholaitarum, quid dicendum? Mendoza ad *Conc. Illib. L. 2. cap. 8. pag. 148.* aſſerit, confictam hanc Epiſtolam a Carpocrate, qui erat è Schola Platonis, juxta quam in ſua Republica omnia debebant eſſe communia: & quoniam

anti-

Digitized by Google

antiquis in uſu fuit nomina per literas primas compendii gratia notari: fieri potuit, ut ex litera C. notà Carpocratis, Clementis nomen extenſum ſit.

Reſp. ulterius cum Gloſſa, & cum aliis apud *Gonzal. in eod. Conc. Illib.* communes dictas uxores, non quoad uſum, ſed quoad obſequium *can. omnino* 31. *diſt.* Ultimo *Epiphanius hær.* 32. ait illa verba *in omnibus autem &c.* abeſſe ab originali, & duobus manuſcriptis Codicibus, uno Vaticano, altero Bibliothecæ S. Marci Florentiæ.

Objic. 3. Cur Alexand. III. *in cap. cum eſſes de teſt.* aſſerit reſcindere teſtamenta, eo quod non fuerint adhibiti 7. teſtes, eſſe à Divina lege alienum, cum tamen id Divinæ legi con-
38 trarium non ſit? Nicolaus I. ad Conſulta Bulgarorum in *can. à quodam Judæo de Conſ. diſt.* 4. vult Baptiſmum in nomine Chriſti valere, contra *text. in can. multi ead. diſt.* Gelaſius in *can. comperimus de Conſecr. diſt.* 2. pronunciavit, non poſſe ſumi ſub una ſpecie Euchariſtiam ſine altera.

Sed, ut omnibus auctoritatibus vera interpretatio aſſignetur, Alex. III. in *cap. cum eſſes* verum ait, pronunciando 7. teſtium neceſſitatem eſſe inductam, ut rem novam, & alienam à Divina lege, in qua duo, vel tres ſufficiunt teſtes. At verò addo, non eſſe curandum de cauſis ejus concluſionis: ſufficit concluſionem eſse veram: non enim pro cauſis redditis hic depugnamus. Nam Alexander ſic accipitur, ut in teſtamentis minor numerus quam duorum teſtium perſpectę fidei eſse non poſſit; major poſſit. Major numerus non excluditur, quia major numerus eſt præter Jus Divinum, minor numerus quam duorum eſset contra Jus Divinum. Quare vox *alienum* ſignificat *remotum*, hoc eſt ultra jus, *Fagnan. ibid. num.* 109.

Nicolaus vero in *can. a quodam Judæo* ſuam protulit opinionem ut fatetur *Canus L.* 6. *cap.* 8. *de Locis* Sive accipitur, ut dicemus *L.* 2. *Tit.* 3. *n.* 5. ad diſtinctionem Baptiſmi Joannis: cæterum pronunciandam ſupponit formam a Chriſto D. aſſignatam.

Poſtremò Gelaſius in *can. comperimus* intelligendus eſt de Sacerdote, dum in Sacrificio Miſſæ obtulit Patri æterno ad expiationem culparum Corpus, & Sanguinē Chriſti D. ſub utraque ſpecie; perfectè illæ ſpecies ſunt ſumendæ *Gloſ. ibi.*

Objic. 4. Textus difficilis in *can. placuit* §. *poteſt* 16. *q.* 3. cujus verba ſunt: *bona fides non ad tractum medii temporis; ſed ad initium poſſeſſionis refertur; ſufficit ab initio cuique poſſidere cæpiſſe bona fide, etiamſi medio tempore ſcientiam rei alienæ habuerit:* ergò de Jure Canonico admittitur præſcriptio cum mala fide; cum tamen in *cap. quoniã de præſcript.* Innocentius dicat agens de mala fide tollenda, omni Conſtitutioni derogandum, quę abſque peccato mortali obſervari nequit. Item de præſcriptione expendi poteſt *text.* in *cap. cura* 21. *de jurepatròn.* ubi Clericus abſque bona fide beneficium præſcripſit. Accedit text. *in cap. dilecto de verb. ſignif.* ubi ex primo decreto in poſſeſſionem miſſus uſucapit Tandem in *cap.* 1. *de præſcript.* ſupponitur deeſſe bonam fidem.

Quidam ſe expedire poſſe putant ab oppoſito textu in *can. placuit*, aſſerendo Pontificem eſſe loquutum juxta leges civiles; ſed ſi verum quærimus, verba illa ſunt Gratiani, de quibus ſolliciti eſſe non debemus, cum juris non obtineant auctoritatem. Minus obſtat textus *in d. cap. cura*; quia bona fides aderat in Clerico probabiliter exiſtimante, laicum potuiſſe, invito Epiſcopo, concedere ipſi Clerico beneficium; & licèt debuiſſet ſcire, nullum beneficium ſine Epiſcopi inſtitutione obtineri *cap. ex frequentibus de inſt.* attamen præſcriptio vim habet tituli, & inſtitutionis canonicæ *cap.* 1. *de præſcript. cap. ſuper. de verb. ſign.* Nec pariter vim ullam habet Textus in *d. cap dilecto*; nam ex principiis Juris certum eſt; miſſum ex primo decreto, tranſacto anno verum effici poſſeſſorem. Quidni igitur anno tranſacto poſſit incipere præſcriptio? *Gonz. in cap. quoniam n,* 16. *de Præſcriptionibus.*

Quod verò attinet ad textum *in cap.* 1. *de præſcript.* tres ſunt reſponſiones. Prima, ideo permiſsam præſcriptionem ejuſmodi, quia in ſpecie d. textus agebatur de acquirenda poſſeſſione diœceſis prolapſæ in hæreſim Arrianorum, & ideo in favorem Fidei Catholicæ ſancitur, ut, ſi quis Epiſcopus eam convertat, acquirat: ſicut Princeps ex juſta cauſa poteſt rem ab uno auferre, & alteri elargiri *l. Lucius ff. de evict.* Altera reſponſio eſt, longe diverſum cenſeri poſſidere rem alienam, & poſſidere rem alienam mala fide; dari poteſt, ut aliquis rem alienam poſſideat; ſed juſto titulo acquiſitam, & bonam fidem habeat. Exempla ſunt in *l. procuratoribus C. de acquir. poſſ. leg. Prætoris, leg. ſi finita ff. de damno infecto l. & generaliter ff. de nox.* Et defendit *Cujac. in d. l. & generaliter* At verò poſſideri rem alienam cum mala fide, contingit in prædone, cui deeſt titulus. Quocirca ſcienter quidem in noſtra ſpecie Epiſcopus alienam diœceſim detinebat, ſed habebat juſtum titulum. Ultima reſponſio eſt, præſentem præſcriptionem ideo eſſe validam, quia erat juſtus titulus pro derelicto, qui ſufficit ad uſucapionem *l.* 1. *ff. pro derelicto.*

Objic. 5. In emptione, & venditione permittitur, ut ſe decipiant contrahentes, textus celebris *in cap. cum dilecti de empt. & vend.* caſus eſt hujuſmodi. Ego fundum valentem 100. vendidi, Titius dedit 30. manifeſtum, me accepiſſe minus dimidio: ergò ego venditor ſum læſus ultra dimidium, & hæc eſt læſio ex parte venditoris. Accedit læſio ultra dimidium etiam ex parte emptoris, ut ſi emerim eumdem 300. aureis, & hæc eſt deceptio ultra dimidium. Sed contingeret deceptio intra dimidium, ſi ego venditor pro eodem fundo accepiſsem plus dimidio juſti pretii, non verò 100. ſed 60. certe eſsem læſus intra dimidium. Quibus ſuppoſitis, licet ſic deci-

pere, & ultra dimidium & intra, ad text. *in d. cap. cum dilecti*. Ex his jam naſcitur difficultas: in Conſcientiæ foro hæc non obtinent, ut ait Caniſius ad *d. cap. cum dilecti*; & Layman ait locum eſse denunciationi Evangelicæ *in tract. de empt. & vend. L. 3, Tract. 3. cap. 17. §. 1. n. 8.* Ulterius arguit Hotomanus *obſerv. L. 2. cap. 1.* in cenſu latere uſuram, & tamen in *Extrav. Pii V.* que incipit, *cum onus* permittitur. In pignore verò uſuræ permittuntur, ut eſt text. *in cap. 1. de Feud. in cap. ſalubriter de uſuris*: permittuntur ob jusjurandum *in cap. debitores de iure iur.* contra textum *in regula non eſt obligatorium de reg. iur. in ſexto*. Pactum futuræ ſucceſſionis, quod alioquin eſt contra bonos mores, *c. accepimus de pact. c. 3. 7. 11. de fil. presb.* pene continetur gratiis expectativis *cap. conſultationibus de don. cap. cum veniſſent de reſt. ſpol. Clement. unic. de reb. Eccleſ. non alien.* ubi Epiſcopi beneficia nondum vacantia unire poſſunt, & cum facultas ſe obtulerit beneficium promitti poſſe, eſt textus *in cap. accedens de conceſſ. prabend.* Rurſum poteſt recipi in Canonicum aliquis abſque prebenda *cap. cum M. o. de conſt. cap dilectus de Prabend. cap ſi poſtquam eodem in ſexto*, & generaliter proximè vacaturam poſſe promitti ait textus in *c. propoſuit. c. conſtitut et hoc tit. c. ex parte de off. deleg. c. 2 de prab. in 6.*

Conſideremus donationes; Epiſcopo permittitur donare rem unius Eccleſiæ *cap. apoſtolicæ 9. de Don.* cùm tamen id eſſe illicitum aſſerat text. in *c. nulli de reb. Eccl. alienan.* Illicitum quoque, quòd ſuccedens Epiſcopo mortuo non teneatur præcedentes adimplere contractus; at non teneri ait textus in *in cap. 1. de ſol. cap. 2. de prec. cap. pen. de fideiuſ.*

Oppoſitio hæc quidem unica videtur; ſed veluti pharetratus hoſtis thecam unam ſuccinctam gerit, plures tamen continentem ſagittas: ſic variis telis acutiſſimis inſtructum argumentum opponitur.

Generatim reſpondendum, ex his quæ habentur apud doctiſſimum Suarez, cujus auctoritatem, atque doctrinam ſemper plurimi faciam, in *l. 1. de legibus cap. 15. & 16.* Ejus principia conſonant cum textu in *can. hac ratione 31. q. 1. in can. movet verſ. & per hoc 22. q. 1.* Namirum concedendum eſt culpam committi, ſi quis vendens lædat ſciens, & prudens. Sed hoc eatenus procedit, quatenus lex permittit tolerando, non jubendo, ita etiam ad mentem *Covarr. eſt apud Farias in addit. Apud Gratianum cabit. 260. & Barboſ. in d. c. cum dilecti*, qui affirmat impune læſionem permitti, ne perturbatio per lites innumeras ſequatur. tamen reſtitutio debetur in foro interno, & ſi ſequatur læſio intra dimidiam cum dolo, eſt locus etiam *l. 2. C. de reſc. vend.* decet *Farias l. 2 c. 14. in Addit.* Regulariter tamen eſt locus denunciationi coram Epiſcopo *Garnian. de pretio rerum venalium §. 1. c. 17.*

Nec pariter obſtat *Text. in d. Extrav. cum onus*; etenim, ut latè alii occaſionem oſtendemus, cenſus conſtitutio eſt emptio, & venditio. Qui ſolvit pecuniam eſt emptor, qui accepit eſt venditor: nec alienatio quidem ſequitur fundi, ſed juris percipiendi annuam penſionem. quod transfertur in emptorem: non ergo cenſus habet rationem mutui, ex quo ſolum uſura eſt.

Textus verò in *in cap. 1. de feudis* concedit domino feudi accepti in pignus fructus lucrari, non ex titulo mutui; ſed ex titulo obſequiorum quæ ceſſant in ſpecie illius Textus, quare cum fructus eatenus vaſſallo debeantur, quatenus obſequia præſtat, iis omiſſis per id tempus quo feudum ſit penes dominum, fructus non ſunt vaſſalli; ergò ad dominum ſpectant.

Nec vim habet ſimiliter Conſtitutio altera in *d. c. ſalubriter*. Nam maritus fructus pignoris ſuos facit ex titulo onerum Matrimonii, quæ ipſe quidem proprio patrimonio ſuſtinere non cogitur *L. ſi ex 17. §. 1. ff. de Jure Dot.*

Qui verò ſequitur difficilior eſt Textus *in d. c. debitores*; ſed certum eſt quid reſponderi debeat. Etenim ſi permittitur illi, qui uſuras promiſit, ad ſolutionem devenire, id fit; quia ex parte ſolventis culpa non eſt, ſed fidem datam ſervat, cùm teneretur quidem vitare proximi ruinam; ſed non cum gravi ſuo incommodo, & detrimento, eo quod tale præceptum eſt ex affirmativis, quæ frequentius non obligant ſed cum præjudicio noſtro *Gibalinus de Uſur. Lib. 1. cap. 9. art. 2. n. 23. & artic. 7. in fine* ad differentiam præcepti negativi, quale eſt veluti non odiſſe Deum, quod ſemper inexcuſabiliter ad amandum Deum homines adſtringit. Hinc etiam explicatur textus *in c. 1. de uſur. in 6.* quem ex conſuetudine etiam procedere ait *Leſſ. dub. 8. lib. 2. pag. mihi 11.* Sed hac in reſponſione prolixiores non ſumus, cum alia circa contractus, & pacta diluenda ſint, & refellenda.

Dictum eſt pactum futuræ ſucceſſionis eſſe contra bonos mores; Ita eſt, quis negare poſſit? At inquiunt cur ergò Præbenda nondum vacans uniri poteſt? ut probat textus oppoſitus *in c. conſultationibus de donat.* cùm ſimilibus? In promptu reſponſio eſt; dum unio fit Collegio, aut Religioni; in hac ſpecie unio fit abſque præjudicio viventis; hoc modo ceſſat votum captandæ mortis: quia negligitur quod communiter poſſidetur *l. 1. C. Quando, & quibus quarta pars*. Quod Collegio datur nemini datur *c. Epiſcopus 12. q. 2.* Addo, licet daretur 39
levis occaſio captandæ mortis, vix curanda foret ob majus bonum, quòd ex tali unione provenit. Hodie præſertim auctoritas Pontificia exigitur ad tales uniones *ſeſſ. 24. de reform. cap. 8. Trid.* Nec obſtat augmentum, ejuſdem difficultatis ex *cap. accedens de conc. preb.* quia promittendo beneficium cum poterit concedi, non datur occaſio captandæ mortis, cum pluribus modis vacare poſſit beneficium.

Non obſtant etiam Textus cæteri ut in *cap. 9. de Conſt. in cap. dilectus de Prebend.* cum aliis

ex

Digitized by Google

ex quibus infertur quod Pontifex poteſt beneficia conferre nondum vacantia; hæc enim eſt vulgaris exceptio regulæ ob pleniſsimam ejus poteſtatem in beneficialibus *c. 2. de præb. in 6.*

Expendebatur pariter Text. *in c. Apoſtolica de donat.* ubi permittitur Epiſcopo donare ad dotandam Eccleſiam. Sed dicendum, id fieri ex ratione ſpeciali, nempe in favorem ſacrorum Templorum; ut ita Epiſcopi invitentur ad fundandas Eccleſias, quæ ſine dote ædificari non poſſunt *can. nemo de Conſ. diſt.* 1. Præterquam quòd Epiſcopus poteſt res modicas donare, tum propter conſuetudinem, tum eo quòd res modica ſit *Eſcob. de ratioc. c. 13. Text. in cap. ſine exceptione 12. q. 2. c. cæterum de donat.*

Ultimò tandem expendebatur *Text. in cap. 1. de ſolut. c. 2. de precar. c. pen. de fidejuſ.* Quibus ita ſatisfaciendum eſt; aut debita verſa ſunt in utilitatem privatam Prælati, & ſucceſſor non tenetur: aut in utilitatem Eccleſiæ, & latè *Gonzales in cap. pen. de fidejuſſ.* transferri in ſucceſſorem obligationem contractam antecedenti tempore a prædeceſſore, demonſtrat.

Objic. 6. Jus Canonicum jubet, foveri in Eccleſia reos immanium criminum, conceſſo aſylo *c. inter alia de im. Eccl.* ſed hoc eſt aditum patefacere criminibus; elegans locus Taciti lib. 3. Annal. his verbis: *crebreſcebat per urbes licentia aſyla ſtatuendo:*

Sed hæ ſunt conſuetæ Hæreticorum calumniæ. Reſpondetur cum *Guttierez L. 3. q. 5. pract.* ob honorem, & reverentiam Deo debitam, quod eſt majus bonum, Eccleſias tutum eſſe aſylum, quo miſericordia delinquentibus indulgetur. Quod ſi ex hac immunitate nonnulla incommoda ſequuntur, non propterea abolenda. Etenim nulla, in regimine Eccleſiaſtico conſtitutio erit, qua non obſtante mali, ſi velint prævaricari, non abripiant ſcelerum occaſionem *can. de occidendis 23. q. 5.* Quid melius Dei miſericordia? & tamen mali abutuntur illa; Itemque quid ſanctius Eccleſiis? An putes fieri non poſſe, quin earum ſanctitate perverſi homines abutantur? In Eccleſiis exiſtentibus in Diœceſi Toletana nonnullos homicidia, & mutilationes membrorum perpetraſſe narrat Textus in *cap. immunitatem 10. de Imm.* Similiſque exceſsus narrantur in *Novell.* 117. *cap. 15. §. quia vero, in cap. in audientia de Sent. excomm. in cap. quia fruſtra de Uſur. in cap. domum de Imm. in 6.* congrue *Ovid. l. 2. Triſt.*

Qui locus eſt templis anguſtior? hæc quoque vitet
In culpam ſi qua eſt ingenioſa ſuam.

Objc. 7. In regula *peccatum de reg. jur. in 6.* dicitur non dimitti peccatum, niſi reſtituatur ablatum; cur ergò *in cap. officii de Pœnit.* mulier admittitur ad Confeſſionem cujus partus adulte-
40 rinus ad viri hæreditatem vocatur? Adeoque res aufertur legitimis hæredibus?

Reſp. hanc eſse rationem: quia nemo tenetur ſe prodere cum vitæ, & famæ jactura *Gibal. de cenſuris diſ. 2. q. 5. conſ. 6.* ideo in *d. c. officii* cùm mulier partum ſuppoſuiſset, aut procreaſſet ex adulterio, non cogitur id Viro revelare cum aperto periculo vitæ, & honoris jactura: quare mulier abſolvitur etſi agnoſcat, talem filium hoc modo vocari ad hæreditatem.

Objic. 8. Tentare Deum eſt culpa gravis *c. dilecti de purg. vulg.* quemadmodum etiam uti ſuperſtitionibus, unde *Concil. Saleg. can.* 6. anathemate percellit projicientes corporale ſacrum ad extinguendum ignem: quia tentari Deus non debet *Gonzal. in cap. 3. de purgat. vulg. n.* 7. Cum vero apud Romanos cùm feſta Palilia celebrabantur, acervi fœni, ſtipulæque ardentes ſaltu trajicerentur Ovid. lib. 4. Faſtorum.

Moloque per ardentis ſtipulæ crepitantis acervum
Trajicias celeri ſtrenuus membra pede.

An nòn antiquam ſuperſtitionem purgatio vulgaris redolet? Atqui admitti hanc purgationem criminum ad veritatem inveſtigandam, probat Textus difficilis *in c. qui Presbyterum 27. q. 4.* ibi *ſuper duodecim vomeres candentes ſe expurget.* Deinde adverſatur Textus *in c. non exemplo 26. q.* 2. ubi admittuntur ſortes exemplo vulgato de D. Mathia, qui per ſortes fuit electus; de quibus ſortibus eſt text. in *c. 1. de ſortil.*

Reſp. quod attinet ad purgationem vulgarem omnino credendum Emmanueli Gonzalez *ubi ſupra* qui aſſerit fuiſse priſcis Eccleſiæ temporibus toleratum hunc modum purgandi Innocentiam, veluti per duellum, ferrique candentis attactum. Ignis quòque judicio utebatur olim Eccleſia in reliquiis Sanctorum agnoſcendis, ut eſt apud Baronium anno 505. Rurſus fideles olim accuſati de aliquo falſo, ſcelere ſuſceptione Euchariſtiæ innocentiam probabant, ut conſtat ex tota *cauſa 2. q. 4. cap. ſæpe 2. q. 5. can. auditū ib.* S. Gregor. VII. cum per calumniam ab Henrico Imperatore vexaretur, ſumptione Euchariſtiæ ſe purgavit. Sed nunc tales purgationes in uſu non ſunt, & cenſentur prohibitæ non ſpeciali, ſed generali Conſuetudine *cap. ex tuarum de purg. can. Gretſerus lib. 2. de crim. cap.* 22. Quæ reſponſio planè deducitur *ex cap. cura de purg. vulg.* ubi dicitur talem modum non ampliùs tolerandum.

Quid verò dicendum ad Text. *in d. c. non exemplo?* reſp. ſortes Apoſtolorum fuiſse conſultorias; precibus enim anteà ad Deum fuſis, rogaverunt, ut ſortibus miſſis, ſi caderet ſors ſuper Mathiam, dignaretur manifeſtationem divinæ ſuæ voluntatis aliquo ſigno viſibili præbere, ſcilicet radii coruſcantis. Aliter alii: ſed hæc plauſibilior reſponſio, quæ invenitur apud *Turrecrem. ibid. in decreto cauſ. 26. q. 2. n. 4.*

[*i*] *In.*

De variis Canonum compilationibus. De voce Palea. De obſervantia Juris Canonici.

Dionyſius, cognomento Exiguus, Canones

primus collegit, Græcis in Latinum translatis, de qua collectione fit mentio in *c. ſi romanorum 19. diſt. & in Novell.* 131. Quem Codicem Adrianus I. Carolo Magno dono dedit anno 787. *Sermond. in tom. 2. Conc. Galliæ ad annum* 787.

Extat alia Collectio Fulgentii Ferrandi, cujus mentio fit in *c. ſacrorum 63. diſt. de qua Baronius anno* 527. *n.* 87.

Eamdem operam colligendi Canones poſuit Martinus Bracarenſis Epiſcopus, de qua *Antonius, Auguſtinus de emend. Grat. dial.* 11. 12. ex qua notitia Antonius idem demonſtrat, quoſdam Canones, citatos ſub nomine Martini Papæ, ad hanc collectionem referendos eſſe, ut eſt *Text. in can. Epiſcopum 54. diſt. can. debet diſt. 65. c. ſi quis Epiſcopus. 6. q. 4.* Obivit etiam hoc munus colligendi canones Iſidorus Hiſpalenſis cum Reginone Abb. Prumienſi poſt Burcardum Vvormatienſem Epiſcopum. *Bellarm. de ſcript. anno* 980. de cujus decreto fit mentio *in c.* 1. 72. *diſt.* Accuratior, tamen his omnibus ſequuta eſt collectio Gratiani Monachi D. Benedicti, ſub nomine *Concordia diſcordantium Canonum*; quod volumen *Decretum* appellavit.

Non levis hic quæſtio: an Decretum fuerit approbatum à Pontifice? Pars affirmativa defenditur à nonnullis, & creditur approbatum ab
41 Eugenio III. & Syſto III. ut videre eſt apud
Thuſc. lit. D. concl. 100. præſertim cum Pontifices illud ſine ulla exceptione citent in *cap. contrahebatur de deſp. impub. c. nobis de jurepatr. c. relatum de teſt. & c. 2. de jurejur.* Sed non eſſe approbatum communior ſententia eſt, & habetur elegans Deciſio Rotæ apud *Gonzal. in apparatu*, firmantis non fuiſſe confirmatum: & Canonem ibi relatum non habere majorem auctoritatem, quam in proprio loco conſiſtens, habiturus eſſet, late *Doviat. prænot. can. lib. 4. cap.* 14.

Poſt Gratianum non defuerunt aliæ Collectiones, & approbatæ quidem, ut Breviarium Extravagantium, quod fuit confirmatum ab Alexandro III. Sed Gregorius IX. uſus opera S. Raymundi de Pennaforti Ordinis Prædicatorum, edi juſſit volumen Decretalium, quod integrè fuit approbatum: & licet decreta quædam in illo compilata non reperiantur in libris, ex quibus eruuntur, ut *Text in c. Tranſlato, in cap. ne innitaris de Conſtit.* auctoritate tamen non carent ob approbationem Pontificiam. Succeſſerunt deinde Clementinæ, & Extravagantes.

Nunc quoniam eò nos deduxit ſermo, ut de libris Eccleſiaſticarum Conſtitutionum mentio fiat; alia quædam declaranda ſunt.

Eſt in Decreto Gratiani magna copia Canonum, quorum inſcriptio hæc eſt; *Palea* Quid hoc ſibi vult? Expoſitio *Marthę de juriſd. p.* 2. *c.* 30. *n.* 35. hæc eſt Gratianus auctor Decreti cùm è Bononia librum Romam detuliſſet ut ab Eugenio III. probaretur, primum tradidit doctiſſimo Cardinali, qui gloriæ cupidus induxit in animum operis auctorem ſe appellare; quare addidit multa, ac præſertim SS. Patrum dicta
ſequutus ordinem Gratiani. Orta deinde apud 42
Pontificem controverſia, uter eorum auctor extitiſſet: Gratianus offert ſe, ſpondens memoriter ſumma capita recitare. Dum hæc exequerentur factum eſt, ut addita capitula omitteret, & cùm reclamaret, opponeretque Cardinalis memoriæ lapſum; Gratianus ſe defendit hoc effato: *non eſt illud, aliudque capitulum de meo tritico: palea eſt*; & hinc profluxit nomen *Palea*.

Hic enim Cardinalis Propalea vocabatur, Fagnanus *in cap. canonum de conſt. n.* 10. *Mancinus Genial. cent. 2. cap.* 4. Vel etiam inde *Paleæ* dicti ſunt illi canones à Cardinali additi ex græco *πάλιν* quod *Rurſus* ſignificat, quaſi *additus* canon denotetur.

Alii tamen putant *Paleam*, propter humilitatem dici, quæ ab eodem Gratiano adjecta fuerint, ut placet Canſio, & Gonzalez in Apparatu. Sed res tota nititur conjectura, nec quidquam certi ſtatuti poteſt.

Aliud inſuper de libris Canonicis ſtudioſum juvenem monitum volo. Invenitur enim in anti-
quis Repetentibus citari Gratiani verba loco Ca- 43
nonis, cur ità tradit rationem Roja in ſuis *Inſtit. lib. 1. c. 3.* Quod nempe Decretum Gratiani Bononiæ legebatur in Scholis, & Magiſtri Canonum dicebantur Magiſtri Decreti, ideo tantæ venerationis viſum eſt Decretum, ut & loci Gratiani inſtar Canonum citarentur.

Illud poſtremo ad rem pertinet præcipere, quâ polleat his temporibus per Orbem auctoritate Jus noſtrum. Galli deficientibus ſuis legibus judicant ſecundùm Jus Canonicum. Hiſpani ſimiliter, deficiente jure regio *Azeved. ad Conſtit. lib. 2. tit. 1. n.* 18. Hungari, Angli, Dani leges ſuas aliqua ex parte à Jure Canonico deductas eſſe profitentur. Immo licet Principum Germaniæ nonnulli Lutheri, & Calvini Dogmata cum luctu Eccleſiæ amplexi, Romani Pontificis poteſtatem excluſerint, Jus tamen Pontificium retinent, eoque in decidendis cauſis utuntur *Goedd. de contr. & committ. ſtip. cap. 6. concl. 7. Bugnyon. c. 15. Legum abrogatarū.*

DE

DE LEGE ÆTERNA, DIVINA, ET NATURALI.

TITULUS II.

NUNC quærendum, unde nam Legislatores à Dei Filio relicti, ut ſpirituali reipublicæ conſulerent, ſuas conſtitutiones, & decreta derivaverint? Principio Lex (*a*) æterna Fons eſt omnium legum, ab æterno ordinata, in Deo exiſtens, cùm nihil ſit aliud, quam ratio gubernationis Univerſi, juxta Boetium *L. 3. de Conſol. Phil.*

O qui perpetua Mundum ratione gubernas.

Cùm autem deſcendat ex tali Lege quod juſtum eſt: ſequitur, (*b*) hinc etiam Leges Eccleſiaſticas, ductu Divini Spiritus conditas, emanaſſe. Sed ſi proximam originem quærimus, decreta Canonum magna ex parte in Jure Divino fundantur, quod (*c*) vel naturale eſt, ſcriptum in cordibus noſtris à Conditore Legis æternæ: vel (*d*) poſitivum, quod poſitum, & adjectum fuit juri naturali; & hoc dividitur in novum, quod lex Gratiæ vocatur, & (*e*) Evangelica: & Vetus, quod lex (*f*) Moſaica appellari ſolet.

Ex utroque jure permulta decreta ducta ſunt, ut adnotare licet in *cap. qualiter de Accuſ. in cap. 1. de homic. in cap. 1. de adult. de furt de injur.* nam etſi, tranſlato Sacerdotio per mortem Chriſti, nova lex antiquam abrogarit *cap. translato de Conſt.* in multis tamen vel immutabilis remanſit, vel facile potuit ſuſcitari. Ecce etenim (*g*) conſtabat jus vetus moralibus præceptis, quæ ſunt Præcepta Decalogi; & hæc remanſerunt immutabilia, & adhuc obligant. Conſtabat præceptis cæremonialibus, quibus præſcribebatur modus operandi ſacra, ne privato quodam cultu ingrueret ſuperſtitio. Ex his quædam religioſa ſolùm, ut Altaria, Purificatio poſt partum; quædam religioſa ſimul, & typica, ut Circumciſio, quæ fuit typus Baptiſmi: Agnus Paſcalis, qui præfigurabat Chriſti reſurrectionem.

Hæc omnia ſublata ſunt translato Sacerdotio, ſed quæ erant religioſa ſolùm potuerunt per Ecleſiaſticos Principes ſuſcitari *cap. un. X. de purif. poſt partum*. At non poſſunt religioſa ſimul, & typica, ne figurà iam impleta, videatur retractari quod ſequutum eſt. Judicialia demum præcepta erant illa, quæ ad Leges, contractus, ſucceſſiones juſtitiæque adminiſtrationem ſpectabant; habenturque paſſim *Deut.* 20. & 21. Hæc quoque licet obligare deſierint poſt obitum Chriſti, poſſunt tamen a legislativam poteſtatem Eccleſiaſticam habente ſuſcitari.

SUM-

Digitized by Google

SUMMARIUM.

LEX æterna cognita ipſis Gentilibus. 1.
Probatur admittendam eſſe Legem æternã. 2.
Quomodo Lex æterna ſit promulgata? 3.
Hominibus Lex æterna promulgata per Rationis dictamen. 4.
Ad rationem Legis æternæ ſatis eſt in mente Divina fuiſſe promulgatam. 5.
Ex Lege æterna Lex omnis promanat, quæ juſta ſit. 6.
Lex æterna non eſt nota hominibus. 7.
Quomodo jus Naturæ ſit etiam Divinum? 8.
Quomodo jus Naturæ à Deo procedat? 9.
Deus an in præceptis Naturæ diſpenſare poſſit? 10.
Varietates opinionum. 11.
Quinam Philoſophi jus Naturæ negaverint? 12.
Opinio Antonii Fabri de jure Naturæ. 13.
Quid ſit jus poſitivum, in quo differat à jure Naturæ? 14.
De Lege Moſaica quandonam lata? 15.
An Moyſes fuerit ſimplex Promulgator? 16.
Quandonam Lex Gratiæ cœperit obligare? 17.
Duplex Sacerdotium. Unum Melchiſedech; An hoc ceſſaverit? 18.
Alia quædam de obligatione Legis Moſaicæ. 19.
An tolerata in Lege Gratiæ Cæremonia Moſaica? 20.
De præceptis Moralibus; nova quædam. 21.
Præcepta Moralia quomodo aliquid divini acceperint? 22.
Præcepta Cæremonialia ceſſarunt. 23.
Præcepta Moralia naturalia ſunt. 24.
Ad exercitationem diſcentium jus Canonicum diſputatur An jus naturale ſit immutabile? 25.
Explicatur quomodo Pontifex in voto diſpenſet rejectis variis opinionibus. 26.

EXPLICATIONES.

(a) Lex.

Quid ſit Lex æterna, & quomodo promulgata?

DEfinitur Lex æterna; *Ratio quædam rectè gubernandi univerſa creata, in Deo exiſtens*. Hanc quidam Theologi Legem
eſſe inficiantur, ut Vaſquez, & alii apud Fer-
moſinum *ad Tit. de Conſt.* Sed agnoverunt æter-
1 nam hanc Legem ipſi philoſophi gentiles ſolo ra-
tionis ductu, Mercurius Triſmegiſtus, qui pri-
mus de Majeſtate Dei diſputavit, primus Theo-
logiæ auctor, à quo multa ſumpſit Pythagoras,
& Plato qui adventum Chriſti, futurum judiciũ,
reſurrectionem ſæculi, Beatorum gloriam præ-
vidiſſe videtur, ut eſt *in præfat. Marſilii Ficini*, *in
Aſclepio ſic ait; Hæc ergò tria, fatum, neceſſitas,
ordo, vel maximè Dei nutu ſunt effecta, qui
mundum gubernat ſua lege, & ratione.* (& paulò
poſt) *hæc ergo æternitas, quæ nec cœpit, nec eſſe
deſinet, quæ fixa, immutabili lege currendi ſem-
piterna commotione ſervatur o itur, & occidit.*
Cicero ſimiliter *lib. 2. de legibus*. *Hanc video in-*
quit, *hominum eſſe ſententiam, Legem, nec ho-
minum ingeniis excogitatam, nec ſcitum eſſe ali-
quod populorum ſed æternum quiddam; quod uni-
verſum mundum regeret imperandi, prohibendi-
que Sapientiam*. Eam eſſe rationem dixit *Boe-
tius lib. 3. de Conſ. Philoſoph.*

O qui perpetua mundum ratione gubernas.

Hanc eamdem rectè expreſſit Manilius lib. Aſtr.

*Hoc opus immenſi conſtructum corpore Mundi
Vis animæ divina regit, ſacroque meatu
Conſpirat Deus, & tacita ratione gubernat.*

& Virg. lib 6. Aeneid. verſ. 7.

Mens agitat molem, & toto ſe corpore miſcet

His locis ſapientum virorum, accedit ratio
Fermoſini; *Deus, inquit, ut Gubernator re-
rum creatarum, debet earum actus, motuſque* 2
*dirigere, non confuſè, ac perturbatè; ſed cum
norma quadam ad ſuum finem cum conſervatio-
nis, tum educationis &c.* Sed hæc norma in men-
te Divina, eſt regula, eſt Lex: ergò illam admit-
tere cogimur.

Si quærimus quomodo hæc Lex promulgata
fuerit, cùm hoc ad eſſentiam legis exigatur *cap.
1. de poſt. præl.* Idem Fermoſinus interrogatio-
ni reſpondet aſſerendo, ſatis eam fuiſſe promulga- 3
tam; ſed illo tempore, quo decreta fuit: & certè
cum tempus creationis advenit, promulgata fuit
Lex æterna in hominibus, per rationis dictamen,
intimata creaturis aliis per inſtinctus, per im- 4
petus impreſſa. Quare *Tertullianus in lib. de
Coron. milit. Lex*, inquit, *communis, in publico
mundi, & in tabulis ſcripta*. Præterquamquod
Lex duplicem habet ſtatum, primum quate-
nus decreto Legiſlatoris jam ſtabilita eſt; alte-
rum cùm ſubditis fuit propoſita. Jam ad ratio-
nem Legis æternæ, ſatis eſt eam fuiſſe in mente Di- 5
vina ſtabilitam ab æterno, & eo ipſo cenſetur
perfecta; ratio eſt, quia decretum Dei eſt actum,
æternum, ſtabile, immutabile.

(b) Sequitur.

Ex lege æterna quomodo derivetur Lex humana?

Quòd ex Lege æterna jus humanum quod-
cumque proveniat, ac pendeat, demonſtratur
ex loco D. *Auguſtini lib. 1. de lib. Arbitr. cap.*
5. his verbis. *In temporali lege nihil eſt juſ-
tum, quod non ex lege æterna homines ſibi deriva-
verint*. Quid ni igitur pendeat ex lege æter-
na ſanctiſſimum jus noſtrum, quod, ut certò cre-

dimus,

Digitized by Google

dimus, inſtruente Divino Spiritu conditum eſt, nec poteſt non eſſe juſtum? Qua in re *Suarez* obſervat *lib. 2. de leg. cap.* 4. legem æternam non eſſe notam hominibus in hac vita, quia viatores nequeunt Divinam voluntatem in ſe ipſam agnoſcere: ergò eam cognoſcunt per juſtum, & æquum: quare non eſt nota per directam cognitionem; ſed vel per revelationem, vel naturali ratione; quæ proxima eſt, primaque derivatio Legis æternæ: unde fit, ut Lex æterna non obliget immediatè, ideſt, de jure Divino, ſed obligat cùm accedit alicui juſtæ legi.

(c) *Quod.*

De Jure Naturali. Cur hoc Divinum dicatur? Cur ſolius hominis proprium?

Quòd jus naturale ſit Divinum, oſtendit locus elegans Anſelmi *lib. de volunt. Deì: qui-*
8 *cumque legi naturali obviat, Dei voluntatem non ſervat.* Præclarè Plutarchus Mor. Libr. ad Principem ineruditum. *Deus collocatus ſupra ſacra fundamenta naturæ*; nec minùs eleganter Seneca *lib. 4. de Beneſic cap. 6. Quid aliud eſt jus naturæ, quàm Deus, & Divina ratio? & idem l. 2. quæſt. natural cap 45. Vis illum naturam vocare? non peccabis.* Plin. pariter *lib. 1. cap. 7. qua declaratur natura potentia, idque eſſe. quod Deum vocamus*, & alibi etiam.

Quòd tamen cujuſmodi ſit, & quomodo accipiendum declarat Suarez *de legib. l. 2. c. 6. n. 12. & per totum. Lex naturalis procedit ex Deo, non ſolùm tanquam prima Cauſa; ſed etiam ut*
9 *Legiſlatore.* Quòd procedat ex Deo tanquam ex prima Cauſa eſt de Fide, ut docet *Suarez.* Quòd procedat ex Deo tanquam Legiſlatore, multi negant. Verùm omnino defendendum eſt eum *Suarez* pendere etiam præceptivam legem naturalem, non tantùm indicativam boni, & mali, ſed etiam imperantem alterutrum, a Deo; nam qui peccat in jus naturæ, peccat in Deum. Hoc tamen verum eſt, & omnino obſervandum, habere ex ſe legem naturalem intrinſecam rationem honeſtatis ita, ut intrinſecè ſit bonum, quod præcipit; intrinſecè malum, quod prohibet.
10 Ex quo principio fit, ut ne ipſe quidem Deus in preceptis Decalogi diſpenſare queat *Suarez d. lib. 2. cap.* 15. quia ſuppoſita Providentia non poteſt non prohiberi malum; alioquin ſequeretur Deum ſapientiſſimum poſſe imperare, ut homo Deum ſuum haberet odio. Invenitur tamen Scotus *in 3. diſt. 37 q un.* qui ſcripſit, præcepta Decalogi dividi in illa. quæ primæ Tabulæ dicuntur ad Divinum cultum, & Charitatem in Deum ducentia, & in aliaquædam ſecundæ Tabulæ quæ Proximi dilectionem requirunt. Jam hic Auctor defendi poſſe exiſtimat. Deum in pri-
11 mis duobus, ultimo ex tribus excepto, diſpenſare poſſe: in aliis ſecundæ Tabulæ diſpenſationis non eſſe repugnantiã. Sed alii rectiùs affirmant poſſe interdum mutari materiam juris naturalis. & non reddi depoſitum, & occidi, ut Suarez ait *d. c.* 15. poſitis quibuſdã circumſtantiis, de quibus *id. n.* 20.

Ad uberiorem juris naturalis notitiam: primùm ſciendum, quoſdam Philoſophos auſos eſſe negare inter homines jus naturale reperiri. Sadoletus *de laud. Philoſoph.* multos ex his inventos eſſe narrat, præſertim Pythagoram, Archelaum Magiſtrum Socratis. Quaſi quid juſtum, 12
quid bonum. quid æquo conſonum revera ſit, quid fugiendum, quid malum, in opinione cujuſcumque ſitum ſit: Quaſi frequenter accidat, quod ait Horatius in Arte Poetica.

Decipimur ſpecie recti —

Injuſtitia eſt malum in metu, dicebat Epicurus apud Gaſendum in Rat. Senten. pag. 1756.

Ecce, Aegypij furta permittebant: imo & alij Lavernam Deam venerabantur, ut propitia Prædonibus eſſet. Apud Atticos econtra, qui vel minimum predantur, lapidibus obruuntur. Caſpii Parentes incluſos poſt 70. annum necabant, quid poteſt excogitari indignius? Et unde quæſo tanta morum varietas, & in judicio boni & mali tanta diſſimilitudo?

Hæc vero tam abſurda opinio refellitur ex principiis, quæ à nobis tradentur in prima quæſtione 13
hujus tituli, *An jus naturæ ſit mutabile?*

Deinde ſciendum. circa jus naturæ eſſe Antonij Fabri opinionem in *Papinianea*, quod revera non ſit jus naturæ commune cùm brutis, ſed ſolius hominis proprium: & quod jus naturale in brutis dicitur, eſt (ut ille ait) incitatio naturæ, impetus, inſtinctus, propenſio. Etenim ſi rem seriò conſideremus, illi ſolum capaces ſunt juris, in quibus ratio effulget: jus quippe à juſtitia dicitur: & ſicut ſine ratione juſtitia non eſt: ita nec jus eſt. Idcirco bruta rationis expertia incapacia ſunt juris, & injuriæ, damnumque dando pauperim, non injuriam feciſſe dicuntur. *l. 1. ff. ſi quadrup. pauper. feciſſe dicatur*, & pupillus, & furioſus rationis uſu carentes ne naturaliter quidem obligantur *l. pupillus ff. de oblig & act.* Propriè igitur ſolis hominibus jus naturale convenit; at verò brutis materialiter tantùm, quia nimirum jus naturæ ſolius hominis proprium, verſatur etiam circa materiam communem cum brutis. ſed Ratio illius forma eſt. Ecce. communis eſt cum brutis Maris & feminæ conjunctio. & vim vi repellere; ſed ratio efficit, ut conjunctio ſequatur, ſolum habita honeſtatis ratione: ratio efficit, ut vis vi repellatur cum moderamine inculpatæ tutelę. Videndus Suarez de *Leg. lib. 2. cap.* 5 ubi optime.

(d.) *Vel.*

Quid ſit jus poſitivum?

Spondanus in tractatu, qui inſcribitur. *Cæmeteria ſacra L. 1. p. 1 c. 3. n. 3.* Poſitivum 14
jus Divinum appellat, quod ab ipſo Deo immediatè inſtitutum eſt, ac juri naturali, additum, & poſitum. Nulla alia juris poſitivi deſcriptio aut melior, aut brevior. Nec placet Vallenſis in Parathlitis, qui legem poſitivam de-

finit

Digitized by Google

finit *jus ſcriptum pendens à voluntate Legiſlatoris*, cum hoc modo videatur conſuetudo à jure poſitivo excludenda. Atque eo modo, acceptum videtur jus poſitivum *in can. jus naturale diſt.* 1. dum ait Iſidorus jus naturale ex inſtinctu: jus poſituum ex Conſtitutione aliqua habetur. Atque huc referri poteſt, quod ait Hieronym. Maggius *in Miſcell. lib* 4. *c.* 1. ex Pompeio L. 9. apud Antiquos jus dictum fuiſſe juſſum, intelligentes de jure poſitivo: ſic apud Græcos jus ſignificatur verbo *δικαιον* quod juſtum ſonat; ſic *δικαιον* pro jure legitur in Baſilicis. Eleganter quoque Paulus Manutius de lege poſitiva ſcribens, in ſuo tractatu de legibus, ait; *Legem poſitivam non eſſe cum natura innatam; ſed eſſe præconem, qui Civibus legem enunciat.*

[*e*] *Quod.*

De Lege Moſaica. Cur prolata fuerit? An Moyſes unice auctor ejuſdem?

De Legis Moſaicæ neceſſitate elegans locus D. Ambroſ. *Ep.* 71. *ad Iren.* eum ita dicentem au-
15 diamus. *Certum eſt*, inquit, *non fuiſſe legem neceſſariam, quæ per Moyſen data eſt: Nam ſi naturalem legem, quam Deus Creator infudit ſingulorum pectoribus, homines ſervare potuiſſent, non fuiſſet opus ea lege, quæ innodavit magis, quàm ſolvit humani generis infirmitatem. Solvit eam natura legem Adam, qui voluit ſibi arrogare quod non acceperat, ut eſſet ſicut unus Creator, qui ita per inobedientiam contraxit offenſam Dei. nam ſi non rupiſſet imperium, prærogativam naturæ, atque ingenita ſibi Innocentię hęredibus propriis reſervaſſet: ergò quia lex violata eſt, ideo præſcriptum novę legis neceſſarium fuit, ut vel partem haberet, qui totum amiſerat ſimul, quia cauſa dilectionis ſuperbia fuit, debuit ea lex dari, quę eum Deo ſubjectum redderet.* Et paulo poſt -- *habes igitur legem Moyſis non neceſſariam fuiſſe, ſi illam naturę legem ſervare potuiſſet; ſed quia non ſervavimus propriam, Lex lata eſt:* Ut alias Moſaycę Legis cognitiones percurramus, Exodi c. 19. ſacra Scriptura rem totam narrat. Cùm enim tertiò egreſſionis ex Aegypto menſe perveniſſent Judæi in ſolitudinem Sinai, ibique è regione montis caſtrametati eſſent, aſcendit in montem ad Deum Moyſes, quem vocans de monte Dominus hæc illi imperavit, ut diceret Iſrael: *Vos ipſi vidiſtis, quæ fecerim Aegyptijs; quomodo portaverim eos ſuper alas Aquilarum, & aſſumpſerim mihi. Si ergo audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactū meum eritis mihi in peculium de cunctis populis (mea eſt enim omnis terra) & vos eritis mihi in regnum ſacerdotale, & gens ſancta. Hęc ſunt verba, quę loqueris ad filios Iſrael.* Quæ Moyſes è monte delapſus convocatis majoribus natu populi expoſuit, ut præceperat ei Dominus, reſponditque omnis populus ſimul: *Cuncta, quę locutus eſt Dominus, faciemus*, quam reſponſionem cùm retuliſſet Moyſes ad Dominum ipſe ait:
„ Jam nunc veniam ad te in caligine nubis ut
„ audiat me populus loquentem ad te, credat
„ tibi in perpetuum: vade ad populum, & ſan-
„ ctifica illos hodie & cras, laventque veſtimen-
„ ta ſua, & ſint parati in diem tertium: in die
„ enim tertia deſcendet dominus coram omni po-
„ pulo ſuper montem Sinai, conſtituesque ter-
„ minos populo per circuitum, & dices ad eos;
„ Cavete ne aſcendatis in montem, nec tangatis
„ fines illius: omnis qui tetigerit montem mor-
„ te morietur. manus non tanget eum, ſed lapidi-
„ bus opprimetur ſeù confodietur jaculis, ſive
„ jumentum fuerit, ſive homo, non vivet. Cum
„ cœperit clangere buccina tunc aſcendant in
„ montem. Deſcenditque Moyſes de monte, &
„ ſanctificavit eum, cùmque laviſſent veſtimen-
„ ta ſua dixit ad eos ut eſſent parati in diem ter-
„ tium, nec appropinquarent uxoribus ſuis. Jam-
„ que advenerat dies tertius, & mane inclarue-
„ rat, & ecce cœperunt audiri tonitrua, ac mi-
„ care fulgura, & nubes denſiſſima operire mon-
„ tem, clangorque buccinæ vehementiùs perſtre-
„ pebat, & timuit populus, qui erat in caſtris.
„ Moyſes autem adducens eos in occurſum dei
„ de loco caſtrorum conſtituit ad radices mon-
„ tis. Totus autem mons Sinai fumabat, eo quod
„ deſcendiſſet Dominus Deus ſuper eum in igne,
„ & aſcenderet ex eo quaſi de fornace. Eratque
„ omnis mons terribilis, & ſonitus buccinę pau-
„ latim creſcebat in majus, & prolixius tendeba-
„ tur. Moyſes loquebatur, & Dominus reſponde-
„ bat ei, deſcenditque Dominus ſuper montem
„ Sinai in ipſo montis vertice, & vocavit Moy-
„ ſen in cacumen ejus: quò cùm aſcendiſſet di-
„ xit ad eum. Deſcende, & conteſtare populum,
„ ne forte velit tranſcendere terminos ad viden-
„ dum Dominum, & pereat ex eis plurima mul-
„ titudo. Sacerdotes quoque qui accedunt ad
„ Dominum ſanctificentur, ne percutiat eos.

Recuſanti quodammodo Moyſi id facere, quia jam terminos conſtituerat, iterum ait Dominus. *Vade deſcende, aſcendeſque tu, & Aaron tecum: Sacerdotes autem, & populus non tranſeat terminos, nec aſcendat ad Dominum, ne forte interficiat illos; deſcenditque Moyſes ad populum, & omnia narravit.*

Hìc quæri ſolet, An Moyſes fuerit ſimplex
promulgator Moſaycę legis, an etiam Legiſlator. 16
Canus L. 2. *de loc. c.* 18. in eam ſententiã inclinat *Moyſen* nonnulla propria auctoritate mandaſſe; inquit enim quòd Dominus in Evangelio evidentiſſima diſtinctione ſecernit, privata auctoritate jubere, & à Deo prolatas Leges enunciare, Ait enim de repudio mulieris interrogatus: *Ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis Moyſes dimittere uxores* [*Math.* 19.] *ab initio autem non fuit ſic.* Unde *Marſil. Ficin. in lib. de Relig. Chriſt. c.* 34. nititur perſuadere, non omnes Leges populo Judaico datas, à Deo ipſo immediatè latas eſſe; ſed præter decem Pręcepta,

& prin-

& principaliores ſanctiones, reliquas Leges judiciales, et cęremoniales latas fuiſſe à Moyſe Divino Spiritu afflato: vide *Tiraq. præfat. ad libros de retract. n.* 8. Sed contraria Sententia eſt receptior, eo quod re ipſa omnis Lex Moyſis omnino obſervanda erat indiſpenſabiliter. Quòd ſi prædicta diſtinctio interceſſiſſet diſpenſari potuiſſet à Superiore in tali obſervantia legis, Suarez *lib. 9. de Legib. cap. 2. per tot.*

(f) Aut.

De Lege Evangelica.

Hæc nova Lex dicitur Evangelica, Lex nova à D. Auguſtino *tract. 7. in Joann.* & Mandatum novum, dum ait; *Mandatum ergò novum dedit nobis Chriſtus, ut ſimus homines novi, heredes Teſtamenti novi*, & paulo poſt. *Quę eſt iſta, quę aſcendit dealbata, utique dealbata, quia innovata, unde? niſi mandato novo propter quod pro invicem ſollicita ſunt membra in ea, &c* Lex perfectionis in *Ep. ad Coloſ. c. 3.* Novum Teſtamentum vocat *Tertull. lib. adverſus Judęos cap. 6. ibi: ſequitur, ut ſuperveniret tempus, quo legis antiquę, & Cęremoniarum veterum pręcepta ceſſarent, & novę legis promiſſio, & novi Teſtamenti pollicitatio veniret fulgente nobis lumine ex alto, qui ſedebamus in tenebris*. Et quę diſtinctio ſit inter novum, & vetus Teſtamentum tradidit egregiè *D. Joann. Chriſ. hom. 1. ſuper Math.* quem ita loquentem indueam. *Poſt Aegyptiorum profecto perniciem in Eremo, in monte Sina, & fumo, & igne aſcendente de monte, & tuba terribiliter inſonante, & tonitruo crebriùs comminante, & coruſcante fulgure, & non in ipſa caligine nubis inerrante. In novo verò non ita*, & paulo poſt, *& in veteri quidem Teſtamento cùm Moyſes aſcendiſſet in montem deſcendit Deus: in novo vero cùm noſtra in Cœlum, imo in ipſum regalem thronum eſſet elevata natura, Spiritus Sanctus deſcendit de Cœlo.*

(g) Nam.

Lex nova quando nam cęperit obligare? Quod nam Sacerdotium morte Chriſti D. ceſſaverit?

Hæc verba deſumpſimus ex *Textu in cap. translato 3. de Conſt.* in quo licèt non exprimatur, an hęc tranſlatio Sacerdotii, & legis in ipſo Chriſti obitu contigerit; attamen cùm ipſo momento mortis Chriſti confirmatum fuerit novum Teſtamentum, ſequitur eodem ipſo momento ſequutam hanc tranſlationem *Gonzal. in d. cap. translato n. 15.* ſed nihilominus ad hujus Textus
17 intelligentiam, quæritur primò: An ſtatim à morte Chriſti Lex nova cęperit obligare? Et deinceps inveſtigari poteſt quodnam Sacerdotium morte Chriſti ceſſaverit?

Quod attinet ad primam inſpectionem, placet ſententia *Bellarmini de Baptiſ. cap. 15. Filliuc. u. 118. tr. 2. cap 6. q. 5. Baſſat verbo* Baptiſmus *1. n. 7.* cœpiſſe quidem hanc obligationem privatim pro nonnullis, quibus Evangelium fuerat promulgatum poſt Chriſt paſſionem, etiamſi Evangelium nondum eſſet omnibus intimatum, atque indictum. At verò cępit omnes obligare à die Pentecoſtes Anno ſalutis 34. elapſis jam ab Aſcenſione decem diebus, Tiberio regnante, quo die illapſus eſt Apoſtolis Spiritus Sanctus ſub ignearum linguarum forma, quem Divinus Legiſlator præſentibus in Urbe Hieroſolymorum variis Nationibus ob *συνδέσμον* ideſt ob magnum Concilium promiſit: ita *Suarez lib. 10. de legib. cap. 11. n 12.* Ita *Spondanus Cœmeteria ſacra l. 1. p. 1. cap 2. n. 6.* Ita *Divus Hieronym. in Epiſt. ad Fabiolam* 127. *marſ.* 12. his verbis „ ſupputemus numerum, & inveniemus 50. dies egreſſionis Iſrael ex Egypto in „ vertice Montis Sinai Legem datam: unde & „ Pentecoſtes celebratur ſolemnitas, & poſtea „ Evangelii *Sacramentum* in Spiritus Sancti deſcenſione impletur, ut ſicut priori populo 15. „ Die vero Jubilæo, & vero anno remiſſionis, „ veri 50. & 500. denarii, qui debitoribus dimittuntur lex data eſt, Apoſtolis quoque, & „ qui cum eis erant in 120. Moſaicæ ætatis numero conſtitutis deſcendent Spiritus Sanctus, „ & diviſis linguis credentium totus Evangelica prędicatione mundus expletus ſit. Hactenus D. Hjeronym. unde Act. Apoſt. 2. cùm ad prędicationem D. Petri quidam compuncti corde interrogarent: *Quid faciemus viri fratres?* Reſpondit Petrus *Pœnitentiam agite, & baptizetur unuſquiſque veſtrum*, & mox addit idem Petrus, *ſalvamini à generatione prava.*

Sequitur ſecunda inſpectio: Quodnam Sacerdotium morte Chriſti ceſſaverit? Qua in re ſciendum eſt aliud fuiſſe Sacerdotium legale, aliud legis naturæ. Sacerdotium Aaronis eſt Sacerdotium legale. In Sina enim à Deo conſtitutus eſt Aaron, ejuſque filii, quo tempore 18
Lex Moyſi tradita eſt, ut Dei cultum, & expiationes lege præſcriptas obſervaret, & ideo cùm per obitum Chriſti Lex ceſſaverit, debuit etiam Aaronicum Sacerdotium ceſſare, & extingui perdoctè D. *Aug. in Comm. ad illam Epiſt. D. Pauli*, & eleganter *Sannaz. in lamentatione de Morte Chriſti ait* ethnicis.

Quare agite, ex animis mortales pellite veſtris,
Si quid adhuc manet antiqua de ſorde relictum:
Mendaceſque Deos, & deteſtanda priorum
Sacra profanatis tandem detrudite ab aris;
Imbuat effuſo terram nec ſanguine taurus,
Nec miſer ille ſua divulſus ab ubere matris
Ignotos agnus balet ſuper hoſtia cultros,
Vivat ovis, vivat quidquid ſub ſole creatum eſt.

In lege naturæ Sacerdos percelebris fuit Melchiſedech, de quo D. Hieronymus hæc habet in *Epiſt. ad Evagr. Tom. 2. Epiſt.* 127. „ Melchiſedech „ homo fuit Cananæus, Rex urbis Hieroſolymæ, quæ primum Salem, poſtea Tebris, ad „ extremum Hieruſalem appellata eſt: nec mirum ſi Sacerdos Dei altiſſimi deſcribitur abſque Circumciſione, & legalibus Cæremoniis,

Digitized by Google

cùm Abel quoque, & Henoc, & Noë placuerint Deo, & victimas obtulerint, *& paulo poſt*, ſic & Melchiſedech eo quod Cananæus fuerit, & non de genere Judęorum in typum præceſſiſſe Sacerdotis Filii Dei, de quo dicitur in *Pſalm.* 109. Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm Ordinem Melchiſedech. Ordinem autem ejus multis modis interpretantur: quod ſolus, & Rex fuerit, & Sacerdos, & ante Circumciſionem functus Sacerdotio, neque unctus oleo ſacerdotali, ut Moyſis præcepta conſtituunt; ſed oleo exultationis, & Fidei puritate, neque carnis, & ſanguinis victimas immolaverit; ſed pane, & vino ſimplici, puroque Sacerdotio Chriſti dedicaverit Sacramentum. *Et paulo poſt*: Melchiſedech autem; idest Chriſti, & Eccleſiæ Sacerdotium, & in præteritum, & in futurum æternum ſit, nullumque habuerit auctorem; hactenus Hieronym. de Sacerdotio Melchiſedech, de quo alia non addimus, cùm certè ex Divo Hieronymo, & D. Paulo ad Hebræos intelligatur per mortem Chriſti tale Sacerdotium finitum non fuiſſe.

Suarez multa quærit circa novæ legis obligationem, multa Viguerius. Nobis quę magis neceſſaria ſunt attingere ſatis erit.

Queritur quandonam Gentiles fuerint obligati
19 ſervare legem novam? Et in hac quæſtione *Sotus Lib. 2. de Jur. q. 5. artic. 4. Molin. n. 11. q. 103. artic. 3.* ſingularem opinionem defendunt, Gentiles fuiſſe obligatos ad Baptiſmum, ſi in Chriſtum credere inciperent, etiam ante Paſſionem ejus. Abſurdam planè opinionem! Res igitur ita ſe habet, etiam Gentiles à die Pentecoſtes fuiſſe obligatos novam legem ſervare *Suarez lib. 10. de Legib. cap. 4. n. 15.* ubi latè Sotum, & Medinam coarguit. Extat apud Viguerium 220. celeberrima quæſtio D. Auguſtini, & D. Hieronymi de morte, & mortiferitione Legalium. D. Hieronymus aiebat poſt Paſſionem Legem Moyſis non ſolum fuiſſe mortuam, ſed & mortiferam ita, ut mortaliter peccarent qui illam obſervarent, atque hæc ſententia latè exponitur à S. Hieronymo *in Epiſt.* 89. quę incipit *Tres ſimul Epiſtolas, imo libellos*: D. Auguſtinus verò reluctatur opinioni D. Hieronymi, & in *Epiſt.* quę extat *in vol.* 2. D. Hieronymi ſub num. *Epiſt.* 97. quę incipit. *Jam pridem Charitati tuæ* contendit validiſſimis rationibus poſt paſſionem uſque ad ſufficientem promulgationem fuiſſe mortua mandata Moyſis, non tamen mortifera: & ea Judęi poterant, & licitè, & ſine peccato obſervare ad Fidem converſi, ut Synagoga ſepeliretur cum honore. Quo in diſſidio profectò Sententia D. Auguſtini prævalet. Spondanus tamen *in Caenoteria ubi ſupra*, docet ad breve tempus toleratas in Judæis Cæremonias
20 Moſaycas etiam poſt promulgationem, ut Synagoga extingueretur ſine dedecore.

(h) Conſtabat.

Præcepta moralia quomodo naturalia ſint?

Sed ſi præcepta moralia naturalia ſunt, quomodo in Lege veteri comprehenduntur? Adducam 21
hic verba Sereni apud Caſſianum *col.* 8. *c.* 23. & ſunt hæc. Erat ſuperfluum extrinſecùs offerri remedium, quod adhuc intrinſecùs videbatur inſertum: ſed quia naturalis ſcientia penitus corrupta jam fuerat libertate uſuque peccandi, velut hujus executor, ac vindex, & ut ipſis Scripturæ verbis alloquar adjutrix appoſita eſt Moſaycæ legis ſevera diſtrictio, vel metu pœnæ præſentis non penitus Bonum ſcientiæ naturali extingueretur ſecundùm Prophetę ſententiam dicentis: Legem dedit in adjutorium, quæ etiam ſecundùm Apoſtolum Pædagogus velut parvulis datur, erudiens ſcilicet eos, atque cuſtodiens, ne ab illa diſciplina, in qua naturaliter fuerant inſtituti, quadam oblivione diſcedant. — Placet etiam locus Spondani *l. 1. p. 1. cap. 2. n. 6. Cæmet. ſacr.* Cùm igitur vidiſſet Deus corruptam ubique legem naturalem, velut executor ejus, & vindex adjutricem apponens Moſaycę legis ſeveram diſtrictionem; *& paulo poſt*. Quadringentis poſt datam Abrahe Circumciſionem, vel 430. poſt vocationem, & egreſſum ejus de terra ſua annis, Religionem inſtituit, qua præter naturales regulas, quibus ſepultam ditiùs legem renovaret, ad diligentem obſervationem ejus homines excitarentur. — *& rurſus ait*: ſicque qui prius naturali vinculo ligati erant ad colendum unum Deum, jam per hujuſmodi ſpeciale, inſtitutam vocationem, & electionem iterum ligati, & religati fuerunt — Hugo de S. Victore *tom.* 1. *ſer.* 22. 70. *In tempore*, inquit, *legis naturæ convictus eſt homo de cæcitate, in tempore ſcripta de infirmitate.* Quare
præcepta Moralia ſi quid Juris Divini acceperunt 22
reſpectu populi Iſraelei promulgatione Dei, & illi populo non ſolùm naturalia fuerunt; ſed etiam Divina poſitiva, ut loquitur *Gonz. in cap. tranſlato n. 11. Gratian. in princ. 4. diſt.*

(i) Et.

Moralia præcepta immutabilia ſunt. 23

Nam ut ait Juſtin. *in §. ſed naturalia Jura Inſtit. de Jur. nat. gent. & Civil. ſed naturalia Jura quidem, quæ apud omnes gentes peræque obſervantur Divina quadam Providentia conſtituta ſemper firma, & immutabilia permanent.*

Præcepta autem Decalogi, quæ ſunt moralia 24
præcepta, ſunt ipſum jus naturæ. Moralia enim dicuntur quia ad mores reformandos diriguntur & ad excitandam rationem naturalem *Gonz. ubi ſupra.* Nihilominus an jus naturale ſit immutabile poſſumus fuſiùs examinare, nam *Ariſtoteles lib. 5. Ethic. cap. 7.* videtur hac in re dubius: imò ſcribit quædam naturalia jura mutari. Quare, ut ordo ſervetur, primò quid ſit certum hac in re, & omninò veritati conſonum proponemus, tum rationibus idipſum confirmabimus, uberius quà *Hunnius Var. Reſ. Lib. 1. tract. 1. q.* 30.

DIS-

DISSERTATIO UNICA.

Quomodo Jus naturæ ſit immutabile?

Sit noſtra Concluſio: *Jus naturæ eſt immutabile*.

PROBATUR I. Multis locis Juris Canonici. Ecce in *cap. cum tanto de conſuetudine* ſic ſcribit Greg. IX. *Nemo ſanæ mentis intelligit naturali juri poſſe aliquatenus derogari*. In *cap. conſuetudinis diſt.* 11. *Conſuetudinis auſteritas non uſque adeo ſui momento valitura eſt, ut rationem vincat*. Idem probat Text. *in can. nulla diſt.* 8. *& in can. veritatem cum ſeqq. can. ſunt quidam* 25. *q.* 1.

PROBATUR II. Lex naturalis eſt derivatio legis æternæ: Deus enim naturæ auctor ſtatim à principio ſingulis rebus dedit ſuos ſtimulos, & inſtinctus, quibus in ſuos agerentur fines, ex propenſione naturali. Quare *Seneca lib. 4. de Benef. quid aliud eſt natura, quàm Deus, & Divina ratio!* Multa congerit *Gonzal. in apparatu n.* 8. & finis hominis honeſtè vivere, alterum non lædere, jus ſuum cuique tribuere, inditus eſt rationi ex Divina providentia; verum quæ ex Divina providentia pendent ad optimam gubernationem immutabilia ſunt faltem humanis viribus, cùm idem, & juſtum, & injuſtum eſſe nequeat, & Deus in ſua diſpenſatione non fallatur. Igitur non poteſt recipere mutationem Lex naturalis.

PROBATUR. III. Quia ob hanc rationem Pontifex non diſpenſat primo & ſecundo gradu in linea recta aſcendentium, & deſcendentium *cap. non debet de Conſang.* non aliam ob cauſam, niſi quia jus ipſum naturæ non patitur, ex conſanguinitate, ut pater filiam ducat, aut avus neptem; docent noſtri interpretes, & eſt Text. in *can. ſunt quidam* 25. *q.* 1. quem confirmat elegans Text. in *can. de inceſtis* 35. *quæſt.* 2. Satis igitur conſtat ex his omnibus legem naturalem mutationibus obnoxiam non eſſe. Addo *Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 5. *de reform. matr.*

SOLVUNTUR OBJECTIONES.

Objic. 1. Pythagorici, & Vualdenſes, etiam hac in re falſa perſuaſione decepti ſunt; quare pro ratione dubitandi ſic argui poteſt. Non furari, non occidere, non fornicari præcepta ſunt juris naturalis Divini. Textus elegans *in l. juſtitia ff. de juſt. & jur.* & ex Decreto Gratiani *in cap. quod autem* 23. *q.* 5. Atqui de furto hæc ait Textus in *cap. ſi quis pro neceſſitate extra de furtis: Si quis pro neceſſitate furatus fuerit cibaria, pæniteat; ſed ſi reddiderit, non cogatur jejunare*. Cujus Textus vis ut percipiatur, ſciendum eſt: non ideo pœnitentiam imponi furantibus pro neceſſitate, quia peccaverint; ſed potiùs talis erat conſuetudo Eccleſiæ imponere pœnitentiam etiam ſine culpa, dummodo eſſet cauſa veluti novitas, ſcandalum Phariſaicum, utilitas, exemplum; *Regula ſine culpa de reg. jur. in* 6. quod non obſervans Gloſſa, & DD. mirè cruciantur in interpretatione hujus Textus. Hæc verò intelligentia deducitur ex Pœnitentiali Romano apud *Ant. Aug. tom.* 4. *cap.* 16. ſi feciſti, „ *ait*: furtum neceſſitatis cauſa: ſic dico ut non „ haberes, unde viveres, ut propter famis penuriam, & tamen furatus es victualia extra „ Eccleſiam, & non propter conſuetudinem feciſti, redde quod tuliſti, & ſex ferias in pa„ ne, & aqua pœniteas. Ex quo vult Mendoza ſumptum Textum in *d. cap. ſi quis pro neceſſitate & ſitur ii* 47. *diſt. can. paſce, can. non ſatis* 86. *diſt. can. diſcipulos de conſ. diſt.* 5.

Quòd ſimiliter occidere ſit interdum conceſſum patet ex *c. ſi perfodiens de hom.* ubi fur nocturnus impunè occiditur, diurnus ſi telo ſe defendat; cui ſimilis eſt Textus in *can. ſi fur.* 13. *q.* 2. & in bello licitum eſt interficere *cap. juſtum eſt* 22. *q.* 1 & Deo jubente licitum eſt ſeipſum interimere *cap. placuit* 23. *q.* 1.

Tandem quod attinet ad maris, & fœminæ conjunctionem. Si mulier per vim cognoſcatur, illa, quod ad ſe attinet non peccat, ut eſt Textus in *in can. propoſito in can. tolerabilius, in can. revera, in can. ita ne* 32. *q.* 5. ubi virgo dicitur quæ per vim cognita eſt. Et hæc pro ratione dubitandi.

Sed nihil magis inconſideratè objici poteſt. Ut omnis obſcuritas evitetur, & totius quæſtionis intelligentiam aſſequamur, ſciendum eſt, quod nonnulla, quæ videntur ſub hac ratione naturali comprehenſa, potius continentur ſub alia ratione naturali. Jus idem naturale modo hanc rem, modo illam ſtatuit ob circumſtantias varias, & tamen ſibi conſtat, quemadmodum omnis Lex humana ſibi conſtat diverſa decernendo. Nunc dictat, furtum ſeoluſis circumſtantiis fieri non poſſe; ſed ex alia quadam ratione naturali dictat furtum fieri (ſi furtum appellari poteſt) poſita circumſtantia extremæ neceſſitatis: ſic libet per alia exempla ſupra propoſita excurrere. Occidere eſt inconceſſum lege naturali; eſt alia tamen Lex naturalis quoad circumſtantias novas, quæ dictat ad ſui defenſionem occidi poſſe hominem; vel ad quietem Reipublicæ, auctoritate publica, Textus *in c. juſtum eſt* 22. *q.* 2. & alii ſupra adducti. Quod de maris, & fœminæ conjunctione dicitur in ſpecie Textus in *d. cap. tolerabilius* hanc rationem habet Quia nimirum violentia non officit Virginitati. Nec ſit qui obiciat hoc modo nihilominus mutari jus naturę. Hæc enim mutatio eſt extrinſeca, ſi volumus mutationem vocare, & non potiùs eandem ſemper legem naturalem, quæ nunc reddi depoſitum, nunc non reddi ſuadet juſtas ob cauſas. Quemadmodum enim duplici modo pater eſſe deſinit, ſi moriatur ipſe, & ſi moriatur filius; cùm pater moritur ejus intrinſeca accidit mutatio, cum filius occubuit ſolum extrinſeca, quæ vix mutatio eſt: ita etiam quoad extrinſecam mutationem mutabilitas vix noſcitur in jure naturali, vix conſideratur: & hoc eſt quod

Digitized by Google

noſtri dicunt mutari jus naturale quoad materiam, ideſt circumſtantias, & extrinſecè, non quoad formam, & intrinſecè; quod tamen confuſius quidam explicant.

Obje. 2. Textus in *cap. quemadmodum de jur.* ubi, qui non implet promiſſionem, non fallit fidem. Ex quo ſequitur jus naturale hac ex parte mutari, adeoque falſum defenditur.

Sed ſupra tradita reſponſio vim difficultatis infringit, qua repetenda ſuperſedebo; ſolum addo non fallere fidem eum, qui non adimplet: quia res non in eodem ſtatu permanet. Nec caſus videtur ſub eadem promiſſione comprehenſus: atque adeo alia ratio naturalis fortior contrarium ſuaſit; atque ita explicatur uſucapio introducta, & ſervitus, & alia, quæ ab Interpretibus vulgò opponuntur ad Juris naturalis mutationem oſtendendam.

Obje. 3. Pontifex diſpenſaſſe legitur in rebus jure naturali prohibitis, ut in Matrimonio inter fratrem, & ſororem, in quo diſpenſavit Martinus V. *Sylveſter. in ſumm. verbo Papa q.* 27. & de tali diſpenſatione videtur loqui Textus in *can. de inceſtis* 35. *q.* 2. *&* 3. Sed tale Matrimonium eſt prohibitum de jure naturę, ut probatur *ex cap. gaudemus de divor. cap. pen. de cohab. Cleric. cap. pen. de Præſumpt.* ergò jus naturæ mutationem recipit. Et confirmatur quia Pontifex diſpenſat in voto *cap.* 7. *de voto, & voti redempt.* & in juramento *c. alius.* 15. *quaſt.* 6.

Parum obſtat hæc difficultas. Quòd enim Pontifex diſpenſaverit in primo gradu lineæ tranſverſalis planè probabilo eſt. Imo ſimilis eſt diſpenſatio *in can. de inceſtis* 35. *q.* 2. Sed Matrimoniū in hoc primo gradu conſanguinitatis in linea tranſverſali ex probabili ſententia Bellarmini, & Laymanis, & aliorum, non videtur prohibitum de jure naturæ. alioquin non eſſet in Scriptura exemplum Abrahæ, qui Saram ſororem ſuam matrimonio ſibi junxit: & ne quis dubitaret an eſſet vera ſoror, ipſe ad Abimelech Regem ſic loquutus eſt: *Et verè ſoror mea eſt filia patris mei, &c. eamque duxi in uxorem. Geneſ. cap.* 20. Conſonat Textus in *cap. ultimo* 22. *q.* 2. *& lib.* 2. *Reg. cap.* 13. Ammonis exemplum idem confirmat. *Cùm enim ſororis ſuæ Thamar pudicitiam attentaret, protinus, ut fratrem deterreret à facinore, Noli,* inquit *frater mi opprimere me, loquere potiùs ad Regem, qui non negabit me tibi.* Quanquam hac de re juxta probabilitatem loquimur.

Difficilius eſt, quod de voto, & juramento dicebatur. Nam ſervare obligationem voti, & 26
juramenti Deo ſummo Lex naturalis ſuadet, ut omnes conſentiunt. Quomodo ergò ſine mutabilitate talis Legis Pontifex diſpenſat, ut pariter explorati juris eſt? Mirè torquentur in hoc modo aſſignando noſtri Interpretes. Aliter Sanchez, aliter Suarez, aliter Oliva rem definiunt. Ego puto veriorem opinionem *Suarez lib.* 2. *cap.* 15. *de Legib.* Per auctoritatem Pontificis, aut Epiſcopi fieri condonationem juris Deo acquiſiti per votum, aut juramentum. Ut enim eſt in Eccleſia auctoritas remittendi peccata, quibus eſt homo Dei debitor, ita etiam intelligere poſſumus commiſiſſe Deum Pontifici aliiſque, ut ſibi hujuſmodi promiſſiones factę componantur, & remittantur cauſa cognita, ideoque Pręlatus cædit nomine Dei juri, quod Deus acquiſiverat *Suarez tit.* 2. *de relig. tract. de voto l.* 6. *c.* 9. *n.* 15. Quare admiſſo hoc modo explicandi, qui verior eſt cæteris, non mutatur obligatio voti, quia Lex naturæ ſolum petit immutabilitatem à voluntate promittentis ſine diſsenſu promiſſarii; non autem illo conſentiente, & condonante, & cædente juri ſuo. Atque hanc veram, ſolidamque interpretationem, ſi Lutherus eſſet aſſequutus; non pronunciaſſet vocem illam ſtultitiæ in propoſitione 25. inter articulos ſcilicet, & errores, ut ait ille, *Juris Canonici* illum eſſe: *Papam habere Poteſtatem vota Deo facta diſſolvendi, & commutandi; quod ſanè contra, & ſupra Deum eſt.* Quo aſſerto ſimul livorem, ſuperbiamque ſuam detexit.

Pro Coronide notetur hæc diſtinctio *Suarez Lib.* 2. *cap.* 8. *de Legib. n.* 6. Quod Jus naturæ quoad prima, & univerſaliſſima principia a cordibus hominum aboleri non poteſt, quia ignorari quoad hæc non poteſt. At quoad particularia præcepta ignorari poteſt, non tamen ſine culpa *can. flagitia* 32. *q.* 7. *can. turbatur* 1. *q.* 4.

Digitized by Google

DE CONSTITUTIONIBUS
ECCLESIASTICIS, ET QUOT EARUM GENERA.

TITULUS III.

ECCLESIASTICÆ Conſtitutiones vel ſunt Statuta Conciliorum, vel Placita Pontificum, vel Sententiæ Patrum: ex hiſque collectum eſt Jus, quo utimur.

Quod ſpectat ad Concilia. Hæc cur expediat congregare, illa (*a*) cæteris omiſſis occurrit ratio, quòd ſublata (*b*) facultate in unum conveniendi ante tempora Conſtantini propter perſecutiones, diſciſſa in multas hæreſes flevit Eccleſia *can. Canones diſt.* 15. Interdū igitur convocare expedit omnes Epiſcopos, & eſt Concilium generale, ſeu œcumenicum: Interdum conveniunt Præſules unius Regni, & Provinciæ, & eſt Provinciale: Interdum Sacerdotes Diœceſis ſub uno Epiſcopo, & eſt Synodus Epiſcopalis, ſeu Civilis.

Generalia Concilia (*c*) hactenus XX. fuerunt, ſcilicet Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, Calcedonenſe, quæ quatuor totam principaliter Fidem comprehendunt, & habent auctoritatem, ut quatuor Evangelia. Reliqua fuerunt Conſtantinopolitanum ſecundum, tertium, & quartum: Nicænum ſecundum, quatuor Lateranenſia, duo Lugdunenſia, Viennenſe in Gallia, Piſanum ſub incerto Pontifice, Conſtantienſe unum Baſileæ cœptum, Ferrariam translatum, Florentiæ demum perfectum, Lateranenſe aliud ſub Leone X. ultimum Tridentinum.

Ad hæc rite celebranda, tria requiruntur; primò [*d*] ut congregentur auctoritate Sedis Apoſtolicæ; ſecundò ut convocentur omnes: advenientes non prohibeantur; quòd ſi deſint ex Oriente, dum celebratur in Occidente, generale eſſe non deſinit *Bellarm. de Concil.* tertiò ut [*e*] confirmentur à Pontifice, ut auctoritatem obtineant *can. multis* 17. *diſt.*

In congregandis Provincialibus, ac Diœceſanis Conciliis nulla eſt opus auctoritate Pontificis, utpote quæ ſuis ſtatutis nationem, & populum dumtaxat, non verò Eccleſiā univerſam obligent; nec (*f*) requiritur confirmatio Sedis Apoſtolicæ; quanquam enim multa [*g*] Concilia Provincialia confirmata ſint, & omnes obligent, eſt id tamen extra morem Concilii Provincialis; illud tamen neceſſarium ut Provincialia Concilia ſaltem triennio [*h*] quolibet celebrentur poſt *Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 2. *de Refor. Matr* Olim bis in anno, vel ab ipſis temporibus Apoſtolorum *can.* 36. *Ap.* Diœceſana autem [*i*] ſeu Civilia ex *eod. Trid. cap.* 2. quotannis. Quod

ſi nunc

ſi nunc in Italia præſertim admodum rara ſunt Provincialia, id evenit, quia fuit Metropolitanæ juriſdictionis exercitium, ad quam ſpectabat congregare Concilia cùm in multis, tum in hoc reſtrictum, inhibitum que ſacra Congregatione inconſulta *de Luc. Miſcell. diſc. 1. n. 75. §. 4. In Adnot. ad Trid. diſc. 30. n. 5.*

S U M M A R I U M.

Neceſſitas Concilii congregandi. 1.
Conſtantinus I. Imperator Chriſtianus. 2.
Omnium Conciliorum perbrevis, & accurata notitia. 3.
Explicatur hac hiſtoria Textus difficilis 4.
Reprobata Concilia enumerantur. 5.
Quadam Concilia partim approbata, partim reprobata. 6.
Cujus auctoritate Generale Concilium congregetur? 7.
Quadam exceptiones Cabaſſutii. 8.
Auctoris explicatio ad excluſionem hujuſmodi exceptionum. 9.
Pontifex non eſt infra Concilium. 10.
Hoc idem latè probatur. 11.
Satisfit difficultatibus. 12.
Concilium ad ſummum Conſultivè procedit in Pontificem. 13.
Neceſſitas Concilii Generalis. 14.
Nova cujuſdam ratio affertur. 15.
Marcellinus an & quomodo in Concilio Sinueſſano accuſatus? 16.
De Appellationibus à Pontifice ad Concilium an re ipſa unquam inveniantur? 17.
A Papa male conſulto ad melius conſulendum detur appellatio. 18.
Latè exponuntur alia de tali appellationum genere. 19.
Novum Decretum Alexandri VIII. editum Anno 1690. quomodo procedat? 20.
De Confirmatione Concilii Provincialis. Quomodo hodie confirmetur? 21.
Quæ Concilia Provincialia confirmata? & ſingillatim enumerantur. 22.
Inaudita pleriſque, & elegans hiſtoria de Concilio Romano tempore Concilii Generalis celebrato falſo. 23.
Quandonam Provincialia celebrarentur? 24.
Quid nunc de Conciliis Generalibus? traditur ratio Cardinalis de Luca. 25.
Traditur declaratio Cardinalium de Synodo ſimplici: numquid Romam mittatur? 26.

EXPLICATIONES.

(a) Illa.

De neceſſitate Concilia congregandi.

Multæ ſolent rationes afferri, quibus eſſe generi humano ſalutare Concilium oſtenditur. *Facundus Epiſcopus l. 8. pag.* 319. hæc habet: *Illic congregatis Deus dat unum*
1 *cor, & animam unam, ut nullus eorum ſuam velit eſſe ſententiam*, & in eundem ſenſum proſequitur *Mendoza cap. 7. Concil. Illiberitan. His conſiliis Chriſtianæ Reip. ſplendorem Sancti, & Religioſi Epiſcopi tuentur, morbis hæreſum occurrunt, novis medentur, denſas ignorantiæ tenebras depellunt: his veluti remis impulſa Catholica Eccleſia navis ſæviſſimi maris fluctus evadit, & ventorum procellis obſiſtit.* Sic Poëtæ meliores Diis tribuentes, Concilia Deorum ſæpiſſimè convocant in fabulis. Virgilius

Conciliumque vocat Divum pater, atque hominum Rex.

Claud. de rapta Proſerp. lib. 3.

Illa colorato Zephyris tranſgreſſa volatu
Numina conclamat pelagi, Nymphaſque ſonoras.

At ſileant prophani, & loquatur Bellarminus. Hic præclarè docet ad cauſas Epiſcoporū dirimendas, ad leges promptius, & variis moribus conformes promulgandas, & quæ locorum conſuetudinibus non repugnent, neceſſarium fuiſſe convenire in unum Præſules Orbis, ex quibus in- 2
telligatur quid expediat in Concilio decernere; quod, ut arbitror, deduxit Bellarminus ex Concil. Nicen. 1. can. 5.

(b) Cum.

De Conſtantini Imperatoris Converſione.

Poſtquam Imperator Conſtantius Eboraci in Britannia diem extremum clauſit, eidem defuncto ipſius ultimâ voluntate, totiuſque exercitus voto Conſtantinus ejus primogenitus ſubrogatus eſt anno 305. ab Incarnatione, & hujus operâ Eccleſia tandem dura, diuturnaque 270. annorum captivitate ſub Gentilibus Imperatoribus libera reſpiravit. *Spond. ad Baronium anno* 266. *n.* 3. nam poſtquam Conſtantinus Cryſpum Licinum juniorem interfecerat crudeliſſimè, & luſtrali aqua Gentilium aſpergi volebat à Flaminibus; iique reſpondiſſent tam fœda crimina committenti Luſtrationis remedium non concedi, per-

Digitized by Google

perſuadente quodam Hyſpano Aegyptio; Doctrinam Chriſtianorum habere modum abſolvendi quodcumque peccatum, tum primum eſt deteſtatus divinationem Augurum. Quo circa ſub Sylveſtro Pontifice baptizatus eſt, & lepra mundatus, qua fuerat divinitus percuſſus. Accepto enim ab Aruſpicibus reſponſo *eum ſanguine Infantium eſſe curandum*, quæſitoque ad hoc magno infantium numero ad necem, miſertus matrum ululatus ab ſtrage abſtinuit. Ecce autem in ſomnis D. Petrus, & Paulus juſſerunt, ut Sylveſtrum è latebris montis Soractis, quò aufugerat Imperator nondum Chriſtianus, avocaret, qui eum ſanaturus erat à lepra. Juſſus igitur fuit à Sylveſtro ritu Chriſtiano ſeptem ſaltem diebus in pœnitentia ſolitarie egere. Sabbatho veniente Conſtantinus in fontem benedictum ingreſſus, & baptizatus eſt. Poſt ſuſceptum Baptiſmum Romam Sylveſtro donavit, & varias Italiæ oras *cum Conſtantinus* diſtranſlata ſede Imperiali in Byzantium, quod poſtea nomine permutato cœpit ab ipſo Conſtantinopolis appellari. Quo circa, cum ex eo tempore Reipublicæ Chriſtianæ tranquillitas reddita fuerit, & parta ſecuritas; Concilia quoque celebrari cœperunt.

(e) *Hactenus*.

Concilia univerſalia jus faciunt; omniſque Canon Synodi œcumenicæ approbatæ vim habet legis, & fidelium univerſitatem obligat. Qui volunt ergò ſcientiam Canonicam perfectè aſſequi; Conciliorum Univerſalium notitia vacare non debent; Ideo dabimus operam ut aliqua brevitate in ſingulis Eccleſiæ Sanctæ Conciliis inſiſtamus: adhibentes etiam curam præcipuam, ne, dum volumus evitare prolixitatem, omittantur neceſſaria.

DISSERTATIO UNICA,

CONCILIORUM

Univerſalium hiſtoria.

I. UNiverſale Concilium Niceæ in Bythynia celebratum eſt Anno 325. ſub Sylveſtro Pontifice ſedente ad gubernacula univerſalis Eccleſiæ, & imperante Conſtantino piiſſimo Principe, ad explodendum & confutandam Arrii hereſim, quæ nimium invaleſcebat per Orientis plagas miſera, funeſtaque animarum clade. Arrius itaque mente neſcio qua effrænata, atque præcipiti auſus eſt negare Filium Dei, Patri eſſe coæqualem, conſubſtantialem, & coæternum. Hæc illa hereſis eſt, illudque monſtrum & hydra, quæ licèt contuſa, ſæpius tamen ita pullulavit, ut aliquando totus penè Orbis ſe miraretur Arrianum, namque Aſpar & Ardaburius Gothi Arriani; Romæ Ricimer item Gothus & Arrianus; in Hiſpaniis & Galliarum parte Euricus Rex Gothorum Arianus pariter & perſecutor; ac denique in Affrica Genſericus Vandalorum Rex Arianorum omnium ſceleſtiſſimus cuncta pro animi arbitrio moderans. Hi tyrannide ſua, atque potentia peſtem per orbem terrarum diffuderunt, & pluribus in locis tenebris offuſis lucem, veræ fidei inobſcurarunt. Ad impendentem procellam avertendam coactum eſt hoc Generale Concilium; utque omnia hereſis Arrianæ capita truncarentur, concepta eſt Catholicæ Fidei formula, cujus architectus extitiſſe perhibetur Magnus Oſius quam Nicenum ſymbolum fideles appellant, & his verbis formatum fuit. *Credimus in Deum Patrem omnipotentem, omnium viſibilium, & inviſibilium factorem. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum filium Dei natum ex Patre, unigenitum, hoc eſt ex ſubſtantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine; Deum verum ex Deo vero natum non factum. Conſubſtantialem Patri per quem omnia facta ſunt, tàm in Cœlis, quàm in terra; Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus eſt, paſſus eſt & reſurrexit tertia die, & aſcendit in Cœlos, venturus inde ad judicandos vivos, & mortuos, & in Spiritum Sanctum.*

Non nihil autem laboratum eſt inter Patres, qua potiſſimum voce Divinitatem coæqualem, paremque Filii Dei cum Patre poſſent exprimere; tandem ſcripſerunt Filium Ὁμοούσιον hoc eſt conſubſtantialem, ut in ſymbolo jam tranſcripto apparet.

Poſt hæc de factu quoque Philoſophicæ diſciplinæ glorioſa trophæa reportata eſſe perhibentur; nam cùm ex Gentilibus plerique Philoſophi tanti conventus fama exciti Nicæam confluxiſſent, ut tanquam in publico Orbis theatro vires ingenii oſtentarent, & agminibus Dei viventis inſultarent, à Magno Spiridione Epiſcopo Trimithuntis in Cypro petulantia convicta fuit, multique ab eo ad fidem converſi; narrat *Baronius Anno* 325. *n.* 13.

II. Generale Concilium pariter Orientale fuit Conſtantinopolitanum primum ſub Damaſo Pontifice Romano habitum anno 381. imperante Theodoſio potiſſimè adverſus Macedonium negantem Sancti Spiritus Divinitatem, aſſerentem eum à ſolo Filio procedere. Quare convicta Hæreſi, & profligatis erroribus, Fidei regula efformata eſt à PP. nempè Symbolum Conſtantinop. Illud idem quod in Miſſis decantari ſolet cum additione tamen vocis *filioque* à Latinis facta. qua occurritur poſteriorum Græcorum hæreſi; cum enim Macedonius, & Eunomius Filium quidem à Patre procedere; ſed Spiritum Sanctum à ſolo Filio creatum ſibi falsò ſuaderent; Concilium id unum definivit quòd hæretici iſti convellebant.

III. Generale Concilium eſt Epheſinum celebratum ſub Cœleſtino I. Pontifice Maximo, adverſus Neſtorium geminas Chriſto perſonas affingentem. Novo quippe & pernicioſo dogmate Virginem auſus eſt inficiari Θεοτόκον hoc eſt Dei-

Dei-

Deiparam eſſe: Contendens Mariam peperiſſe humanam perſonam, prorſus diſcretam à Divina. Cum ergò ſerperet in dies latius & diſſeminaretur hoc malum; Fidei periclitanti ferre opem, & ſubvenire viſum eſt Cœleſtino per hoc Generale Concilium. Quo circa in urbe Epheſi, quæ eſt minoris Aſiæ Metropolis, & in quam urbem Deipara cum Apoſtolo, et Evangeliſta Joanne ex Judæa profecta reliquum vitæ uſque ad feliciſſimum obitum tranſegerat, Mariæ dignitas, & decus aſſertum eſt, eam Θεοτόκον Theotocon declarando anno 431. prolatis S. Scripturæ, Sanctorumque Patrum teſtimoniis, quibus demoſtratur, Verbi incarnationem indiviſè, & inconfusè in utero Virginis factam, duarumque naturarum conjunctione unam tantum redditam eſſe Perſonam *Chriſtum Jeſum* Deum, & hominem. Subſcripſere damnationi Neſtorii Epiſcopi plusquam ducenti, Neſtoriusque *novus Juda* vocatus. Ut ergo Urbis Epheſinæ populus exitum Concilii accepit, voces attollere præ gaudio, ſynodum celebrare, diemque fauſtum, & bonis auſpiciis exortum vocare, quo juſtiſſimis ſententiis Præſules Orbis effrenatam audaciam retardarunt. Undique accenſæ faces, quæ noctem eripuerunt, Tum per urbem cætus mulierum rite diſpoſitus lætiſſimo cantu Mariæ nomen aſtris inſeruit; quas adolentes Thymiamata cùm Thuribulis progredientes è tanta victoria Patres præceſſerunt. Narrat Cyrillus *Epiſtola* 34. *Tom.* 4. *operum*.

IV. Oecumenicum, & Orientale Concilium fuit Calcedonenſe anno 451. Venimus ad illud Concilium, cujus præludia fuerunt depoſitiones, vincula, exilia, divulſæ Eccleſiæ, proſtrata, & eſſundata Relligio, exultans hæreſis, univerſoque Oriente triumphans. Cùm ergò exacto Neſtorio credebatur Eccleſia in pace compoſita, invidus hoſtis humani generis caput extulit ab inferis, atque in ſinum Ethycheris [ut ita dicam] ſe recepit. Cur ita? Euthyches Presbyter, inſigniſque Monaſterii in urbe Regia Archimandrita in hunc errorem lapſus eſt, qui ambas in Chriſto Redemptore naturas ita confunderet, ut in unam mutua commixtione coaluiſſe crederet. Celebrabatur Conſtantinopoli (ut canones præſcribunt) conſueta Synodus Provincialis ſub Flaviano Patriarca: oblata in Synodo Euthychetis accuſatio. Citatus Euthyches ad Synodum, non tamen paruit abſque mora Hæreſiarca. Poſt inducias Concilio ſe obtulit, ſed pervicax, & tumens, & ſtipatus plurium ſuorum Monachorum comitatu, & fultus præſidio Florentii Patricii Conſtantinopolitani. Synodi Patres vigore S. Spiritus præmuniti jubent abjecta hæreſi eum ad Eccleſiæ redire unitatem, quin etiam, & Sacerdotio, & Prefectura dimovent. Ad hæc quam furere, quibuſque libellis proſcindere Synodum, novaſque factiones conflare cœperit Euthyches, unuſquiſque poteſt ſecum cogitare. Quin etiam omni excluſus perfugio ad Theodoſium Imperatorem appellavit. Ecce autem Princeps ille miſertus Hæreſiarchę novam indicit Synodum Conſtantinopoli; ſed & hęc Euthychetis perverſitatem damnavit, Synodumque priorem Flaviani confirmavit. Quò nunc Euthyches confugiet? quid conſilii capiet? quid molietur? Nil intentatum reliquit. Allicit in ſuas partes Dioſcorum Patriarcham Alexandrinum. Scribit per literas Theodoſio Imperatori Dioſcorus cauſam Euthychetis non dijudicatam ſufficienter fuiſſe à Synodis particularibus; dirimendam eſſe tam magnam controverſiam per Concilium univerſale. Ergò Theodoſius in urbe Epheſi ſecundun Epheſinum generale Concilium indixit, ad quod Leo Pontifex ſuos direxit Legatos. Ad hoc itaque Epheſinum ſecundum Concilium conveniunt PP. advenit Dioſcorus Alexandrinus. Sed Imperator Theodoſius Euthychetis ſavens *Bartumam* miſit qui fretus Imperatoria auctoritate Antiſtites inſectaretur, qui Euthychetem damnaverunt, miſitque eiſdem ferre mandatis Comitem Elpidium: jubet Elpidius quæri primum de Synodo particulari ſub Flaviano habito: obſiſtunt Legati Apoſtolici, obſtrepit cum ſuis Euthyches. Abſcedunt Synodo Legati. Tum verò trigenorum Monachorum manus irrumpit. Tumultu complentur omnia, verberibus afficiuntur Epiſcopi, & qui Flaviano adhærebant in vincula conjiciuntur. Concilium itaque Epheſinum ſecundum à ſolo Dioſcoro, ejuſque aſſeclis celebratum. Approbatur, proferturque Euthychetis Symbolum, & triumphans Dioſcorus revertitùr Alexandriam. Ubi cùm à Leone fuiſſet telis excommunicationis confoſsus, viciſſim ille inaudita audacia Pontificem excommunicavit, & plures alios catholicos. Ex qua hiſtoria obiter lucem accipit Textus in *can. cui eſt illata* 11. *quæſt.* 3. quò ſtatuitur, injuſtam Excommunicationem non eſſe timendam; ſed hic Textus intelligitur, de excommunicatis ab hęretico. Nunc proſequamur hiſtoriam. Mortuo Theodoſio hęreticorum artibus irretito obtinuit Leo Pontifex ab ejus ſucceſſore Marciano, ut opem ad novum Generale Concilium pręſtaret. Quare Quartum hoc Concilium apertum eſt Calcedone, quę urbs proximè adjacet Conſtantinopoli, in Templo Sanctę Euphemię Anno 451. Damnatus in hoc Concilio Dioſcorus, damnatus Euthyches. Quęſtionem de duabus naturis ſic Patres ęxpreſſerunt. *Sequentes igitur Sanctos Patres unum, eumdemque confiteri Filium Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum conſtanter omnes docemus, eumdemque perfectum in Deitate, eundem perfectum in humanitate Deum verum, & hominem verum, eumdem ex anima rationali, & corpore, Conſubſtantialem Patri ſecundum Divinitatem, Conſubſtantialem nobis ſecundum humanitatem, per omnia nobis*

ſimi-

Digitized by Google

ſimilem abſque peccato . Ante ſæcula quidem à Patre genitum ſecundùm Deitatem , in noviſſimis autem diebus eumdem propter nos , & propter noſtram ſalutem ex Maria Virgine , Dei genitrice ſecundùm humanitatem , unum eumdem Chriſtum filium Dominum unigenitum , in duabus naturis incõfusè , immutabiliter , indiviſè , inſeparabiliter agnoſcendum nuſquam ſublata differentia naturarum , propter unitionem , magiſque ſalva proprietate utriuſque naturæ , in unam perſonam , atque ſubſiſtentiam concurrentis : non in duas perſonas partitum , atque diviſum ; ſed unum eumdemque *Filium unigenitum , Deum , Verum , Dominum Jeſum Chriſtum , ſicut ante Prophatæ de eo , & ipſe nos Jeſus Chriſtus erudivit , & Patrum nobis ſymbolùm tradidit* .

V. Generale Concilium anno Chriſti quingenteſimo quinquageſimo tertio , Conſtantinopoli celebratur , de quo *can.* o. & 10. *diſt.* 16. Malis initiis Concilium inchoatum , peſſimo exitu perfectum , atque abſolutum. Neque enim Vigilius Pontifex , aut per ſe , aut per Legatos acceſſit. Damnarunt Patres illa tria celeberrima capitula , unum Theodori , qui unam Chriſti perſonam , & Deum carne indutum , & Mariam Θεοτόκον inficiabatur , eumdemque Dei Filium poſt Baptiſmum meliorem redditum aſſerebat , & poſt reſurrectionem phantaſticè , & imaginariè ad diſcipulos veniſſe. Secundum capitulum Teodoreti fuit Cyri Epiſcopi , qui Fidem Epheſinam convellere cenſuris aculeatis conatus eſt. Tertium capitulum Ibę fuit Edeſſenæ urbis Epiſcopi . Qui Matrem Virginem Θεοτόκον eſſe negabat. Itum eſt etiam in Origenis errores diſperſos per Orientis plagas , collectoſque ex ejus voluminibus operà Nonni , & Leontii Bizantini. Notum eſt de Origenis libris judicium ſæpe traditum , ſimiles eſſe prato omnibus florum , herbarumque generibus conſito , unde bona , & noxia decerpere incautis, contingit. Multæ in illis Platonis ſententiæ . Sed Plato erravit quidem in multis utpote Ethnicus ; licet quæ monſtrum plerumque videntur allegorica ſint , & figurarum umbracula , ſub quibus myſteria latent ingenioſiſſima. Origenes ex Platonis fortaſſe ſententia corpora hominum rotunda, & orbiculata excitatum iri in Reſurrectione deprædicabat .

Idemque animam noſtram ante ortum extitiſſe , pariter ex mente Platonis aſſeruit, qui animam ideo dixit creatam multo ante quàm in humanam ſpeciem deveniret ; quòd dum diſcimus , recordamur; ut fusè oſtendit in Phædone , atque explicat Apulejus Platonicus Philoſophus, in dogmate Platonis, & Thomas Bentius *Orat.* 6. *cap.* 4. in Convivium. Igitur, & hoc dogma à Concilio damnatum eſt .

Hinc in tractatu Imperatoris Juſtiniani pro *Quinta Synodo* ad Menam Patriarcham hæc habentur: *Quid enim aliud expoſuit Origenes , quam Platonis qui paganorum inſaniam dilatarat , doctrinam* ? Mox Juſtinianus oſtendens ante corpus animam non extitiſſe; reminiſcentiam confutat his verbis pag. 638. *Jam verò ſi docetur ; ut in ignoratione verſans prius non ſciebat ; ſi non prius ſcivit , ante non fuit* (& infra) *Nam Deus qui dixit faciamus hominem ad imaginem noſtram , & ſimilitudinem , utraque ſimul fecit , ideſt corpus plaſmavit , & animam intelligentem, & rationalem creavit . Simul enim , & effinxit corpus & animam condidit perfectum hominem exhibens , neque enim homo corpus eſt ſine anima , nec anima ſine corpore . Si autem anima praexiſtit , ut delirat Origenes , cujus rei gratia Sanctiſſimus Propheta Zacharias dixit* 12. *Fingens ſpiritum hominis in eo* ? Et ad eundem Origenem confutandum huc ſpectant *Ioan Chriſoſtomus Hom.* 13. *in Gen.* & *Gregor. Nazianz.* Or. 43. & *Ioan. Criſoſt. Hom.* 13. *in Gen.* & *S. Baſilius homil.* 16. *S. Athanaſius* Or. 3. *contra Arrian.* aliique a Juſtiniano adducti .

Et idem *Juſtinianus in eod. Tract. pag.* 640. *Aſſirmavit in Reſurrectione corpora hominum orbiculata ſuſcitari . O dementiam atque inſcitiam hominis inſani , & Paganorum diſciplina explicatoris !*

Exponamus, & alios Origenis errores . Aſſeruit Origenes Cœlum , Solem , Lunam , & , quæ Cœlis ſupernatant , aquas , eſſe quaſdam animatas , & rationabiles virtutes . Omnino ex Platonis Sententia . Nam hic aſſerit vivere totũ mundi corpus, quòd animalium corpora , quæ partes illius ſunt , vivunt. Cùm ergò hujus corporis immenſi duodecim ſint Spheræ *octo Cœli* , & *elementa* 4. ſingulis animam aſſignavit. Cum verò aqua terrà ſit præſtantior , ſine qua nihil vivit terreſtre, aut aereum , non minùs quàm terra , compotem rationis dixit. Globi verò decem ſuperiores propter eorum ſublimitatem rationalibus videntur exornati . Ita exponit Platonis ſententiam Thomas Bentius Oratione *6. in Convivium cap.* 3. Omnis ergò hæc Platonicorum traditio ſub Concilii Generalis prohibitione concidit.

Ultra hæc omnia exiſtimabat Origenes damnatorum hominum , dęmonumque tormenta finem habitura ; pro dęmonum ſalute Chriſtum denuo crucifigendum . Hæc quoque amentia in eodem hoc Concilio convicta fuit.

Exitus autem infauſtus fuit . Cùm enim Concilia robur accipiant ex confirmatione Pontificis , diſtulit Vigilius ſuę approbationis aſſenſum juſtas ob cauſas de quibus *Doviat. Pranot. can. L.* 2. *cap.* 5. ſed poſtquam carcere , & fame, ſuorumque clade miſerabili diu mactatus fuit , aſſenſum prębuit.

VI. Synodus oecumenica celebrata eſt adverſus Monothelitas pariter in Urbe Regia Orientis. Procella horribilis violenter Eccleſiam concutiebat. Sergius ſignifer errorum , Patriarcha Conſtantinopolitanus , unicam in Chriſto voluntatem , unicamque operationem eſſe aſſerebat , ſed Divinam : nullatenus humanam : non ſecus

Digitized by Google

de voluntate judicans, ac de perſona. Anno itaque 680. habita eſt generalis Epiſcoporum congregatio in Secretario Palatii Imperialis, cui nomen Trullo. Imperator Conſtantinus interfuit Sanctę Religionis columen. Unanimi aſſenſu Patres Fidei formulam excudunt, geminaſque Chriſti voluntates, atque operationes, Divinam unam, humanam alteram, diſtinctas, & inconfuſas eſſe decernunt. Honorus I. etſi Sergio literas ſcripſerit, in quibus, prima ſpecie unicam voluntatem videbatur aſſerere; tamen ex mente auctoris id tantum ſignificatum eſt, non eſſe in Chriſto contrarias voluntates; ſed humanam Divine obſequeotem ita, ut unica videatur.

VII. Concilium Orientis eſt Nicęnum ſecundum, convocatum anno 787. ſub Hadriano Pontifice adverſus Iconomacos. Numerus Epiſcoporum, qui Concilio interfuerunt trecentorum quinquaginta fuit. Cauſa, ratioque congregandi recenſetur ab hiſtoricis: *cultus, & veneratio Sacrarum Imaginum*. Leo Iſaurus Imperator Orientis bellum ſacris Imaginibus indixerat. Deturbatæ Salvatoris imagines hoſtilem in modum è locis ſacris: Sanctorum loculos perfodere: truculenter furere in obſtantes. Atque utinam Leoni pius ſucceſſiſſet Imperator! At delata ſumma rerum fuit Conſtantino Copronymo, ab excrementorum profluvio ita vocato, quo concham Baptiſmi inquinaverat; hic non degeneravit à crudelitate anteceſſoris adeo, ut flagitiis Imperatoris ſubjecti populi vehementer commoti, ab ipſo defecerint: ſed recepta urbe in deditionem, potenti exercitu ultus eſt omni exemplo furoris, & crudelitatis auctores defectionis, atque perfidiæ. Tum verò per forum, per Eccleſias, per Monaſteria, per ædes volitare milites, imagines deiicere, abradere, diripere. Tandem mortuum nefarium Imperatorem excepit Conſtantinus ex Irene ſuſceptus, qui puer ab Irene regebatur. Tum verò Oriens Occidenſque parumper reſpiravit. Irene etenim pacis amantiſſima, & religioſiſſima mulier Sedi reſtituit Patriarcham indigniſſimè expulſum, ejuſque conſilio rogatus Pontifex Romanus, ut indiceret Generale Concilium ad ſedandos turbines atque procellas, quibus Eccleſia concuſſa gemebat: ita factum. Interfuere Patres Nicęæ, deprompta Sanctorum Patrum teſtimonia, quibus religioſa Imaginum veneratio aſſeritur. Itum eſt in hanc ſententiam, ut Imagines debita colantur veneratione; & prolata inter hæc Salvatoris Imago ab omnibus procumbentibus adoratur.

Definitio autem fidei his verbis conſcripta eſt. *Definimus in omni certitudine, & diligentia, ſicut figuram pretioſa, & vivifica Crucis, ita venerabiles ac ſanctas Imagines proponendas, tam de coloribus, & taxellis, quam ex alia materia congruenter in Sanctis Dei Eccleſiis, & ſacres vaſis, ac veſtibus, & in parietibus, ac in tabulis, domibus, & viis; tam videlicet imaginem Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, quam intemerata Domina noſtra Sancta Dei Genitricis ejus, honorabilemque Angelorum, & omnium Sanctorum ſimul, & almorum virorum. Quanto enim frequentius per imaginalem formationē videntur, tanto qui has contemplantur alacrius eriguntur ad primitivorum eorum memoriam & deſiderium, & ad oſculum, & ad honorificā his adorationem tribuendam: non tamen ad veram latriā qua ſecundum fidem eſt, quaque ſolum Divinam naturā decet, impertiendam: ita & iſtis ſicut figura vivifica Crucis, & ſanctis Evangeliis, & reliquis ſacratis monumentis incenſorum, & luminum oblatio ad harum honorem efficiendum exhibeatur, quemadmodum, & antiquis pia conſuetudinis erat. Imaginis enim honor ad primitivum tranſit &c.* Hodie calumniam Catholici à Novatoribus patiuntur, ut, quaſi Deos, imagines colant. Verumtamen non exhibetur proprius per ſe exiſtens latriæ cultus imaginibus (id enim eſſet Idolatria) ſed ille tantum exhibetur, qui fit ob aliud relativè, nempe ad primum exemplar, ut explicat *Bellarminus in controverſ. de imagin. cap. 20.*

In hoc Concilio celebris eſt actio quinta, in qua actione prolata ſunt quædam teſtimonia Doctorum ex quibus tamen nihil Concilium definiviſſe teſtatur Cabaſſutius in hoc Concilium. Aſſerebant quidam illuſtres viri Angelorum corporeas, & tenuiſſimas eſſe ſubſtantias; ſed hoc Eccleſia nunquam approbavit: quin etiam, cùm ex Platonis Philoſophia deductum fuiſſet, in qua Dæmones elementares conſtituuntur, & animæ igneæ ſubſtantiæ, jam prævaluit doctrina Ariſtotelis aſſerentis intelligentias ab omni materia, & quantitate eſſe ſecretas. Idque multo magis apud Chriſtianos ſuadet viſio Divinæ eſſentiæ. *quoniam Deum videbimus ſicuti eſt. S. Joan.* Tertio accedit quòd Lateranenſe Concilium ſub Innocentio III. rejeciſſe videtur Platonicorum Sententiam *in cap. firmiter extra de ſumma Trin. & Fid. Cath.* ait enim *Deus utramque de nihilo condidit naturam ſpiritualem, & corpoream, Angelicam videlicet, & mundanum, deinde humanam quaſi communem ex ſpiritu, & corpore*. Vides expreſſè, naturam ſpiritualem à corporea diſtingui. Quocirca ſatis periculoſa, & temeraria opinio videbitur aſſerentium contrarium; cùm his ſeculis inſtructiores ſimus omnibus diſciplinis: nec licere videatur in hac re amplius animo eſſe ancipiti.

VIII. Concilium Oecumenicum ultimum Orientale celebratum Conſtantinopoli ad condemnandum Photium Regię Urbis Patriarchatus invaſorem, expulſo Ignatio vero Præſule. Cùm verò Photius vir ſummæ auctoritatis eſſet, & verſatilis ad omnia ingenii, & factiones multas Principum in ſui partes adduxiſſet, viſum eſt neceſſarium, Hadriano ſecundo aſſentiente, Imperium cum æquitate, & juſtitia Baſilio adminiſtrante, univerſalem Epiſcoporū convocare congregationem anno Chriſti 8[illegible]. ut contigit; & revocato cauſe Ignatio, & dejecto

Photio

Digitized by Google

Photio ſeductore, & condemnato, ſubſcripſere ſententiæ prolatæ Epiſcopi calamis tremendo Chriſti Sanguine tinctis. Hic ille Photius, qui plures criminationes in Romanam Eccleſiam, vel fovit ab aliis auditas, vel primus excitavit. Primò quòd Latini jejunarent ſabbato. Secundò quòd Spiritum Sanctum à Patre, & Filio procedere dicerent. Tertiò quòd abominarentur nuptias in Presbyteris. Quartò quòd Presbyteros linire Baptizatorum frontes prohiberent. Quintò quòd Chriſma ex aqua fluminis conficerent. Sextò quòd ſeptem hebdomadibus ante Paſcha à caſei, & ovorum eſu non abſtinerent. Septimò quòd Agnum in Paſcha more Judæorum ſuper Altare cum Dominico corpore offerrent. Octavò quòd Clerici barbas raderent. Nonò quòd Diaconi non ſuſcepto Prsbyteratu Epiſcopi ordinarentur. Quæ capitula latè *refellit Baronius an.* 867. *n.* 4.

IX. Concilium univerſale eſt Lateranenſe primum anno 1123. celebratum ſub Callixto ſecundo Pontifice Maximo, in quo proſpectum eſt antiquis diſſenſionibus exortis inter Sedem Apoſtolicam, & Germaniæ Imperatores. Qui jura Epiſcopatuum, cœterorumque beneficiorum Eccleſiæ conferendorum ſibi aſſerebant, nec dubitarunt arma ſumere, validoque etiam exercitu Romanæ urbis arces invadere, Pontificem expellere, & Schiſmaticum in ſolio illo celſiſſimo obtrudere, ut de Gelaſio II. contigit. Pacis igitur Concilium hoc fuit, fæderiſque inter Imperatorem, Pontificiſque Majeſtatem. Statutum nimirum, ut Imperator liberas Clericis, & Monachis fineret Epiſcoporum, & Abbatum electiones, reſervatis Regaliis ſeculari poteſtati, qua Imperium gubernatur.

X. Concilium univerſale pariter in Laterano habitum eſt anno 1130. ab Innocentio ſecundo, poſtquam à Ludovico VI. & Lothario fuit in urbem reductus, unde coactus fuerat exire ob pſeudopontificem Anacletum ſecundum: quare in hoc Concilio ſublatum eſt Schiſma tam perniacioſum, & ſublatæ hereſes Petri Bruis, & Arnaldi Brixienſis. Petrus aſſeruit Baptizatos in infantia non poſſe ſalvari; Templa, & Eccleſias eſſe diruendas: Crucem abominationi eſſe debere, quòd Chriſtus in ea tam diris ſuppliciis expiraverit: Sacrificium Miſsæ nihil eſſe, neque Deo offerendum: ſuffragia, & pia opera defunctis quicquam non prodeſſe. Atque hic nebulo impietate ſua finem dignum conſequutus eſt, cùm igne crematus dicatur, teſte Baronio anno 1126. n. 8. Quod attinet ad errores *Arnaldi* Lectoris Brixienſis in Italia. Hic aſeruit nec Clericos proprietatem, nec Epiſcopos Regalia, nec Monachos poſſeſſiones habentes aliqua ratione ſalutem ſperare poſſe, cunctaque hæc Principis eſse, ab ejuſque beneficientia in uſum tantùm laicorum cedere oportere idem *Baron. an*. 1139. *n.* 115.

XI Univerſale Concilium cauſa Schiſmatis ſurſus in Laterano in urbe Roma celebrandum fuit anno 1179. Schiſma ortum eſt ex electione novi Pontificis, Adriano III. vita functo ventum eſt ad electionem novi Paſtoris Univerſalis. Ab uno, & viginti Cardinalibus electus eſt Alexander III. A tribus autem dumtaxat Octavianus Romanus. Quis igitur ex his duobus erit exiſtimandus verus Pontifex? Contraverſia videbatur deciſa à numero ſuffragiorum majore. At, cùm jus eſt in armis, omnia ſuſqnedeque vertuntur. Ergò Octavianus viribus nixus, atque potentia Friderici Imperatoris duodeviginti annis adverſus Alexandrum armis decertavit. Non ultra audaciam, & temeritatem procedere permiſit Omnipotens; prælium indictum, pugnatum acriter: tandem in partes Alexandri veri Pontificis victoria flexit. Profligato igitur Friderico, ſedatiſque belli fluctibus; ſtatutum in hoc Concilio, Romanum Pontificem eſſe neminem, in quem ſaltem duæ Cardinalium partes non conſpiraverint.

XII. Lateranenſe quartum Concilium fuit ab Innocentio III. indictum, & celebratum anno 1215. in quo multa ad diſciplinam Eccleſiaſticam exactiùs obſervandam decreta ſunt, atque ad terram Paleſtinæ recuperandam decreta pax inter Chriſtianos. Referta volumina Eccleſiaſtica ſanctionibus his ſeptuaginta, & Abbatis Joachim reprobata opinio adſtruens in S. Trinitate unitatem ſimilitudinariam.

XIII. Lugduni Galliarum celebratum eſt anno 1245. Cauſa potiſſima alterius hujuſce Concilii univerſalis fuit ad reprimendam inauditam antea audaciam Friderici Imperatoris II. hujus nominis. Hic, ut alias invaſiones omittam, & clades, & exempla barbariei ubique per Italiam relictæ, Romam ipſam obſidione cinxit: laceraverat in duas factiones Italiam, Gibellinorum, quos in ſuas partes adduxerat, Guelforum, qui partes Pontificis defendebant. His de cauſis Gregorius IX. ad ſedandas tot tempeſtates, in quibus diſciplina Eccleſiæ non parum collapſa videbatur, Romæ indixerat Generale Concilium. Eò Antiſtites pervenerant, Sed Gentuenſium triremibus qui advehebantur, caſu in claſſem Friderici incidentes vinculis miſerè addicti fuerunt. Mortuo Gregorio, & ejus ſucceſſore Cœleſtino qui paucis diebus rexit Pontificatum, Innocentius IV. in Galliam ſe recepit, & Lugduni Generale hoc Concilium indixit. Cauſa Imperatoris explorata, de Synodi ſententia excommunicatus, & Imperio depoſitus fuit; de qua depoſitione videndus à ſtudioſo Juris Canonici Textus in *cap. ad Apoſtolica de ſententia, & re jud. in 6.*

XIV. Lugduni ſimiliter celebratum, & habitum eſt anno 1274. ſub Gregorio X. ad conſulendum in poſterum factionibus Cardinalium, quæ ante ipſius Gregorii electionem trium, & triginta menſium interregnum prorogarunt. Facto compromiſſo à Cardinalibus in S. Bonaventurâm, qui tunc Cardinalitia non præfulgebat

dignitate, hic unum extra gremium Cardinalium elegit Tibaldum Leodii Archidiaconum, qui ſibi *Gregorii* nomen aſſeruit. Prudentiſſimus Pontifex, ut hoc interregni periculum in poſterum evitaretur, quaquaverſum literas miſit, quibus ad Concilium Præſules Orbis accederent. Igitur convenere ex diverſis partibus Epiſcopi 500. & Patriarchæ Conſtantinopolitanus, & Antiochenus: & de conclavi ſalutaris emanavit conſtitutio, quæ extat *in cap. ubi periculum de elect. & el. poteſtate in 6.*

XV. Oecumenicum Concilium celebratur in Gallia; ſed in alia urbe Viennæ ſcilicet a Clemente V. anno 1311. celebratur, & ad Ordinem Equitum Templariorum extinguendum, & ad hæreſes extirpandas. Erant Hieroſolymis militares Equites adſtricti votis Religioſis, & ex primo inſtituto deſtinati, ut fines Chriſtianæ ditionis ab incurſionibus Othomanuorum defenderent. Sed decurſu temporis occulta cum Saracenis pacta inierunt, utque alia ſcelera omittam, auſi ſunt cæſorum infantium victimas Idolis litare. Pullulabant deinde in Germania Begardorum, & Beguinarum hæreſes, de quibus ſtudioſus lector videat Textum *in Clementina ad noſtram de hæretic. & Textum in Clement. 1. de ſum. Trin & Fid. Cath.* Utrumque igitur feliciter executum eſt concilium. extinctus ſuppreſſuſque Ordo Equitum præpotens, & hæreſes impuræ ſublatæ, evulſæque propagines. Damnatus pariter in hoc Concilio Vienenſi Petri Joannis error negantis *animam rationalem, qua rationalis eſt, formam eſſe corporis.*

XVI. Fuit Piſanum anno 1400. habitum.

XVII. Fuit Conſtantienſe inchoatū anno 1414. Utrumque Concilium ejuſdem hiſtoriæ narrationem continet, eademque propemodum cauſa utriſque. Cum Avenione annis pluſquam 70. Sedes Pontificia hæſiſſet non ſine moleſtia, & ſollicitudine populi Romani, Gregorio XI. Romæ defuncto, neceſſe fuit ibi etiam conclave, & electionem novi Pontificis celebrare. Veritus Romanus populus ne vota Cardinalium ad eum inclinarent, qui Roma relicta eamdem Galliæ urbē incoleret, effregit repagula Conclavis, incendium quoque minitatus, niſi Pontifex Italus daretur. Metu concuſſi Cardinales in ſumma celeritate componendi concitatam iram populi, elegerunt Urbanum VI. qui nec Cardinalis erat, & ſimplex Barii Epiſcopus; Tum verò in regnum Neapolitanum perrexerunt Cardinales, irritamque electionem metu factam declaraverunt, & Clementem VII. renunciarunt Pontificem. En ſchiſma ortum in Eccleſia, ſchiſma memorabile, quod nec morte Pontificum, neque ullo pietatis impulſu reſedit. Urbano extincto Bonifacius datus ſucceſſor, Bonifacio Innocentius VII; Innocentio Gregorius XII. Clementem verò VII. Benedictus XIII. excepit. Ad tollendum igitur diſſidium tum exortum, habitum Concilium Piſis, & declaratis in hoc ſchiſmate Pontificatu indignis illis, qui contendebant, datur aditus Cardinalibus, ut ingrederentur Conclave: deſignatur Alexander V. quod Piſanum Concilium contigit Anno 1400. Defuncto Alexandro V. ſubſtitutus fuit Joannes XXIII. Non tamen ex numero tot Pontificum, diſſidium ceſſavit, omnibus ſuam cauſam ſtrenuè defendentibus. Igitur Conſtantiæ aliud concilium celebratum eſt, electuſque Martinus V. cui electioni acquieverunt ceteri Pontifices. In hoc Concilio Conſtantiæ Joannes Hus condemnatus, qui in Hoſtia tranſubſtantiationem panis non admittebat, qui Papam Antichriſtum prædicabat, & Tyrannum à quoqumque ſubdito, poſſe interimi. & alia hujus generis ob quæ meruit flammis addici.

XVIII. Florentiæ habitum eſt, quod antea Ferrariæ fuerat inchoatum Anno 1438. Cùm verò lues, & Cœli vitium malè tutum locum redderet, in hanc urbem Etruriæ principem transferri placuit, ubi Græci in Latinorum conſenſum acceſſerunt. Spiritum Sanctum à Patre Filioque procedere unica utriuſque ſpiratione; ſive in azimo, ſive fermentato pane Corpus Chriſti rite confici poſſe. Locum eſſe Purgatorii ad expianda peccata, cruciatibus. Animas inſontes ſcelerum, & ſine macula a ſuo Baptiſmo; vel quæ ſe perfectè pœnitentia eluerunt claro Dei conſpectu poſt mortem abſque mora perfrui; Pontificē Romanum eſſe Primatem univerſalē.

XIX. Eſt Lateranenſe anno 1512. ſub Julio II. & Leone X. Julius II. contra Ludovicum XII. Regem Galliæ bellum gerens, & Maximiliano Imperatori morem non gerens, utriuſque Principis animum provocavit. Ergò auſu temerario Piſis coactum eſt Conciliabulum, in quo Cardinales aliquot à fide Pontificis defecerunt; & Julius ad dicendam cauſam nefarie vocatus: Ut ſchiſmati Julius occurreret, ſtatumque rerum turbulentum componeret, Concilium hoc indixit, ſed mox Julius e vivis excedit; à eoque X. Concilium proſequitur, & ab eo recepta Julii II. Bulla de Simoniaca Pontificum electione irrita.

XX. Ultimumque Generale Concilium Tridentinum fuit adverſus Lutherum, & Calvinum ſub Paulo III. Anno 1545. qui novam Eccleſiæ reformationem introducere moliti fuerunt.

Poſt hæc Generalia Concilia qua fieri potuit brevitate, propoſita, & explanata, conſultum utilitati diſcentium rebor, ſi ponam ob oculos Concilia Generalia, ſed reprobata.

1. Eſt Antiochenum Anni 345. in quo ſubſcriptum fuerat Athanaſii condemnationi.

2. Eſt Mediolanenſe Anno 345.

3. Eſt Ariminenſe Epiſcoporum 600. Anno 363.

4. Eſt Epheſinum II. tempore Theodoſii Imperatoris Anno 450.

5. Eſt Conſtantinopolitanum ſub Leone Iſauro contra Sacras Imagines Anno 728.

6. In

Digitized by Google

6. In eadem Urbe, ſub Conſtantino Copronimo 754. Epiſcoporum 378.

7. Piſanum Conciliabulum Anni 1511.

5 Ultra hæc omnia non minùs utile exiſtimo, ſtudioſum juris noſtri tenere, atque addiſcere Concilia partim approbata, partim reprobata.

Primum eſt Sardicenſe, de quo Cabaſſutius in dicto Concilio.

Secundum fuit Sirmienſe anno 356. Liberio Pontifice, celebratum ab Arrianis, ut Photinum Smirnii Epiſcopum à Baſilio Ancitæ Præſule convictum, & non abjurantem condemnarent, qui Pauli Samoſetani hæreſim proſequtus Filium Dei merum hominem eſſe aſſerebat. In hoc Conciliabulo ab Arrianis formula Fidei facta fuit, in qua profitebantur, Filium Dei ſecundùm ſubſtantiam eſſe ſimilem Patri; ſed reticebant ejus cum Patre conſubſtantialitatem. Huic profeſſioni in qua Photini hæreſes damnabantur in qua filius ejuſdem cum Patre ſubſtantię dicebatur ſubſcripſit Liberius, qui tunc temporis Smirniis exulabat, & dicam *hoc lib. Tit. 4. n. 28.*

Tertium eſt celebratum anno 603. Quartum eſt Francofordienſe celebratum anno 794. ſub Adriano I. & Carolo Magno Francorum Rege. Approbatum fuit quatenus damnat hæreſim Eligandi Toletani Epiſcopi, & Felicis Epiſcopi Urgelitani, qui Jeſum Chriſtum hominem negabant Filium eſſe Dei naturalem; ſed Filium adoptivum, Deique ſervum aſſerebant. Quatenus verò damnat Sententiam de imaginum cultu, omni prorſus caret auctoritate.

Quintum eſt Conſtantienſe. Sextum Baſileenſe, cujus nihil eſt ratum, niſi quædam diſpoſitiones circa beneficia, & reprobatur in Concilio Lateranenſi ult. ſeſſ. 11.

(d) Primo.

Concilia Generalia congregantur auctoritate Sedis Apoſtolicæ.

Textus ſunt in *can. multis diſt. 17. & can. regula ib.* Et ratio non deeſt; quia ne ipſe quidem
6 Imperator tantam poteſtatem habet in univerſo orbe Chriſtiano; quantam Pontifex habet ubique quoad ſpiritualia. Quare de Sancta Sede Apoſtolica Poeta vetus cecinit.

Sedes Romæ Petri, quæ Paſtoralis honoris
Facta caput mundi quidquid non poſſidet una
Relligione tenet —

Non ergo Imperator totius Orbis Epiſcopos ad Conciliũ cogere poſset. Accedit quòd Concilia Provincialia indicuntur à Metropolitano, Nationalia à Primate, cur non igitur generalia à Pontifice? Nam pari ratione ſi Imperator congregare deberet generalia Concilia, Rex aut Dux poſſet Provincialia congregare.

Nec obſtat, Imperatores conſcios eſſe oportere, *Epiſt. PP. Concilii 6. ad Agathonem Papam* nam id obtinuit, quia Concilia generalia olim fiebant ſumptibus publicis, quoad tranſvectiones Epiſcoporum ad locum Concilii *per tractorias literas*, quo ſubſidio facilè perveniebant ad dictum locum, Baronius anno 314. Et ſi quandoque interfuere Reges, & Imperatores, id permiſſum legimus, ut ſua præſentia cohoneſtarent, & defenderent Synodum. Igitur Concilium 7
generale ſola Pontificis auctoritate congregatur. Cabaſſutius tamen Concilio Conſtantinopolit. 1. duas indicat approbatas iſtius regulæ exceptiones; prima ex eo titulo quo Baronius adſtruit, legitima inſtructum fuiſſe auctoritate Clerum Romanum, quando Concilium Sinueſſanum adverſus Marcellinum Pontificem convocavit, poſtquam iſte Idola coluit ſub Diocletiani perſecutione. Secundæ locus eſt in caſu Schiſmatis, ſi jus foret utrinque ambiguum, ſicut uſuvenit in Concilio Piſano, & Conſtantienſi, quę depoſitis eorum temporum ſummis Pontificibus alios de novo crearunt: illud quidem Alexandrum V. hoc verò Martinum V. Azorius aliter putat, & melius, videlicet etiam in caſu Schiſmatis auctoritate Apoſtolica congregari Concilium. nem-
pe auctoritate futuri Pontificis, *ita de Summ. Pontif. in Inſt. Moral. Barboſ. de poteſt. Epiſc. art. 5. quæſt. 5 Turrecr. in ſumm. lib. 2. cap. 03. Alu. de planct. Eccleſ. 1. cap. 4. & alii, quos citat Azor.* 8

[e] Confirmetur.

DISSERTATIO II.

Concilium Generale non eſſe ſupra Pontificem.

Non deſunt, qui majorem auctoritatem Con-
cilio tribuant. Ut veritas magis diſputando eluceſcat, celeberrimam hanc controverſiam latè examinabimus, in qua, ſit noſtra Concluſio, quam veram, omnique rationi conſonam ſemper exiſtimavi. 9

Concilium generale non eſt ſupra Pontificem. Cui tamen reclamant Pariſienſes Theologi in Baſileenſibus, & Conſtantienſibus decretis, ex Juriſtis *Duaren. l. 8. de ſacr. Eccl. cap. 3.* verumtamen. Concilium Oecumenicum nullam ſupra Pontificem juriſdictionem habere.

PROBATUR I. Ex Concilio Lateranenſi ſub Leone X. *ſeſſ* 10. ubi hæc habentur *verſ. cum etiã*
„ Cum etiam ſolum Romanum Pontificem
„ pro tempore exiſtentem, tamquam auctorita-
„ tem ſuper omnia Concilia habentem, Conci-
„ liorum indicendorum, transferendorum, ac
„ diſſolvendorum, plenum Jus, & poteſtatem
„ habere (*& infra*) manifeſte conſtet. En Doctrinam in Concilio univerſali aſſertam, prolatamque, quam nullus Epiſcoporum negare auſus eſt: ut conſiderat *Eugenius Lombardus in Tract. Regale ſacerdotium L. 2. 6. 5. n. 15.*

PROBATUR II. Quia Pontifex interdum mutat quidquid actum eſt in Concilio generali; Idem, & diſpenſat in Conciliis generalibus *cap. ſigni-*

ſignificaſti de Elect. §. *autem cap. innotuit* §. *quamvis ;* nec obſtat quatuor prima eſſe inſtar Evangeliorum : quia id intelligitur quoad articulos Fidei , contra quos Pontifex non diſpenſat *can. Sancta diſt.* 16. Rurſus omnia acta Cōcilii Antiocheni , Mediolanenſis , Ariminenſis , Epheſini ſecundi unjus Pontificis nutu corruerunt , quamvis generalia eſſent

PROBATUR III. Quia ab inferiore appellatur ad ſuperiorem. Eſt regula notiſſima ; ſed à Pontifice non appellatur ad Concilium *can. cuncta* 9. *quaſt.* 3. & exempla hiſtorica in promptu ſunt. Quidam auſi ſunt contra *d Text. & can. patet* 9. *quaſt.* 3. *& can. ſi Papa diſt.* 40. ad Concilium appellare ; Gregor. XIII. poſuit *in* §. 2. *Bulla Cœna* excomunicationem ita appellantium.

Atque addi poteſt hiſtoria de *Martino V.* Legati Ladiſlai Regis Poloniæ cum viderent condemnandum quemdam ſuum libellum , & eſſe diſſolvendum Concilium Conſtantienſe , appellarunt ad futurum Concilium ; ſed Martinus V. conſtitutionem edidit anno 1417. qua vetuit , ne quis ita appellaret . Pius II. à quo Sigiſmundus Dux Auſtriæ fuerat excommunicatus , & ad Concilium provocaverat anno 1460. *iterum* has appellationes prohibuit . Alias appellationes congerit *Gonzalez in cap. ſignificaſti de elect. in notis n.* 17.

PROBATUR IV. ex rationabili congruentia , juxta quam in Eccleſia militante debet eſſe Princeps unus , & caput unum , ut habetur *in cap. in apibus* 7. *q.* 1.

PROBATUR V. Quia Pontifex eſt Paſtor univerſalis Eccleſiæ *cap. fidelior* 50. *diſt. can. cuncta per mundum* 9. *q.* 3. *cap. ubi periculum de elect. in* 6.

PROBATUR VI. Quia Concilia confirmantur à Pontifice *can. regula veſtra , diſt.* 17. & Synodus Nicæna in Epiſt. ad Sylveſtrū Papam hæc habet, *Quidquid conſtituimus : precamur , ut veſtri oris conſortio confirmetur* , & Sylveſter eidem Synodo reſcribens : *Confirmo* , inquit , *itaque ad doctrinam veſtram reclamantes de unitate Trinitatis :* & Patres Concilii Calcedonenſis in Epiſt: ad Leonem : *Omnem* , inquiunt , *vobis Græcorum vim inſinuamus ad comprobationem noſtra ſinceritatis , & ad eorum quæ à nobis geſta ſunt firmitatem , & conſonantiam* . Et Leo Papa in Epiſt. ad Conc. Calced. quæ eſt in ordine 59. Ne *ergo vix dubitabile videatur utrum quæ per unanimitatem veſtram de Fide ſtatuta ſunt approbem , &c.* & poſtea dicit ſe approbationem geſtorum Synodalium in cauſa Fidei mittere, propter quam ſcribit, Concilium congregatum eſſe .

SOLVUNTUR OBJECTIONES.

Objic. 1. Text. *in can. legimus* 93. *diſt.* ubi ſi auctoritas quæritur Orbis , major eſt Urbe ; ergò major eſt auctoritas Eccleſiæ , quàm ſolius Pontificis .

Sed repellitur oppoſitio facillimè , ſic diſtinguendo Canonis verba ; ſi auctoritas conſuetudinis quæritur adverſus corruptelam , major eſt conſuetudo unius urbis corruptela ; At ſi auctoritas quæritur *poteſtatis* , negandum ſuperare , & vincere unam Urbem , in qua eſt Sedes Apoſtolica . Ut vis ſolutionis percipiatur ſciendum eſt D. Hieronymum in eo Textu improbare voluiſſe corruptelam , quæ in urbe Roma invaleſcebat , qua Diaconi preferri volebant Præsbyteris ; cum tamen univerſa Eccleſia extra Romam contrarium ex diſciplina vetere obſervaret .

Objic. 2. Pontifex eſt filius Eccleſiæ matris : non eſt filius ſupra Matrem ; igitur nec Pontifex contendere debet majorem ſibi eſſe poteſtatem .

Reſp. Pontificem dici filium quatenus Eccleſia eum regeneraverat in lavacro Baptiſmi , & hec parere filios dicitur ; ſed Pontifex vocatur in ſuo ſenſu Pater , & Eccleſia Romana Mater omnium Eccleſiarum *can. non decet* 12. *diſt.*

Objic. 3. D. Auguſtinus legatur *c.* 3. *l.* 2. de Baptiſmo contra Donatiſtas : videtur præberi aditum inferendi , Pontificem non præſtare Concilii Generalis auctoritati ; ait enim . *quod per univerſa Eccleſia ſtatuta firmatum eſt , vel unius Epiſcopi auctoritati , vel unius Provinciæ Concilio præferendum eſt.*

Reſp. Quòd integrum Auguſtini librum legenti , aliter ſentire D. Auguſtinum apparebit . Res illi erat adverſus Donatiſtas , qui Catholicis objiciebant celebre Concilium Africanum de innovando Baptiſmo collato ab hereticis . Hoc Concilium perperam pro tali Schiſmate Donatiſtas aſſumere deprædicat Sanctus Doctor ; Et ideo affirmat , unius Epiſcopi Cypriani auctoritati communem Eccleſiæ ſenſum anteponendum eſſe.

Objic. 4. In extremo caſu Deus mittit ad Eccleſiam , non ad Pontificem *Math.* 18. *Si peccaverit , &c. dic Eccleſia , & poſtea ſit tanquam Ethnicus* : Sed Judex extremus eſt reliquis major . ergò Eccleſia , hoc eſt Concilium præeſt Pontifici .

Sed repellitur hæc oppoſitio, dicendo , hæc pronunciata fuiſſe Petro , cùm nondum erat Pontifex , & Vicarius Filii Dei conſtitutus . Prætérquamquod hec verba *(dic Eccleſia)* non intelligenda de Concilio , quia nimis durum eſſet , ut peccatore obdurato expectandum eſſer Concilium uniuerſale ; Quare *(dic Eccleſia)* ſignificat , dic Prelato Eccleſiæ . Ex quo patet , argumentum ex illa auctoritate nimis probare , quia probat Pontificem eſſe inferiorem quocumque particulari Prælato ; quod eſt abſurdum .

Objic. 5. In Schiſmate duorum Pontificum ; expedit judicare quis verè ſit Pontifex ; ſed hoc ſpectat ad Concilium : ergò Concilium judicat Pontificem . Minor oſtenditur apertiſſimè ex Conſtantienſi , ubi ſic Patres loquuntur : *Hac Sacroſancta Synodus Conſtantienſis generale Concilium faciens &c. & , primo declarat quod , quia Synodus in Spiritu Sancto Congregata legitime Concilium*

Digitized by Google

cilium faciens, Eccleſiam Catholicam militantem repræſentans, poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui quilibet cujuſque ſtatus, vel dignitatis, etſi Papalis exiſtat, obedire tenetur ſeſſ. 4. §. *&* *primò*, & hoc Concilium confirmavit Mart V.

Reſp. Concilium hoc quod tale Decretum approbatum non fuiſſe; ſed quoad errores Vvicleffi condemnatos, quoad perdoctè oſtendit *Gonzalez* omnino videndus *in cap.* 4. *de El.*

Inſtabis. Si Concilium non haberet auctoritatem tempore Schiſmatis, ſemper ſchiſma duraret; conſequens eſt abſurdum, ergò ſequitur habere poteſtatem, auctoritatemque ſupra Pontificem.

Sed reſpondetur *cum Ricciolio de jure perſonarum in fine*, nullum eſſe in tali ambiguitate verum Pontificem: idque probat exemplo duarum hoſtiarum; ſi enim ſit incertum ex duabus hoſtiis utra ſit conſecrata, nulla talis cenſenda eſt, eleganter *Suarez l.* 3. *de fid. Cath. cap.* 10. *Layman de legibus* §. *de ſummis Pontif. Bellarm. de Concil. lib.* 2. *cap.* 10. argumento *Textus in canone Presbyteris* 68. *diſt.* Quæ tamen vera ſunt, ſi verè neſciatur quis ſit verus Pontifex. *Viva ad propoſit.* 29. *Alex. VIII.*

Objic. 6. Si Papa incidat in errores Fidei *can. ſi Papa* 40. *diſt. can. Athanaſius diſt.* 19. *can. nunc autem* 21. *diſt.* in hoc caſu deponi debet à Concilio: ergò Concilium eſt ſupra Pontificem.

Reſp. Negando in primis Pontificem, pro cujus Fide ſervanda Chriſtus D. orat, poſſe in Fide deficere. Addo, quòd ſi velimus admittere poſſe illum labi in hæreſim, dicendum erit eo ipſo, quo errorem in fide admittit, Pontificatu, qui deſuper venerat, removeri; ut docet Bellarm. de Sum. Pontifice. Quare non Pontificem verè deponet Concilium; ſed prout apparet ita deſignatum. — Seu veriùs dicatur Concilium in hoc caſu non procedere in Pontificem juridicè; ſed conſultivè, diſcutiendo, exa-
12 minando, & conſulendo, quemadmodum Senatus conſulit, Imperator decernit: ſic fit in Concilio, explorat, conſulitque, an ſit hæreſis in Pontifice, tum reducit ad eum ſtatum cognitionis Pontificem, ut ſua ſponte deliberet ſibi renunciandum. *Suarez. L.* 4. *de Fid. defenſ. cap.* 6. — Nec obſtat in Textibus verbum *judicare*, quod etiam ſignificat conſulere, & declarare, *can. nos ſi in competenter* 2. *q.* 7. Nec obſtat Textus in *can. Athanaſius*, qui eſt apocryphus: quia Acacius obiit tempore Felicis, cui ſucceſſit Gelaſius, & Gelaſio Anaſtaſius. Et aliud ſupponit contigiſſe ille Textus, contra hiſtoriæ veritatē.

Objic. 7. Pontifex ſe ſubmittit Concilio *ut in can. mandamus* 2. *q.* 5. *in cap. ſuper: in can nos ſi in competenter* 2. *q.* 7. ergò ſubeſt Concilio.

Reſp. Se ſubmittit juriſdictioni, negamus ſe ſubmittit ad modum conſilii, concedimus; ſic Vaſsallis Dominus, ſic Conſiliariis Princeps, Capitulo Epiſcopus; non tamen ex hoc deducitur ullo modo Pontificem eſſe inferiorem.

Objic. 8. Quatuor Concilia ſunt Evangeliorum inſtar *can. ſancta diſt.* 8. Sed Evangeliorum auctoritas eſt ſupra Pontificem: ergò Concilia ſunt ſupra Pontificem.

Reſpondet Hoſtienſis *in ſumm. de diſpenſ.* dici Evangeliorum inſtar quoad articulos Fidei, quos continent; & certè Pontifex ea approbavit: & ſupra Fidei articulos non eſt: ſolùm quippe declarare poteſt, non innovare articulos Fidei.

Inſtabis. In Conciliis adeſt præſentia Sancti Spiritus *Trid. ſeſſ.* 2. *in princ.* & paſſim alibi, & Conſtantienſe, *ubi ſupra*: ſed Spiritus Sanctus eſt ſupra Pontificem ergò &c.

Promptè occurritur huic difficultati diſtinguendo: adeſt enim Divinus Spiritus ad evitandos errores: non inde poteſtas tribuitur Concilio ſupra Vicarium Chriſti *Viva ad prop.* 29. *Alex. VIII.*

Objic. 9. Si Concilium non eſt ſupra Pontificem, cur igitur neceſſaria ſemper habita ſunt Concilia? ſatius erat Pontificem decernere ſolum, quam Epiſcopos totius Orbis ad aliquid ſtatuendum congregari? Igitur ſi neceſſarium eſt Concilium, eſt etiam neceſſariò ejus auctoritas præferenda Pontifici.

Eſt qui reſp. quòd ſi ſpectemus Pontificiam poteſtatem, nulla apparet neceſſitas, nam ipſe
poſtea confirmat Concilium, ſi verò celeritatem, 13
praxim, notitiam, conſuetudines in variis nationibus, neceſſitas apparet *Anaclet. ad Tit. de Conſt.* §. 3. Reſpondetur ulteriùs conſueviſſe Pontifices cauſas communes, gravioreſque ad Concilium remittere, ut hæreſis, ſchiſmatis, depoſitionis Principum ob paxim promptiorem, quæ eſt in ſubſcriptione omnium Epiſcoporum. Cauſæ verò reliquæ expediuntur à Pontifice in Conciliis particularibus, aut in Conſiſtorio, aut à Se ipſo *Bellarm. de Concil. cap.* 10.

Objic. 10. Honorius Papa damnatus fuit in 6. Synodo ut Monothelita, ut conſtat ex Acta Concilii ejuſdē: ergò Pontifex Cōcilio ſubeſt.

Reſp. Cum Bellarm. hæc in illo Concilio addita fuiſſe à Schiſmaticis, nec unquam probari poſſe Honorium fuiſſe Monothelitam, nam ſolùm dixit, in Chriſto non fuiſſe contrarias voluntates, ſed uniformes, atque unanimes. Addatur quòd Concilium ita proceſſiſſet declarando, non autem juriſdictionaliter condemnando.

Objic. 11. At Marcellinus fuit depoſitus in Concilio *can. nunc autem diſt.* 21.

Reſp. Concilium rem examinaſſe, non autem condemnaſſe Pontificem, nam re vera ſeipſum
abdicavit Pontificatu, & inſignis Martyr occu- 14
buit: niſi velimus, omnia Acta Marcellini ab aliquo Donatiſta fuiſſe conficta, ut ſuſpicatur *Baronius anno* 304. *n.* 05. non levibus argumentis. Nam volunt, Diocletianum Marcellinum blanditiis mollitum ad templum Veſtæ perduxiſſe, & thurificaſse Herculi, Jovi, & Saturno, cùm ſanè certum ſit ex hiſtoriæ antiquitate, in templo Veſtæ Jovem non conſueviſse coli.

Aſſe-

Digitized by Google

Aſſerunt deinde 300. Epiſcopos in Concilio Sin-
veſſano convocatos : error minùs excuſabilis
priore . Nam quomodo tempore perſecutionis
300. Epiſcopi convenerunt ? cùm vix ſub maxi-
ma pace 318. convenerint: facit elegans Textus
in can. Canones 15. diſt. Aſſerunt eo anno ce-
lebratum hoc Concilium , quo Diocletianus ex-
peditionem adverſus Perſas comparavit, ut eſt
in actis ; cùm certum ſit ex hiſtoriis , Perſas an-
no ſuperiore fuiſſe ſuperatos . Deinde cur Eu-
ſebius novit Martirium Marcellini : ejus lapſum
non novit ? *l. 7. c. 3. n. 6.* En tandẽ D. Auguſtinũ
qui *de un. Bapt. contr. Donat. c. 16. & contr. litt.
Petiliani lib. 2. c. 92.* Marcellinum planè in-
nocentem fuiſſe pronunciat , & cùm Petilianus
contra adſtruere conaretur, cur D. Auguſt. contra
illum ſcribens eo de nomine reprehendit ?

Objic. 12. Concilium Smirnenſe, quod juſſit
per litteras, ut Liberius Papa , quem Imperator
Conſtantinus depoſuerat, ſimul cum Felice re-
geret Eccleſiam *Sozomen. l. 4. hiſt. cap. 24.*

Sed certè refellitur evidentiſſimè talis oppo-
ſitio, quia, & Conſtantinus fuit Arrianus, &
Smirnenſe Concilium ex Arrianis compoſitum.
Hęc igitur ſine auctoritate ab illo geſta ſunt ,
& temere .

Objic. 13. *can. ſanè 6. §. Romanorum 24. q. 2.*
ubi Dioſcorus etiam poſt mortem ab Eccleſia
damnatus fuit .

Sed ibi de Dioſcoro Patriarcha Conſtantinopo-
litano agebatur, & ſecunda Roma dicitur Con-
ſtantinopolis ex privilegio conceſſo intuitu Im-
peratorum, qui ſedem Imperialem in Bizantium
tranſtulerunt , & Papæ nomen apud Græcos Pa-
triarchis, & Epiſcopis concedebatur *Gonz. in
cap. ſignificaſti de elect.*

Objic. 14. Synodus 8. quæ ex verſione Anaſta-
ſii ita loquitur : *ſi Synodus univerſalis fuerit con-
gregata , & facta fuerit etiam de S. Romana Ec-
cleſia quævis ambiguitas , & controverſia , oportet
venerabiliter, & non audeat ſententiam dicere
contra hujus ſenioris Romæ Pontifices ; ſed de quæ-
ſtione cum reverentia ſciſcitari* . Id Concilium
eſt contra Concluſionem .

Sed obvia reſponſio eſt . Concilium conſul-
tivè examinare poteſt; ſed non juriſdictionali-
ter in Pontificem procedere .

Objic. 15. Sequutæ ſunt variæ appellationes à
15 Papa ad Concilium . D. Joannes Chryſoſtomus
à Pontifice appellavit ad Concilium , *Nicephor.
lib. 12. cap. 15.* Sic Philippus Pulcher Rex Galliæ
excommunicatus appellavit ad Concilium .

Pro reſponſione potiùs contrarium conſtat ;
nam Athanaſius Epiſcopus Alexandrinus , &
Paulus Epiſcopus Conſtantinopolitanus à Con-
cilio depoſitus ad Julium Papam appellavit .
Flavianus Ephiſcopus appellavit à Concilio Ephe-
ſino ſecundo ad Leonem , ut alia omittam .
Preterquamquod de facto contingeret iſthæc ap-
pellatio , ſed non de jure .

Deinde addo nonnullas , quæ videntur ap-
pellationes , fuiſſe ſupplicationes : & eſt diſtin-
ctus judex appellationum à judice ſupplicatio-
num : judex appellationum eſt novus; provoca-
tur ad ſuperiorem : judex ſupplicationũ eſt idem;
unde interdum quæ appellationes viſæ ſunt , fue-
runt ſupplicationes ad eundem Pontificem .
Dico etiam appellationes non eſſe neceſſarias,
quia ut omnes conſentiunt , à Papa malè con-
ſulto ad ipſum meliùs conſulendum licet appel-
lare . Philippus Gallię Rex ex Gallicana Ec-
cleſia ad Papam, & Concilium appellavit ; da- 17
tur autem ab ipſa ſede ad ipſam ſedem confu-
gere *cap. ſententiam 35. q. 9. can. cùm ex li-
teris de in integr. reſt.* Apud Plutarchum Ma-
chetes à Philippo dormiente ad ipſum vigilan-
tem appellavit . Et revera , ſi Concilium ſine
Pontifice non congregatur , appellare ad Conci-
lium quis audeat , non ad ipſum Pontificem? ſic
Euthyches , Flavianus , & Chryſoſtomus , & ſi
viderentur Concilium œcumenicum appellaſſe ,
libellum tamen appellationis Romano Pontifi-
ci obtulerunt . Sed quæſo expendamus omnes
appellationes , quæ ex hiſtoriis deduci ſolent ad
infirmandam noſtram ſententiam . Cecilianus
Carthaginenſis à Melchiade Papa condemnatus
eſt, ejuſque cauſa iterum deciſa , & peracta
fuit in Synodo Arelatenſi , à Conſtantino coa-
cta anno 314. Verum id de facto non de ju-
re ſequutum , & Conſtantinus id planè alienum
putavit à diſciplina veteris Eccleſiæ ; *ſed ſtudio
pacis* conſervandæ hoc Donatiſtis indulſit, ut
conſtat ex Epiſtola Conſtantini ad Vicarium
Africæ . Additur etiam , non fuiſſe Epiſco-
pos veros judices , in hoc Concilio . Age pro- 18
feramus , & alias antiquitates . *Greg. VII. lib.
9. Epiſt. 28.* recrudeſcente diſſidio inter Roma-
nam Eccleſiam , & Henricum Imperatorem an-
no 1080. hæc ait : *ut generalis Synodus congre-
gatur in loco tuto , & ſecuro* . Et Gelaſius II. in
eodem diſſidio remedium edocet Concilii gene-
ralis in Epiſt. ad Epiſcopos Galliæ .

Sed reſpondeo, hunc fuiſſe morem Pontificum ,
cauſas communes , gravioreſque velle in Conci-
liis agitari, pro bono pacis ; Sic reſpondetur ad
locum Innocentii *lib. 6. Regiſt. Ep* 84 qui cùm
urgeretur à Philippo Rege Francorum , ut il-
lius nuptias cum Ingeburga diſſolveret , Matri-
monio jam conſummato , rem illam abſque Con-
cilii generalis diſcuſſione fieri non poſſe dixit.

At inquies , Fridericus II. appellavit ad Con-
cilium; & Thadæum Legatum ſuum ad Lu-
gdunenſe Concilium miſit anno 1245.

At reſpondeo, fuiſſe depoſitum , & graves ob
cauſas à Pontifice excomunicatum talem Impera-
torem, nec jure feciſſe , ſi ita appellavit .

Objic. 15. Alexander VIII. anno 1690. dam-
navit opinionẽ affirmantem futilem eſſe aſſertio-
nem de Pontificis Romani auctoritate ſupra
Concilium Oecumenicum .

Reſp. Id magis roborare noſtram ſententiam , ſi
enim damnat opinionem affirmantem futilem aſ- 19
ſertionem de Pontificis auctoritate ſupra Oe-
cumenicum Concilum , potius infertur quod

hujuſ-

hujuſmodi aſſertio futilis non ſit, ſed gravis, & vera, *Viva ad hanc propoſitionem pag.* 120.

(*f*) *Nulla.*

Quomodo fiant Concilia Provincialia?

Etenim Concilia Provincialia à Metropolitano, aut Patriarcha convocanda, quæ & Nationalia dicuntur; ſub pœna ſuſpenſionis à Miſſa per annum. & ab ingreſſu Eccleſiæ *Trid. ſeſſ. 24. de. reform. matr. cap. 2. cap. ſicut olim de Accuſ.* Quod ſi Metropolitanus ſit impeditus, ab alio antiquiore Provinciæ Epiſcopo convocandum eſt Provinciale Concilium *Trid. ſeſſ. 24. de ref. c.2.*

(*g*) *Nec.*

Hodie Concilia Provincialia confirmantur a Põtifice.

Hodie tamen, per Conſtitutionem Syxti V.
20 publicatam die 24. Martii 1584. quæ incipit *immenſa*, Concilia Provincialia poſtquam fuerint celebrata, tranſmitti debent ad Pontificem, & per ſacram Congregationem DD. Cardinalium deputatam pro interpetratione Concilij, recognita, & approbata publicantur Quod etiam confirmatur apud *Piaſecium in praxi Epiſcopali part. 2. cap. 2.* his verbis *Cùm autem Decreta Synodi Provincialis non poſſint publicari, niſi prius fuerit præſentata Sedi Apoſtolicæ &c.*

(*h*) *Quamquam.*

Quã Concilia Provincialia confirmata a Pontifice.

Id fieri poſſe docet *Layman l. 1. Tract. 4. cap.*
21 *7. Conciliis Oecum.* his verbis: *ut ſi Papa alicujus Provincialis Concilii Canones, ſive ſtatuta velit in tota Eccleſia ſervari:* Tales ſunt multi Canones in Conciliis Romanis conditi; unde, & de confirmando Concilio Illiberino tractatum elegantiſſimum ſcripſit *Mendoza*: quod tamen Concilium Provinciale eſt. Concilium Arauſicanum, & Milevitanum, ab Innocentio hoc, illud à Leone I. confirmata, ut docet *Diana tract. de infallibilitate Decretorum Sum. Pont. reſol.* 10. ſimiliter Leo IV. ſcribens Epiſcopis Britanniæ, ut habetur *in can. de libellis diſt.* 20. ait *ſe uti Iudiciis Apoſtolorum, Nicanorum, Ancyranorum, Neoceſarenſium, Gangrenſium, Sardicentium, Africanenſium, Carthaginenſium Conciliorũ Gratiani 1. adnotatione diſt.* 46. & vulgo auctoritate Pontificia confirmata ponuntur hæc alia Concilia Arelatenſe, Carthaginenſe 6. in qua ſynodo interfuiſſe legitur D. Auguſtinus tempore Honorii Auguſti; Africanum 4. Laodicenum, nec minus Aurelianenſe, Epaunenſe, ejuſdem generis ſunt.

(*i*) *Saltem.*

De tempore congregandi Concilia Provincialia.

Olim Concilium Provinciale celebrabatur Romæ, ab Occidentalibus, quoties Oecumenicum 2
in Oriente Concilium habebatur, cui haud omnes Occidentales intereſſe potuiſſent; atque adeo, ut aliquo modo, & ipſi ſuum ferrent ſuffragium Romam ad Synodum convocabantur, vel præcipiente Romano Pontifice, in ſuis Provinciis conventus cogebantur, & ex eis literas ad eumdem Pontificem dabant *Spondanus an. 413. poſt numerum* 13. *& anno* 251. *n.* 3.

Ex præcepto Apoſtolorum Provinciale Conci- 23
lium bis in annos ſingulos celebrari jubetur, ſemel quidem feria quarta Pentecoſtes, ſecundo verò, 12. die Menſis *Hyperberetei can.* 36. quem *Octobrem* dicimus — ſed poſtea juſtas ob cauſas hæc conſtitutio mutari debuit; quare in Eccleſia Orientali *can.* 8. Synodi Trullanæ, ſtatutum fuit, ob Barbarorum incurſiones, ut omninò ſemel in anno fieret; In 7. Synodo firmatum fuit idipſum *can. 7. diſt.* 18. & tempus fuit ſtabilitum, à Paſchatis feſto, uſque ad finem Octobris.

(*l*) *Diœceſana.*

De tempore congregandi Concilia Provincialia.

De Conciliis Diœceſanis hæc tradit *Cardinalis de Luca ad Trid. ſeſſ. 24. cap. 2. diſc. 30. Quo vero* 24
ad Synodum Diœceſanam, pariter uſus recepit contra huius decreti obſervantiam, ut ſingulis annis, non celebretur; frequentia enim, & Epiſcoporum, & ſubditorum ſuperfluam incommoditatem, aliaque incõvenientia producit. Hactenus de Luca.

Pro Coronide obſervetur, Epiſcopum non teneri, antequam Synodus prælo detur, eam exhibere Civitati, ſeu Magiſtratibus ejuſdem. Ita Sac. Congregatio Cardinalium ſuper negotia
Epiſc. in una Tiferan. 14. Aprilis 1615. apud 26
Gavant. Neque mos eſt, Epiſcopum peractam Synodum, ut recognoſcatur, Romam mittere ad Sacram Congregat. Concilii Trid. ut jam Epiſcopo Hoſtienſi reſpondit Cardinalis Caraffa nomine totius Congregationis pridiè Kal. Decembris 1585. his verbis: *Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino uti Fratri D. Epiſcopo Hoſtienſi.* Illuſtriſſime, & Reverendiſs. Domine uti Frater - *Non eſt in more poſitum apud Patres Illuſtriſſimos, qui Trid. Con. Decretis interpretandis præfecti ſunt, Diœceſanas Synodos recognoſcere, ſed Provinciales tantum emendare. Quare, ut voluntati, atque Paſtorali amplitudinis ſuæ zelo in tua Synodò correctione quoquo modo ſatis per me fieret illud pro mea in te, & Eccleſiam tuam charitate mihi ſumpſi, ut Synodum ipſam percurrerem, ſimulque, & adnotarem, quæ notatu digna viſa ſunt, quemadmodum licebit in extremis ipſius Synodi pagellis, ubi veſtras animadverſiones adſcripſeras, inſpicere. Quod ſupereſt tamen, Tu Cleruſque tuus in ſalutarium conſtitutionũ obſervationes naviter incumbitè, memores unam optimam legem eſſe legem obſervare* — Valete in Domino.

Romæ pridie Kal. Decemb. 1586.

Quę Epiſtola eſt *apud Piaſecium in Praxi p. 2. c. 2.*

DE PLACITIS SUMMORUM PONTIFICUM.

TITULUS IV.

NON tantum [a] Petro poteſtas imperandi in Eccleſia, Legeſque ferendi decreta fuit à Chriſto, dum dixit: *Tibi dabo Claves &c. tues Petrus &c.* quæ ſpiritualē connotant juriſdictionem, & data, cum ait *Paſce oves meas*: quibus pariter verbis Davidi Regi populum Iſrael regendum Deus commiſit 2. Reg. 5. *Tu paſces populum meum Iſrael*: & paſcendi verbum ſemper indicaſſe regimen, & juriſdictionē, vel ex Homeri loco deducitur, qui Regem Paſtorē dixit *Il.* 824. *B.*
Ivit Paſtorem populorum Agamennona quærens.

Sed eadem quoque transfertur in Pontifices ſucceſſores; ut definivit Conc. Conſtantienſe *ſeſſ.* 8. *&* 15. Et, quamvis fremant hæretici, hanc Apoſtolicam Cathedram in Eccleſia cognoſcunt D. Auguſt. *in can puto* 2. *q.* 7. D. Cyprianus *in can. loquitur* 24. *q.* 1. agnoſcit Concilium Calcedonenſe his verbis: *habemus Petrum Petram refugij: & ipſi ſoli libera poteſtate loco Dei ſit Ius diſcernendi ſecundum Claves a Domino ſibi datas, & omnia ab eo definita teneantur tanquam a Vicario Apoſtolici Throni*: agnoſcit V. Synodus Generalis, dum totius Concilii nomine Menna Patriarcha in ſententia contra Antymum hęc adjecit: *Nos Apoſtolicam Sedem ſequimur, & obedimus.* In VIII. Synodo hæc prolata ſunt: *ſequuti in omnibus Apoſtolicam Sedem, ut in una communione eſſe mereamur*: Concilium Viennenſe ſub Clemente aſſerit, dubia Fidei declarare, ad Sedem Apoſtolicam pertinere, Clem. un. de ſum. Trin. Concilium Florentinum ita pronunciavit: *Definimus Romanum Pontificem ſucceſſorem eſſe Beati Petri, & omniū Chriſtianorū Patrem, & Doctorem exiſtere.*

Placita verò Sedis Apoſtolicę, vel perſonalia ſunt ut Reſcripta, & Privilegia; vel generalia, ut Decreta, quæ Conſtitutiones dicuntur, quaſi pro communi ſtatu factæ Inſtitutiones.

(*b*) Reſcriptū eſt ad implorantis deſideriū a Principe facta reſponſio: quæ ſi ſola voce fiat, eſt vivæ vocis Oraculum, de quo eſt *Text. in can. ſatagendum* 25. *q.* 1. *in cap. dudum* §. *nos de ſep. in clem.* & jam vivæ vocis Oracula ſublata ſunt, & revocata ex Bulla Greg XV. 27. quæ incipit *Romanus*, & Urban. VIII. omnia Oracula revocavit conceſſa Regularibus Cōſt. 9. quæ incipit *Alias*. At verò, ſi de alijs Reſcriptis ſermo ſit, in duas dividuntur ſpecies: aut enim ſunt Reſcripta Gratiæ, in quibus interdū beneficium vacaturū conceditur; & vocantur (*c*) Gratiæ expectativæ, quas in Epiſco-

Epiſcopis abrogavit *Trid. ſeſſ.* 24. *de Reform cap.* 16. interdum (*d*) diſpenſationes indulgentur in voto, juramento, irregularitate, & ſimilibus. Aut ſunt Reſcripta Juſtitiæ, cùm Epiſcopi conſultationi in dubio juris reſcribit Pontifex: cujuſmodi ſunt multæ Decretales. Habet (*e*) Reſcriptum has partes: Corpus ſignaturæ, hoc eſt ſupplicationem; reſponſionem *Fiat*, *ſic placet*, ut in Reſcriptis Gratiæ; *audiat* ut in Reſcriptis Juſtitiæ; habet Clauſulas, partim expreſſas, ut illam *quod ſi non omnes exequi poſſint*, *unus exequatur*, & illam *omni appellatione remota*: partim tacitas *ſi ita eſt*, *ſi preces juſta veritate utantur*; & denique habet ſignaturam, & datum.

Privilegium eſt privata Lex: quæ vel perſonas, vel res ita reſpicit, ut ad exemplum non trahatur.

Tandem Decreta, quę & (*f*) Bullæ dicuntur, vel ſpectant ad mores ut de uſuris prohibendis, de furto quatenus ſit licitum in neceſſitate, de Clericorum cælibatu, de gradibus conſanguinitatis coarctandis: vel etiam ad Decreta Fidei pertinent; & in his omnibus illa diſtinctio recepta eſt: ut ſi Pontifex ex Cathedra D. Petri ut ejus ſucceſſor illa pronuciet, [*g*] nec errare poſſit, & omnes obligent: ſi verò ut privatus Doctor aliquid proponat, eamdem vim id non habeat obligandi; exempla ſunt *in cap.* 1. [*h*] *de divortiis*, *in cap. a quodam judæo de Conſ. diſt.* 4. *in cap. licet de Sponſa duor.* Quæ tamen, quemadmodum accipienda ſint, in explicationibus fuſe trademus.

S U M M A R I U M.

Verba Chriſti ſuper hanc Petram *quam malè ab hæreticis accipiantur?* 1.
Definitio Reſcripti 2.
Solus Pontifex concedit gratias expectativas. 3.
Quid ſit Diſpenſatio? 4.
Quid ſit abrogatio, atque à diſpēſatione diverſitas. 5.
Quæ Perſonæ valeant diſpenſare? 6.
Olim Abbatibus poteſtatem ordinariam concedebant Epiſcopi, ex præclara, & ſingulari obſervatione Tamburini. 7.
Abbatiſſa non poteſt diſpenſare. 8.
Legislator in ſuis legibus ſe poteſt diſpenſare. 9.
Quid ſit diſpenſare in radice Matrimonii? 10.
An Pontifex ſine cauſa poſſit diſpenſare? 11.
Diſtinctio quædam refertur. 12
Carolus VII. Diſpenſationes prohibet admitti. 13.
Diſpenſatio voti ſine cauſa nulla eſt. 14.
Epiſcopus qua in re diſpenſare poſſit? 15.
Sixtus V. prohibet, Epiſcopum diſpenſare in Irregularitate ex abortu promanante. 16.
Clemens VIII. prohibet Epiſcopum diſpenſare cum ſimoniaco occulto. 17.
Pius V. conceſſit diſpenſare Superioribus Ordinis Prædicatorum. 18.
Paulus III. vivæ vocis Oraculo id conceſſit Abbatiſſæ Monialium ſanctæ Claræ. 19.
Praxis præſentandi reſcripta. 20.
Adducitur Doctrina Cobelii. 21.
Bulla quid ſit, cur ita vocetur? 22.
Breve quid; in quo differat à Bulla? 23.
Defenditur, Pontificem erroribus in fide obnoxium non eſſe, etiam ut privatam Perſonam. 24.
Solvuntur objectiones. 25.
Novus intellectus ad Text. in can. ſi Papa 40. diſt. 26.
Explicatur ex fonte hiſtoriarum Textus in can. Anaſthaſius 10. *diſt* 27.
Aliis hiſtoriis occurritur. 28.
Oſtenditur nullū omninò Pontificem ſit erraſſe. 29.
Pontifex, ut Paſtor univerſalis in facto an poſſit errare? 30.
Quomodo D. Paulus reprehenderit D. Petrum? 31.
Quæſtio 2. An Jus Canonicum obliget infideles? 32.
Exercetur poteſtas Eccl. in hæreticos. 33.
Exercetur eadem in Judeos. 34.
Exercetur hæc quoque in Saracenos, Turcas, alioſque Paganos. 35.
Neque Hæretici neque Cathecumeni ſunt in Eccleſia. 36.
Fagnani ad Tridentinum Interpetratio reiicitur 37.
Exempla adducuntur quibus apparet Pontificem aliquando, ut privatam perſonam loqui, & eadem operà lucem accipiunt varii Textus. 38.

EXPLICATIONES.

[*a*] *Non*.

De Primatu D. Petri , & Succeſſorum .

DIvo Petro inter Apoſtolos Primatum à Chriſto conceſſum negat *Calvinus l.* 4. *Inſtit. cap.* 6. §. 6. Negat *Eraſmus* accuſans SS. Patres quaſi hunc locum ad Eccleſiam Romanam detorſerint; nititur Eraſmus Origenis auctoritate *tract.* 1. *in Math. Petra eſt omnis, qui immolatur pro Chriſto* (inquit Origenes). Lutherani ſequuti Martinum Lutherum *l.* 1. *cent.* 1.
1 *cap.* 4. *col.* 155. *de Poteſtate Papæ* ajunt verba Chriſti *ſuper hanc petram* ſignificare Fidem ex loco D. *Ambr. l.* 6. *cap.* 9. *in Luc.* qui ait: *Fundamentum Eccleſiæ Fides eſt* . Sed hos omnes ſtrenuè refellit *Bellarm. de S. Pontif. cap.* 2. & 3. Ad locum Origenis ipſe Origenes reſpondebit hom. 5. in *Exod. vide* , inquit , *magno illi Eccleſiæ fundamento , & Petræ ſolidiſſimæ , ſuper quæ Chriſtus fundavit Eccleſiam , quid dicatur à Domino : modicæ fidei quare dubitaſti ?* Ad locum D. Ambroſij *Reſp. fidem* ſignificare *Petram* , ſed cùm relatione ad D. Petrum , in quo voluit fundatam eſſe Eccleſiam, & pro quo promiſit Chriſtus orare, ne fides ejus deficeret .

[*b*] *Reſcriptum*.

Si appellationis originem indagemus , eſt reſcribere rurſus ſcribere, vel alterius ſcripto reſpondere *Ovid.* 1. *Epiſt.*

Nil mihi reſcribas , attamen ipſe veni .

conſonat *L. reſcripta C. de Precib. Imper. off.*

(*c*) *Gratia*.

Pontifex concedere poteſt gratias expectativas.

3 Igitur ſummus Pontifex poterit gratias expectativas concedere, ut docet *Azorius tract. de Benef. tom.* 2. *Inſt. l.* 6. *cap.* 32. Ideoque valet mandatum Apoſtolicum de providendo de prima præbenda factum recepto , ſive creato in canonicum auctoritate Pontificia . Per quod acquiritur ei jus ad præbendam primò vacantem *cap. ſi poſtquam de Præb. in* 6. *Garcias de Ben.* 4. *p. c.* 3. *n.* 36. *Urbanus VIII. Conſt.* 6. *ſanctiſſimam cap.* 62.

(*d*) *Interdum*.

De diſpenſatione quid ſit ? & qui diſpenſent ?

Diſpenſatio eſt juris derogatio; differt ab abro-
4 ratione : derogatur legi cum pars detrahitur , abrogatur lex cùm prorſus tollitur *l.* 102. *ff. de V. S.* differt a privilegio. Privilegium namque eſt privata Lex , diſpenſatio eſt contra Legem, & ſi quando privilegium eſt contra jus , non eſt
5 abſurdum vocari diſpenſationem . Talis relaxatio , ſeù condonatio , diſpenſatio cæpit appellari , quia actus relaxandi , ſeu condonandi , eſt actus diſtribuendi exemptionem , atque exceptionem a Canone : diſpenſare enim apud probatos auctores ſignificat elargiri , impertire , concedere ; unde *Ovid. Epiſt.* 32.

Tunc quæ diſpenſant mortalia fata ſorores ,

& *ad Liviam Epiſt.* 71.

Fortunæ arbitriis , tempus diſpenſat ubique 6

Si quærimus , quæ perſonæ diſpenſare valeant: res ita ſe habet . Illi diſpenſare poſſunt qui poteſtatem habent vel ordinariam , vel delegatam . Ordinaria poteſtas in primis Legislatori competit . Nil enim tam naturale eſt quam eum qui poteſt ligare , poſſe ſolvere *l. nihil tam naturale ff. de reg. jur. cap. cùm inferior de Major. & Obed.* Ergò ex poteſtate ordinaria diſpenſare poteſt Pontifex , & Epiſcopi . Non debet tamen omitti elegans Doctrina Tamburini de jure Abbatum 3. *diſſ.* 4. *cap.* 6. qui aſſerit poteſtatem ordinariam Abbatum , olim concedi ſolitam fuiſſe ab Epiſcopis , cùm eſſent Religiones Epiſcopis ſubjectæ . At poſtquam exemptæ fuerunt , & cæpit Pontifex illas approbare , Prælati Religionum poteſtatem ordinariam à Pontifice recipiunt . Quid dicendum de Abbatiſſis ? Omninò in ſpiritualibus diſpenſare nequeunt , quia mulier eſt incapax Juriſdictionis *cap. nova de Pæn. & rem. Pellizzar. de Mon. cap.* 10. *n.* 133.

Si quærimus quibus in rebus diſpenſatio cadat , Pontifex , & alius quilibet in ſuis Legibus ſe ipſum diſpenſare poteſt *Suarez lib.* 6. *cap.* 11. *de Relig. p.* 404. -- At in aliarum Legum Diſpenſationibus, ſciendum eſt S. Pontificem quidem in jure Divino non poſſe diſpenſare , ſed ſolum declarare ut probat Lauriæ explicans Textum in Epitome Canonum *can. contra ſtatuta* 25. *q.* 1. *in can. ſatagendum* , *in can. deceſſuram in can. quæcumque* 25. *q.* 2. & *Extravaganti* Joann. XXII. *de V. S* Sed hic difficultas non levis oritur. Cur igitur Pontifex in voto , & juramento diſpenſat ? *cap.* 1. *de voto* , *cap. per venerabilem de Elect.* cur in radice Matrimoniis *cap. per venerabilem extra qui filii ſint legitimi ?* cur in Conciliis generalibus ? *cap. ex patre in fin. de Capellis Mon.* cùm tamen , & obligatio voti Divini Juris ſit, & Matrimoniũ jure Divino indiſpenſabile , & quatuor Concilia inſtar quatuor Evangeliorũ ? ſed de diſpenſatione voti, & juramenti ſupra diximus *tit.* 2. *n.* 26. De radice Matrimonii ſupponendũ , nil aliud eſſe in radice Matrimonij diſpenſare , quam declarare legitimum Matrimonium, quod ab initio fuit illegitimum ob aliqua juris impedimenta. In quo notandum , quod ſi fuit juris naturalis , aut Divini inpedimentum , ut polygamiæ , certè eſt indiſpenſabile; Secus eſt ſi impedimenta fuerint juris tantum Eccleſiaſtici . De Conciliis generalibus hoc certum eſt , diſpenſare Pontificem

in

Digitized by Google

in Conciliis generalibus; relictis tamen intactis
Fidei decretis, niſi ſint declaranda *can. quoties*
24. q. 1.
Sed nihil indictum reliquamus. Quid ſi
11 Pontifex ſine cauſa diſpenſet? Eſt qui ita diſ-
tinguit: aut Diſpenſatio perſonas ſingulares
reſpicit; & quia videmus perpetuo quodam uſu,
qui jam per 400. annos, & ultra in curia Ro-
mana receptus eſt, ut ſine cognitione cauſæ ali-
12 quæ diſpenſationes concedantur (quiquid ſit
quando Irregularitates tolluntur, impedimenta
Conſanguinitatis, & Affinitatis in 3. & 4. gra-
du emoventur, beneficiorum pluralitas concedi-
tur) valida eſt hęc diſpenſatio *Suarez lib. 6. de*
Relig. cap. 28. Aut e contrario diſpenſatio læ-
dit jura tertii, Et Pontifex non cenſetur ita diſ-
penſare voluiſſe *can. neceſſaria 1. q. 7. Suarez de*
Legib. Lib. 6. cap. 18. n. 4. & 5. Quamobrem
13 in Gallia ob diſpenſationes quaſdam emanatas
a S. Pontifice; Carolus VII. ut narratur in ejus
conſtitutione 1444. obtinuit eas pro infectis ha-
beri. Voti pariter ſine cauſa diſpenſationem eſ-
ſe invalidam docet *Laiman Lib. 4. Tract. 4. cap. 8.*
14 *de Voto &c.* alia plura tradit *Franc. Florens Oper.*
Jurid. Tom. 1. in præfat. de Diſpenſ. Eccl. pag 322.
Ut tandem aliqua notitia pręſto ſit de inferio-
ribus Pręlatis; Epiſcopi ordinario jure diſpen-
ſant in voto, & juramento *cap. 1. extra de Vo-*
15 *to:* diſpenſant irregularitates, & impedimenta
quædam *Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. de refor.* concurren-
tibus his requiſitis, primò, ut irregularitas pro-
veniat ex delicto: ergò in illegitimitate, bigamia,
corporis defectu, non diſpenſant; ſecundum eſt,
ut hoc delictum ſit occultum, nec deductum ad
forum contentioſum: attamen Xyſtus V. irre-
gularitatem promanantem ex occulto abortu
16 diſpenſari prohibet ab Epiſcopo. Poteſt Epiſ-
copus diſpenſare cum ſuſpenſo, & interdicto ſi
in ordine miniſtraverit; Cum ſimoniaco tamen
occulto diſpenſare nequit, ob Bullam Clementis
VIII. quę incipit *Romanum Pontificem*. Tandem
17 de Prælatis Religionum illud ſingulare eſt, Pium
V. in Bulla 13. Fratribus Ordinis Prædicato-
rum conceſſiſſe, ut ergà Religioſos ſuos ſubditos
omnem illam poteſtatem exerceant abſolvendi à
cenſuris reſervatis Papæ, quam Epiſcopi in
18 ſuis Diæceſibus poſſunt exercere. Paulus III. vivæ
vocis Oraculo conceſſit Abbatiſſæ Monialium S.
Claræ, ut poſsent diſpenſare circa eſum car-
19 nium, & lacticiniorum, ſed hoc non extendi-
tur ad jejunia, & univerſales abſtinentias.

[*e*] *Habet*.

Reſcripti partes recenſentur.

Et quòd attinet ad primam partem; hodie pre-
ces legitimè propoſitæ præſentantur, coram Re-
ferendarus Signaturæ, vel Gratiæ, vel Juſtitiæ
20 juxta negocii exigentiam Cohelius in *notita*
Card. cap. 15.
Quod attinet ad ſecundam partem, ſupplices
libelli Romano Pontifici offeruntur à tribus Re-
ferendariis ejuſdem Signaturæ, aut juſtitiæ, aut
gratiæ. Tunc verò ſi ſupplicatio gratiam reſ-
piciat, reſpondet Pontifex per verbum *placuit*, 21
aut *fiat*: ſi verò juſtitiam poſtulet, ſcribit *au-*
diat Epiſcopus, & juſtitiam faciat, & hujuſmo-
di reſponſum ita impetratum Regens magnæ
Cancellariæ ſcribit, & deinde Abbreviatores qui
exiſtunt in Parco minore, aut majore, qui ſunt
officiales Cancellariæ Apoſtolicæ, axtendunt hæc
reſcripta pluribus verbis, *Cobelius cap.* 24. Iſti
ſcriptores, & Abbreviatores ad Sollicitatores
literas deferunt, quorum alter nomen ſuum
paulo inferius à nomine ipſius ſcriptoris appo-
nit; & ſi Annata ſolvenda ſit, ex ipſis, qui vo-
cantur Janiceri pro fide ſui officii apponunt illa
verba, *pro annata ſolvuntur tot. &c.* poſtea li-
teræ deferuntur ad Regiſtratores, ut dicunt. Hic
taxa ſimilis, ſcriptoribus ſolvitur. Mox ab alte-
ro Regiſtratore literæ deſeribuntur in libris pu-
blicis, ſeu quinternis; & in regeſtrum ponun-
tur; deſcriptæ, cùm originali, auſcultantur *Cobe-*
lius cap. 1. aliæ tradit De Luca *Relat. Rom. Cu-*
ria diſc. 32.

(*f*) *Decreta*.

Quid Bulla ſit, quid Breve?

Bulla ſic dicitur à Græca voce *βουλη* quæ ſigni-
22 ficat conſilium, unde dicta eſt virtus Eubulia,
ſeu bene conſiderativa: & Bullæ ſunt conceſſio-
nes, ſeu ordinationes in rebus gravioribus, nec
niſi in membrana deſcribuntur, & ſunt aliquan-
to longiores quam Brevia, utpotè continentes
23 præfationem. & clauſulas, quæ in Brevibus Apoſ-
tolicis ſupprimi ſolent *Cabaſſut. Scient. Can. Lib.*
1. cap. 6. Sigilla Bullarum plumbea ſunt con-
tinentia DD. Petri, & Pauli Apoſtolorum effi-
giem: & quoties Bulla expeditur in materia gra-
tiæ, ſigillum appenditur è filiis ſericis: ſi verò
ſit Bulla in materia juſtitiæ, ant ſi ſit executi-
va, appenditur plumbum filis cannabis. Et De-
creta, ſeu Edicta Pontificia in Bullis deſcri-
buntur. Breve autem Apoſtolicum eſt ſcriptu-
ra modica in parvis conceſſa negociis, quæ in-
differenter in papyro, vel in membrana ſcribi
ſolet, cera rubea, aut viridi, annuloque Piſca-
toris ſignata, & ſigno Secretarii ſubſcripta; Fit
autem in Brevibus mentio Annuli Piſcatoris, non
autem iu aliis Reſcriptis. Conſtat olim Agatho-
nem Papam, qui regnavit anno 360. ſignaſſe li-
teras omnes cera; Sed poſtea invaluit literas Apoſ-
tolicas magni momenti plumbeo ſigillo muniri
ut tempore Stephani III. anno 410. & Adriani I.
anno 772 ſed diplomata Leonis I. Gregorii Ma-
gni, ac Sergii plumbo obſignata fuiſſe refert
Doctiſſimus Mabillon *de re Diplomatica Lib. 2.*
cap. 14. Petra ad Conſt. Apoſtol. Tom. 1. §. 1.
Proemial.

(*g*) *Nec*.

DISSERTATIO I.

Demonſtratur S. Pontificis infallibilitas.

Ad

Ad ſcholaſticam exercitationem, quæri poteſt, an Pontifex ullo modo errare poſſit? Et an Decreta Pontificia infideles etiam obligent? Utramque quæſtionem examinare placet. Quod attinet ad primam quæſtionem, an Pontifex errare poſſit? Sit noſtra Concluſio.

PONTIFEX NON POTEST ERRARE IN FIDE, NEC UT PERSONA PRIVATA.

24 *PROBATUR I.* Argumento ſatis efficaci. Quia longe majus eſſet labi in hereſim Pontificem, ut privatam perſonam, & è converſo, ut perſonam publicam non proferre hæreſim, quam admittere Dei Omnipotentis idem adjutorium pro perſona publica, & privata, igitur credibilius etiam videri debet, Pontificem ſpectatum etiam ut perſonam privatam non poſſe incidere in errores hujuſmodi.

PROBATUR II. Ex facto ipſo. Quia ſe ipſa nullus unquàm fuit Pontifex hæreticus: nimirùm verba illa, *Rogabo pro te, ut non deficiat Fides tua*, idem ſemper operari debent.

PROBATUR III. Quia privatus error Pontificis Eccleſiæ nocere admodum poſſet: ut differit *Bellarm. de S. Pontif. in controv.* Quia ſi erraret Pontifex heu quantum Religio, periclitaretur! nam Concilia generalia patet aliquando erraſſe: Epheſinum II. ſubſcripſit Euthycheti: Ariminenſe, & ſimilia non approbata, magis Conciliabula, quàm Concilia judicantur.

PROBATUR IV. Patriarchæ plures à Fide defecerunt. In ſede Conſtantinopolitana ſedit Macedonius, Neſtorius, Sergius: in Alexandrina Gregorius, Lucius Arriani, Dioſcorus Euthychianus, Cyrus Monothelita. In Antiochæna Paulus Samoſatenus, Mathæus Monothelita. in Hieroſolymitana Joannes Origeniſta, & Hilarius Arrianus; nil tale dici poteſt de Romana Eccleſia.

PROBATUR V. Ex variis locis SS. Patrum, *D. Auguſt. in Pſal. 47. Sed forte iſta Civitas, quæ mundum tenuit, aliquando evertetur? abſit: Deus fundavit eam in æternum: ſi ergò Deus fundavit eam in æternum, quid times ne cadat firmamentum? D. Auguſt. ſerm. 120. Si quis aliquas ſcripturas præter eas, quas Catholica Eccleſia recepit* (& infra) *fuerit veneratus, anathema ſit.* Hieronym. ad judicium Damaſi confugiens Epiſt. 57. *Obteſtor, inquit, Beatitudinem tuam, per Crucifixam Mundi ſalutem, per Sanctiſſimam Trinitatem, ut mihi Epiſtolis tuis ſive tacendarum, ſive dicendarum Hypoſtaſeon detur auctoritas.*

PROBATUR VI. Ex Sexta Synodo in Actione 4. his verbis: *Cujus adnitente præſidio hæc Apoſtolica ejus Eccleſia numquam à via veritatis in qualibet erroris parte deflexa eſt.*

PROBATUR VII. Si inter Patres Concilii eſt controverſia vel de intellectu ſacrarum literarum, vel de unoquolibet libro an Canonicus ſit nec ne; ad hanc litem componendam Pontificem adhibere neceſſe eſt: at ſi errare poterit, incertum judicium erit.

PROBATUR VIII. Quia *ut ait Canus de locis l. 6. de Aut. Pont cap. 7.* Eccleſia univerſalis in Fidei, Religioniſque quæſtione, ac cæteris graviſſimis controverſiis non ad Antiochenam, Alexandrinum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, Mediolanenſem, Pariſienſem Epiſcopum, ſed ad Romanum quavis ætate confugit.

PROBTUR IX. Multiplici Textuum copia, *in can. hæc eſt Fides, can. in Sede, can. à recta, can. rogamus, can. memor ſum, can. ſi Petrus 24. q. 1. can. quoties Fidei, ibidem*

PROBATUR X. Quia hic à nullo poteſt judicari *can. nemini 17. q. 4. can. nunc autem diſt. 21. can in tantum, ibid. can. in nomine diſt. 23. can. in ſcripturis 96. diſt. extrav. unam Sanctam de majorit. & obed.*

SOLVUNTUR OBJECTIONES.

Objic. 1. Canon ſi Papa 40. diſt. ubi, tunc poteſt condemnari Pontifex cum deprehenditur à 25
Fide devius: ergò poteſt errare in Fide. Similes reperiuntur Sententiæ in *can. Oves 2 q. 7. Oves quæ Paſtori ſuo commiſſæ ſunt, eum nec reprehendere, niſi à recta Fide exorbitaverit, debent.* Item quinta Synodus Romana 218. Epiſcoporum, hæc verba pronunciat: *A multis Anteceſſoribus noſtris Synodaliter decretum, atque firmatum eſt, ut Oves Paſtorem ſuum non reprehendere, niſi à Fide exorbitaverit, præſumant.* 26
Non eſt igitur negandum, quin S. Pontifex labi poſſit in hæreſim.

Hinc difficultati ut reſpondeant multi multa dicunt. Tentari poteſt, primum Textũ potius noſtram Sententiam validiſſime confirmare. Id ut oſtendam, præmitto opinionem Bellarmini, & aliorum apud Azorium *de S. Pont.* quod ſimul ac Pontifex in hæreſim delaberetur [ſi id fieri poſſet] protinus deſineret eſſe Pontifex; nam Pontificatus, quemadmodum, deſignata perſona, per electionem Cardinalium, deſuper advenit: ita etiam deſuper adimeretur, quoties in hæreſim lapſus contingeret. Hoc probè conſtituto; ſenſus oppoſiti Textus rem omnem ad impoſſibile reducit; perinde ac ſi dicat Bonifacius: Mortalium nullus redarguere præſumat Pontificem, quia cunctos Epiſcopos judicaturus eſt, à nemine judicandus. Tum is judicandus erit quando idem, non ſit Pontifex: ideſt ſi hæreticus deprehendi poterit: videlicet nullo tempore; cùm hæc conditio ſit impoſſibilis; ſtatim enim deſineret eſſe Pontifex, ex doctrina jam ſuppoſita, quam firmat etiam *Suarez de fide in Tract. de S. Pont. diſp. 10. ſect. 6*, adeoque non condemnaretur Pontifex: repugnat enim eſſe Pontifex, & eſſe hæreticus. Et ne fortaſſe videamur divinaſſe Bonifacii mentem, reſponſionem confirmamus. Ait igitur in primis, Bonifacius *Sancta Romana Eccleſia privilegio ſpecialis auctoritatis, divinitus, & humanitus caput omnium Eccleſiarum poſt Chriſtum Jeſum effecta.* Ex his verbis patet Rominum Pontificem ex ſpeciali privilegio eſſe caput omnium Eccleſiarum. Expendamus verba quæ ſtatim Textum allatum ſequuntur. Ait igitur Bonifacius

Digitized by Google

facius: *ſalvo enim Divinæ Omnipotentiæ Myſterio (ut dignum eſt) loco ab ipſa ſecundo illud B. Job non incongruè aptari S. Romanæ Eccleſiæ poteſt cap. 12. ſi deſtruxerit, nemo eſt qui ædificet, ſi continuerit aquas omnia ſiccabuntur, & ſi miſerint eas, ſubvertent Terram.* Dico jam: ſi ex ſpeciali privilegio Romana Eccleſia magiſtra eſt aliarum Eccleſiarum: ſi ex deſtructione perpetua ſequeretur ruina, quid aliud inde deduci poteſt, niſi Bonifacium velle impoſſibilitatem hæreſis in Pontifice demonſtrare? An ipſe neſciebat Chriſtum dixiſse: *Et porta inferni non prævalebunt?* Audiamus quæ ulterius addit Bonifacius. *Hæc cùm omnium fidelium in Chriſto ſpiritualis ſit mater, nemo debet renuere ipſius ferri diſciplina, juxta illud Salomonis: ne dimittas Legem matris tuæ, liga illam in corde tuo jugiter.* Jugiter vlt Bonifacius ligari Pontificiam legem in corde, ideſt ſemper: ergò nunquam ſupponit Pontificem labi poſſe in hæreſim.

Sed ultra hanc novam interpretatione: quæ ſane à Juris ratione non diſſidet; aliam quoque addere poſſum. Aliud namque eſt Pontificem Romanum aliquid ut privatam perſonam firmiter credere quod tamen fidei repugnet; & in hoc ſenſu neque errare, neque à quoquam tamquam deceptus deprehendi poterit, propterea quod ut aſſerimus in Concluſione pie credendum eſt id nequaquam poſſe evenire: atque ita ſentit ultra adductos ſuperius, Bighins *de Eccl. Hierar. l. 4. cap.* 8. *Garanz in p. ſumma Concil. contr. 4. verſ. ex omnibus, Suarez de Fide, diſp. 10. Sect. 6. n. 11. Sanctarell. de hæreſ. cap. 31. n. 5.* Verba enim Salvatoris noſtri: *ego orabo pro te*, non tam Sedem Apoſtolicam, quam perſonam ſedentem ad gubernacula Chriſtiani Orbis indicant, & pie credendum Privilegium hoc ſingulare, ut errorum ſit expers Apoſtolica ſedes, extendi etiam ad Perſonam ipſam. Quod ſi, Pontificem ut privatam perſonam errare poſſe admitteremus nil aliud eſſet expectandum, quam ut cæcus nos cæcos in foveam traheret *cap. pen. de æt. & qual. Ord. Viva P. 1. Damnat. Theſ. q. prodr. n. 16.*

Aliud eſt Pontificem ut privatam perſonam, aliquid a Fide devium, non firmiter, neque pertinaciter credere. Juxta hunc caſum, planè evenire poteſt ut aliquis deprehenſa incauta Pontificis deceptione, Pontificem moneat, ut rem examinari permittat, & ſi qui ſuſceperunt hoc onus examinandi, poſt ſeriam inveſtigationem judicent inter ſe eam propoſitionem tuerî non poſſe; His Romanus Pontifex aures dum prębet judicari quodam in ſenſu videbitur; At reipſa hoc judicare non eſt, ſed conſultivè procedere prout infertur *ex cap. nos ſi incompetenter 2. q. 7. ex cap. ad audientiam de Sent: & Re Jud. in 6.*

Inſtabis. In *d. Can. ſi Papa* ait idem Bonifacius, univerſitatem Fidelium inſtantius orare pro ſtatu Pontificis. ergò is poteſt in fide deficere.

Sed reſp: quod Textus non ait fideles inſtantius orare pro Fidei conſervatione, ſed pro perpetuo ſtatu in operibus bonis quoad mores, quoad ſcandala evitanda: certe enim Pontifex in vitia poteſt incidere, ob humanam fragilitatem.

Objic. 2. Si ut perſona privata Pontifex errare nequit: ergò ejus opinio circa Fidem erit Dogma, nec opinio à Decreto diſtabit; conſeqens videtur abſurdum. igitur & antecedens.

Graviſſima videtur hęc difficultas, nec tam facilis ſolutionis. Sed diſtinguendum: aut opinio à Pontifice ut perſona privata profertur cùm firmo aſſenſu; & tunc fideles non convenit aliter ſentire ſi agitur de re nondum definita ab alio Pontifice, aut Concilio. Aut ſine firmo aſſenſu; tunc verò res aliter ſe habere poteſt; cumque mens Legiſlatoris in quavis conſtitutione totum faciat; non ea mente opinio profertur, ut ſit populis univerſis Legis vinculum; ſed potius videtur in ſuſpenſo relinqui quæſtionis articulus ſine determinatione; ad eum modum quo D. Auguſtinus narrat *cap. 3. l. 2. de Baptiſmo contra Donatiſtas*, Nicolaum S. Pontificem nihil protuliſſe in celebri quæſtione de Baptiſmo collato ab infidelibus: numquid iterandus eſſet; Atque ità ſentit *Bellarminus de Sum. Pontifice lib. 2. c. 6. Arſdechin. Tom. 1. q. 12. n. 4. Viva ubi ſup.*

Objic. 3. Textus in *cap per venerabilem extra qui filij ſint legitimi*. Text. in *cap. laudabilem de converſ. infid. in cap. quanto de Divort.* Text. *in can. quod propoſuiſti 30. q. 5. in cap. cum eſſes de Teſtam. in. cap. licet de divort. in cap. exiit qui ſeminat de V. S.* & Text. in *cap. comperimus de conſecr. diſt.* 2.

Sed hos Textus quantum oportuit explicavimus in 2. *quæſt. lib. 1. Tit. 1.*

Objic. 5. Marcellini factum de quo in *can. nunc autem diſt.* 21. & Honorius I. fuiſſe Monothelita videtur.

His quoque difficultatibus ſatisfactum eſt in
quæſt. ad Titulum de Conſtitutionibus Eccle- 27
ſiaſticis, *an Concilium ſit ſupra Pontificem*.

Objic. 6. Textus in *can Anaſtaſius* 19. *diſt.* ad cujus intelligentiam, ſciendum eſt Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum ſub Simplicio Papa cępiſſe promovere Primatum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ anno 472. & cum Zeno Imperator Euthychianus eſſet hęreticus, contra Calcedonenſis Concilij Dogmata, Acacius anno 484. apertè favit Zenoni, & hæreticis Euthychianis, & novam èdidit Fidei formulam quæ dicebatur *Henoticon*, excommunicatus fuit in Concilio Romano à Felice III. ejuſque damnatio promulgata eſt in Oriente anno 484. Acacius dirè ſęviit in Ortodoxos, nomenque Felicis ex Dypticis delevit *ſpond. anno* 488. *n.* 1. — His poſitis inquit Textus, Anaſthaſium Pontificem Romanum communicaſſe Photino qui communicaverat Acacio, & hunc occulte revocare voluiſse.

Sed reſpondeo nullo modo defendi poſse literam Textus, cum manifeſtè erret in hiſtoria. SI Acacius fuit, & obiit tempore Felicis III. cui ſucceſſit Gelaſius, & Gelaſio tandem Anaſthaſius, quomodo Anaſtaſius potuit communi-

care

Digitized by Google

care Photino, & revocare Acacium? repugnat etiam textus *in can. nec quiquam 24. q. 2* & ex hoc textu optime *Anton. Auguſtin. de Emend. Gratian. Lib. 1. dialogo VI. n. 1.*

Objc. 6. Felix 2 ut ait Spondanus anno 357. n. 16. cum Imperatorem Conſtantinum condemnaſset, obtruncatione capitis martyrium conſumavit, & tamen communicaſſe fertur Arrianis *Socr. l. 2. cap.* 19 *in fine*. Eodem fere tempore Liberius eſt lapſus. Rem planè miram, cùm eodem tempore duo eſſe Pontifices in Eccleſia viderentur; Hiſtoria etenim talis eſt. Liberius ab Imperatore Conſtantio admonitus, ut Arrianis adhæreret, cùm reſpondiſset paratum eſſe omnia potius ſuſtinere, poſt triduum relegatus eſt Berœam Thraciæ anno 355. & in ejus locum, operante Acacio Epiſcopo, Felix ſuffectus eſt ab Arrianis cùm quibus communicaverat. Interim Liberius poſt exactum in exilio biennium, tædio victus ſubſcripſit Athanaſi damnationi, & fidem Sirmii conſcriptam approbavit; ergò negari non poteſt ex hac hiſtoria errare poſſe Pontificem.

Sed perperam lapſus Felicis, & Liberii opponitur; in primis nego Felicem ſtatim fuiſſe Pontificem; ſed tantum Chorepiſcopum, ſeu Vicarium, ut obſervat *Spondanus anno* 355. *n.* 20. *in fin.* Neque enim totum illud biennium, quo ſedit cùm Liberius exulavit, in annorum numerum eſt compuſandum. Quod enim ſuſpicionem præbet lapſus Felicis II. id eſt, quod Arrianorum opera evectus fuit ad Pontificatum; ſed futile argumentum: factus eſt Pontifex Arrianorum opera: ergo Arrianus, fuit.

Ad lapſum Liberii quod attinet, falſum eſt à Catholica Fide eum defeciſſe. Etenim calumnia inde orta eſt; Quia primæ Fidei formulæ quam Sirmii ediderant Arriani, ſubſcripſit. At hæc formula licet vocem conſubſtantialis ſilentio premeret, fuit Catholica, in qua Photini hæreſes damnabantur, in qua Filius eiuſdem cum Patre ſubſtantiæ dicebatur, quam ipſe S. Hilarius exponens catholicam dicit, & Vigilius Epiſcopus adverſus Euthychen L. 5. Et de hac D. Auguſtinus Epiſt. 174. Nec prius Liberius Sirmio exceſſit, quam damnatis Arrianis *Sozomenus L. 4. cap.* 14.

Objic 7. Ulterius factum Stephani VII. Pontificis Romani; hic enim ordinatos à Formoſo Pontifice juſſit iterum ordinari. Idem cenſuit Sergius III. cum tamen Joannem IX. repugnaſſe, ex hiſtoriis deprehendatur.

Pro ſolutione, ſciendum eſt, Formoſum Portuenſem Epiſcopum à Joanne VIII. ob varias calumnias, Cardinalis dignitate depoſitum fuiſſe atque juraſſe, ſe numquam in urbem Romam rediturum, poſtea reſtitutus, fuit ſolutus juramento à Martino Pontifice Joannis ſucceſſore anno 876. imò in Pontificem poſtea electus eſt anno 891. Formoſo ſucceſſit Stephanus VII. & hic ut narrat *Cabaſſutius Saeculo* 10. *n.* 4. Formoſi cadaver, è ſepulchro extrahens, atque in Sede Romani Pontificatus Sacerdotalibus veſtibus indutum collocans, cum tanquam viventi exprobraſſet quod nimia ambitione ex Portuenſi Epiſcopo Sedem Apoſtolicam occupaſſet: illud ipſum cadaver ſic damnatum, ſacriſque mox exutum veſtimentis, ac tribus digitis mutilatum, quibus benedicere moris erat, in Tyberim jactavit: cunctoſque, quos idem Formoſus ordinaverat, gradu depoſitos iterum ordinavit. Non tamen ex hac narratione ullus in fide error æquo jure deduci poteſt; in primis fuit factum hoc, in corpus Formoſi ſeveritas in facto, non in fide lapſus. Quod verò iterum ordinaverit depoſitos, defendi poteſt Stephanus, quia cum ſciret Formoſum juraſſe nunquam redire in Urbem; dubitavit, an cum intentione ſufficienti ordinaſſet: & in dubio iterum Ordinem, eſſe conferendum voluit.

Objic. 8. Sylveſtrum II. narrat Sigisbertus, fuiſſe promotum ad culmen Apoſtolicæ Sedis Dæmonis arte.

Sed rudium auribus hæc ingeſſit Benno Cardinalis Schiſmaticus. Iſte fuit fingendę fabulę Architectus, ut *Papirius Maſonus* ex ejus ſcriptis probat de *Epiſcop. Urb. in Sylveſtr.* Nullus ante eum de Sylveſtro hec ſcripſit, cum contra *Debamarus l. 6*, honorificam de Sylveſtro II. mentionem habeat. Origo autem fabulæ hæc fuit, quod cum Sylveſter Mathematicę ſcientiſſimus eſſet, præcipuè verò Aſtrologiæ: in illo rudi ſęculo, hoc quiddam magnum exiſtimabatur; & qui eam profeſſus eſſet, male apud Idiotas audiebat.

Objic. 9. Siricius in Epiſt. ad Hyſpanos, Coniugium dixit pollutionem — Innocentius I. noluit abſolvi virginem velatam, que nupſiſſet, dum vir ejus viveret —*Leo I.* dixit *abſente Marito ſi uxor ſecundo nubat, non peccare: imo ſi primus rediret, cùm ſecundo permanere poſſe — Bonifacius V.* docuit Chriſtum, à ſolo peccato Originali nos liberaſſe.

His reſpondetur, quod *Siricius*, Coniugiū non excludit à Sacramento & *Innoc.* ait eas feminas non eſſe abſolvendas, quæ recedere nolunt ab 29
adultero; quæ volunt in peccato perſeverare; *Leo I.* ita intelligendus eſt, uxorem abſente marito, ſi ſecundo nubat, dum credit eum mortuum, ſi revertatur primus maritus, ſeparatim vivere poſſe ab illo, ſi conſentiat; non tamen cohabitare cùm ſecundò. Tandem Bonifacius ità ſenſit, Chriſtum Redemptorem principaliter à peccati Originalis labe nos liberaſſe, ſed ſuo ſanguine aliorū quoque redemptionem operatum fuiſſe.

Objic. 10. Vigilius, *Severi*, & *Antimi* ſententiis ſubſcripſit, quæ hæreſim continebant. *Liberat in Breviar. cap.* 22.

Sed facile reſpondetur; ſi quidem quo tempore ſubſcripſit erat ipſe Antipapa, dum verus Pontifex Sylverius regnaret, miſſus in exilium. Poſtea tamen, ut Schiſma in Eccleſia ceſſavit Sylverio mortuo *anno* 540. fuit in Pontificem verum electus Vigilius.

Objic.

Digitized by Google

Objic. 11. Concilium Africanum *in can. de*
30 *quibus* 20. *diſt.* ubi, ne erretur, Concilium eſt
adeundum.

Sed reſpondemus, in facto quidem, aliquandò
contingit Pontificem, ut privatum hominem er-
rare in Decretis particularibus, prout diſtinguit
Laiman. L. 2. *Tract.* 1. *cap.* 7. *n.* 3. non tamen
errare ut Paſtorem univerſalem. Ita defendit Ar-
ſdechin. *ubi ſupra*. At verò nunquam in Fide
errabit: in hunc ſenſum Textus intelligitur.

Objic. 12. Poteſt Romanus Pontifex aliis in
culpis errare: ergò & in Fide: unde D. Paulus I.
ad Thimoth. I. affirmat quoſdam circa Fidem
errore lapſos naufragium feciſſe, propterea quod
jam antea conſcientiam bonam amiſerant; con-
firmat *Text. in can. conſiderandum*, *in can. fide-
lior* 50. *d.*

Sed reſpondetur, ex naturæ imbecillitate qui-
libet certè errare poteſt; ſed Divina infallibili
Gratiæ aſſiſtentia poſita, quam Chriſtus Petro
ſpopondit, omnino eſt negandum in Fide deci-
pi, erraréque poſſe Pontificem.

Objic. 14. D. Petrus, cùm Antiochiam veniſ-
ſet primò cùm Gentilibus cibum ſumens, poſtea
ne quibuſdam Judæis ſupervenientibus ſcandalo
eſſet, ſe ab eis ſegregavit. Inter hæc D. Pau-
lus (*ut ſcribit ad Gal.* 2.) ei in faciem reſtitit,
quia reprehenſibilis erat, cùm ſimulationi ejus,
& cæteri Judæi conſentirent. Hæc Paulus: hic-
que planè eſt lapis offenſionis. Nam ſequitur
D. Petrum Legalia ſervaſſe, judaizaſſe: ſe-
quitur egiſſe aliquid reprehenſione D. Pauli di-
gnum: ſequitur uno verbo erraſſe in Fide; ita
videtur inferri ex D. Auguſt. 2. de Baptiſ. con-
tra Donatiſtas *cap.* 1.

Sed ut veritas innoteſcat, illud in primis ſta-
tuendum, Apoſtolos abſque leviſſima culpa ſe-
31 cundum loci, & temporis rationem uti potuiſ-
ſe legalibus: ſicut & fecit D. Paulus nonnun-
quam; adeo ut hac ex parte nullum Petro pec-
catum in Fide adſcribi poſſit, ſi cùm Judæis non
ſine cauſa judaicè aliquando vixit. Quo circa
in hoc ſolum error eſſe poterit (non tamen
in Fide) ſi id opportuno loco, & tempore non
feciſſet. Etenim in Hieroſolymitano Concilio
planè Decretum fuit, ne Gentiles cogerentur
ſervare Legalia, quod non abhorruerunt Judæi in
Gentilibus. Reprehenſibilis igitur eſt viſus Petrus
eò quod occaſione obſervãdi Legalia, ex diſpenſa-
tione Concilij, Gentiles Petri exemplo facilè ad
judaizzandum allici poterant, adeoque cùm hęc
ſimulatio Petri ſervandi Legalia ne exaſperaren-
tur Judæi, in pernicem Gentium converti poſ-
ſet, ideo reprehenſibilis Petrus viſus eſt.

Jam bene habet: Pontificiam auctoritatem ab
omni oppoſitione liberavimus: Nec eſſe poteſt
qui non affirmet illæſam, atque inviolatam
eſſe, & ſemper fuiſſe Apoſtolicam Sedem, &
duraturam donec Chriſtianorum nomen extabit.
Nunc pergere opportet ulterius, & quouſque
ejus Juriſdictio ſe extendat inveſtigare.

DISSERTATIO II.

De Jure Canonico quoad Infideles.

Sit noſtra Concluſio.

Jus Canonicum ipſos obligat infideles.

Defendit hanc Sententiam Fagnanus in *cap.
1. de Conſt.* Felinus ibidem, Negat Ricciolus
de Jure Perſonarum, ſed tandem adducitur in noſtrã
Sententiam deſcendere, victus difficultatibus *l.*
1. his verbis: *Sciendum tamen eſt Eccleſiam in
communibus mere Eccleſiaſticis, & mixtis poſſe* 32
*procedere contra ipſos infideles non ſolum dire-
ctè verum etiam indirectè. Conſonat Auguſt. de
Anania de Poteſtate Eccleſia q.* 24. *art.* 1.

PROBALUR. I. Quia infideles puniri poſ-
ſunt à Poteſtate Eccleſiaſtica: ergò ejus ſtatu-
tis ligantur. Conſequentia certiſſima eſt, quia
quicumqe ſubjecti ſunt alicui poteſtati, ſunt
quoque ſubjecti legibus quæ ex illa poteſtate
promanant *cap. ut animarum de Conſt. in* 6.
Major verò oſtenditur argumentis inconcuſſis.
Si ſpectemus hæreticos, hæretici excommunican- 33
tur *cap. ſicut ait*, *cap. ad abolendam cap. ex-
communicamus de haret.* & eorum damnatio ſin-
gulis annis Romæ in Bulla Cænæ renovatur:
& ut omittam infinitas alias pęnas, ſatis eſt hoc
dicere, hęreticos ad mortem, ad ignem condennari
ſi impęnitentes fuerint, & negativi *cap. ad abolen-
dam de haret.* Si ſpectemus Judæos vis argu- 34
menti creſcit. Nequeunt Judices eſſe. vel teſtes in
cauſis Chriſtianorum *can. non poteſt.* 2. *q.* 7. ne-
queunt habere officia publica *can. nulla officia*
54. *diſt.* Die Veneris ſanctæ hebdomadæ, nec
januas, nec feneſtras tenere recluſas poſſunt *c. quia
ſuper de Judæis*; cùm Sacramentum ante eorum
domos pertranſit, ſe intus debent occludere, &
compellendi ſunt per Prælatos *cap. de terris de de-
cim.* debent diſtincto habitu incedere *cap. in non-
nullis de Judęis*: coguntur uſuras à Chriſtianis
extortas reſtituere *cap. poſt miſerabilem de uſuris*:
nec non S. Inquiſitio compeſcere & punire Judęos
poteſt *ex Bulla celebri Greg. XIII.* quæ incipit
antiqua, ſi negent Deum: ſi invocent, colan-
tae Dæmones: ſi dicant purum hominem fuiſ-
ſe Redemptorem noſtrum, vel peccaſſe: ſi Chri-
ſtianos ad ſuos ritus perducant — Si ſpectemus
quoſcumque alios infideles Saracænos, Turcas,
Paganos, iſtos, ſi contra legem naturæ, quam unam 35
habent, deliquerint: ſi colant Idola, Pontifex
(quidquid ſit de facto) ex propria poteſtate
punire poteſt *argum. Genſ.* 19. ubi Deus incendio
Sodomam abſumpſit, &c.

Summus Pontifex mandare poteſt infidelibus
ut in ſuis terris Prædicatores admittant; nam
cùm omnis creatura rationabilis facta ſit ad Deum
laudandum *can. & ſancta de conſ. diſt.* 2. prohi-
bendo Prędicatores, contra Deum videntur de-
linquere.

PROBATUR. II. Quia verba Chriſti *Paſce
oves meas* ſe ad omnes extendunt, non ad ſo-
los Chatholicos, ſed etiam ad hæreticos; nomi-

re Ovis etiam mali intelliguntur *Erravi ſicut ovis quæ periit.* Pſal. 118. & Iſaię 53. *Iratus eſt furor tuus ſuper oves paſcuę tuę ;* & licet ad Eccleſiam non ſpectent quoad Communionem, quoad commoda, & Privilegia: tamen ad curam Eccleſiaſticæ poteſtatis pertinent. Unde *Polydorus Virgilius* obſervat, te ipſa Pallio uti olim conſueviſſe, ſolum Pontificem, *l. 4. de Invent. rer. c. 12.* atque illud potiſſimum repræſentat bonum Paſtorem, qui erraticam ovem ſuis humeris impoſuit, nam Pallium, talem ovem ſignificat, in quam ſuas curas, & Juriſdictionem intendere Pontifex debet.

PROBATUR. III. Per textum in *can. cuncta per mundum 9. q. 3.* quę conſtitutio ſic decernit: *ſacroſancta Romana Eccleſia fas de omnibus habet judicandi:* ſimilis Textus in *cap. quoniam de Conſt.* his verbis: *Quoniam conſtitutio Apoſtolicę Sedis omnes adſtringit.*

PROBATUR. IV. Per Extrav. *unam ſanctam de Mai. & Ob. in fin.* ubi Bonifacius VIII. ita pronunciavit; *ſubeſſe Romano Pontifici eſſe de neceſſitate ſalutis omni humanæ creaturæ, declaramus, dicimus, diffinimus, & pronunciamus.*

PROBATUR. V. Ex Concilio Palentino celebrato anno 1388 tempore *Urbani VI.* in *rubrica de feriis per infideles colendis* his verbis: *Judæis, Saracenis, ne in diebus feſtivis mercimonia vendere, aut qualitercumque artificia, ſeu opera mechanica exercere præſumant, diſtrictius inhibemus.* Et quod infideles ſacrorum dierum ſolemnitates, ſi immorentur in Terris Chriſtianæ ditionis, obſervare debeant, extat id probans conſtitutio *Pauli IV. cùm nimis, in Bullario. tom. 1. pag. 721.*

SOLVUNTUR OBIECTIONES.

Objic. 1. Fundamentum oppoſitæ ſententię. Infideles ſunt extra Eccleſiam *cap. gaudemus de Divortiis.* Etenim Eccleſia ſancta dicitur, & ſancti olim Chriſtiani *cap. ſi ex bono de Pæn. diſt. 4.* tota enim pulchra eſt Eccleſia, nec maculam in illa intueri datur, & Iſaias *non adjiciet, ut pertranſeat per te incircumciſus, & immundus* — Ergò quemadmodum judici ius dicenti extra territorium impune non paretur: ita nulla eſt juriſdictio in infideles, ad effectum eos legibus obligandi.

Hic ego pro reſponſione non dicam *cùm Alphonſo à Caſtro l. 2. de juſta hæretic. punitione,* ſaltem hæreticos eſſe in Eccleſia: quoniam
36 hæc opinio à Bellarmino apertè falſa dicitur. Nec dicam catechumenos, licet baptizatos, eſſe in Eccleſia illa, quę fuit olim in populo Judęorum, & in hominibus pijs ſub lege olim naturali, ut ait Canus quem redarguit Bellarminus aſſerens, ob deſiderium Baptiſmi in Eccleſia Chriſtianorum eſſe catechumenos. Exiſtimo verius dicendum, quod licet infideles, non ſint de Eccleſia, tamen eſſe debent, hæretici præſertim, & proinde ad eam pertinere, ut oves ad ovile, cùm illud deſeruerint. Poteſt igitur Eccleſia judicare de his, qui vel ſunt in Eccleſia, vel eſſe debent: ſicut Imperator transfugam militem, ac deſertorem poteſt ad caſtra compellere — Aliter reſpondet Innocentius in *d. cap. 1. de Conſt.* quod ſcilicet auctoritates adductæ, ſunt intelligendæ, ut non debeat poteſtas Eccleſiaſtica judicare infideles excommunicando, aut compellendo ad Fidem, ad quam ſolo Divinę Gratiæ impulſu: & admonitu vocantur *cap. de judæis 45. diſt.* At verò ſi peccant contra jus naturę, ſi contra Deum delinquant, gladio vindice ſuæ Juriſditionis armari poteſt Eccleſiaſtica poteſtas, & punire Judæos niſi uſuras extortas à Chriſtianis reſtituant *cap. poſt miſerabilem de uſuris,* &. Inquiſitorum ſubmittuntur judicio, ſi habent libros Talmud, aut Dæmones colant: ex Bulla ſupracitata Gregorij XIII.

Objic. 2. Expreſſa Tridentini auctoritas *ſeſſ. 14. cap. 2. de differ Sacramenti Pænitentiæ, & Baptiſmi* his verbis: *Cùm Eccleſia in neminem judicium exerceat, qui non prius in ipſam per Baptiſmi januam fuerit ingreſſus. Quid enim*
inquit Apoſtolus, de his qui foris ſunt, mihi 37
judicare?

Nec ſatisfit difficultati, ſi cùm Fagnano dicatur, Eccleſiam in neminem exercere judicium de facto, quia aliæ vires requiruntur, quibus utatur; At verò jure ipſo inſpecto rectiſſimè extendere poſſe ſuam auctoritatem adverſus infideles. Hæc quippe reſponſio non convenit illi rationi, *Quid* enim *mibi* (inquit Apoſtolus) *de his qui foris ſunt, judicare?* Quæ ratio generalis eſt, nec factum reſpicit.

Aliter ergò occurrendum puto, conſiderando Capituli inſcriptionem *de differentia Sacramenti Pænitentiæ, & Baptiſmi:* apertuſque ſenſus eſt, abſolutionis Judicium exerceri non poſſe in infideles *ſi ad Sacramentū Pænitentiæ acceſſerint*; cùm nondum per januam ſacramentorum ingreſſi ſint, quæ (ut omnes conſentiunt) lavacrum Baptiſmi eſt.

Objic. 3. Text. in *cap. Gaudemus de Divortiis* ubi, infideles poſſunt in gradibus jure Canonico prohibitis contrahere nuptias, quia ſacris Canonibus non arctantur; adſtipulatur Textus *in can. de infid. de conſ. et aff.* & ideo in *c. gaudemus extra qui filij ſint legit.* decernitur prolem de infidelium conjunctionibus natam in gradibus prohibitis quandocumque Catholicam Fidem, abluti undis ſalutaribus, amplectantur, legitimam cenſeri. Non eſt ergò dubitandum, an ſacri Canones obligent infideles.

Sed facile explicantur auctoritates adductæ ex Doctrina Innocentij, qui noſtram opinionem perdoctè tuetur. Ut enim infideles ligeantur ſacris Canonibus, debet materia illis congruere, & aptari, ex. g. non defendimus infideles obligari *ad annuam Confeſſionem*, quia Decretum extat in celebri *cap. omnis utriuſque ex-*

Digitized by Google

tra de Pœnit. atque hac eadem diſtinctione procedere neceſſario oportet etiam in ipſis Fidelibus. Quis enim dixerit obligari Laicum ad cælibatum, ad horas Canonicas? Quis dixerit Laicos poſſe ſuſpendi? In omni Decreto videdum eſt, an poſſit congruere, apteturque ſubditis. Et certè ſi agimus de conſtitutionibus circa Sacramenta præſertim, veluti Matrimonium, infideles, quia materia aptari non poteſt, non ligantur, nec creditur Legiſlatores Eccleſiæ ad eos voluiſſe ſuas extendere conſtitutiones: nam cùm habeant Pagani jus Naturæ, in quo æquitas, & honeſtas ſita eſt, cùm habeant Judæi legem Moyſis de graduum prohibitione: ſubjiciuntur illis, & ideo favore Fidei ſi poſtea convertantur, eorum filij legitime ſuccedunt, ut exponit Gonzales in illo Textu in *cap. gaudemus extra qui filij ſint legitimi.*

(*b*) *Exemplum.*

Quidam canones expenduntur vim legis non habentes.

Alia non deſunt exempla ut in *cap. 1. de Converſ. infid. juxtà liter. Gonz.* ubi, poteſt aliã ducere maritus, vivente prima uxore, ob hæreſim ejus, ex opinione Cęleſtini III. cum talis doctrina de
38 divortio ob hæreſim, Cæleſtini temporibus, ſub opinionibus adhuc eſſet (*ſi Mendozæ credimus*) *In cap. de illa de divort.* opinionem Urbani III non deciſionem haberi aſſeruit *Bellarm. l. 4. de Rom. Pont. cap. 16. Suarez de legib. l. 4. cap. 24. n. 11.* Ita etiam accipitur Textus Zachariæ Papæ *in cap. concubuiſti 23. q. 7.* ubi, uxor alium poteſt ducere, vivente marito. Ita accipitur Textus in *cap. quod propoſuiſti Greg. III. ead. cauſ. & queſt.* Sed redeo ad *Mendozam* qui aſſerit *in Concilio Illiberino l. 2. cap. 20.* quod anceps olim, & dubia fuit in omnibus fere Chriſtiani orbis Provinciis excitata Controverſia, ut *Auguſt. teſtatur l. 2. de Adult. conjug. c. 25.* an liceret uxori virum ex cauſa fornicationis repudiare, lege primi coniungii, libera, Origenes *tract. ſuper Math.* & in Concilio *Arelatenſi 1. can. 10. vocatur Conſilium, ut non nubat cùm alia maritus adulterę.* Eodem modo videtùr poſſe accipi *Textus in cap. 2. 34. q. 2. verbo nec divortio eiectæ*, niſi dicas ex dirimente aliquo impedimento ab initio invalidum fuiſſe Matrimonium, ut multi reſp. Et pariter in *cap. licet de Sponſa duorum* expreſſe haberi variorum Pontificum ſolas opiniones, docet *Covarr. 2. par. de Matr. c. 8. §. 3. n. 15. Can. l. 6. de locis cap. 8. ad Tertium.* Stephanus Papa in reſponſis, quæ cùm per Franciam proficiſceretur, in villa Cariſiaco dedit ad varia conſulta, quæ extant *tom. 17. Concil. Regię editionis in cap. 1. ita ait: ſi quis in alienæ patria ancillam duxerit in conſortium: poſtea in propriam reverſus, ingenuam acceperit, & iterum contigerit, ut ad ipſam in qua antea fuerat patriam revertatur, & illa ancilla, quam prius habuit alii viro ſociata fuerit, hic talis poteſt aliam accipere. Gonz. tom. 4. pag. 154. n. 15.* hanc ait eſſe opinionem meram Pontificis Stephanus idem in Conventu Cariſiaco *in can. 11.* Baptiſmum in vino collatum validum eſſe dixit, his verbis: *Si in vino quis propterea quod aquam non invenerit, at omnino pereclitantem infantem baptizaverit, nulla exinde ei adſeribitur culpa: infantes ſic permaneant in ipſo Baptiſmo:* in eo ergò canone reſpondit, ut privatus Doctor *Gonz. de Baptiſmo cap. 5. n. 2.* ſeu eſt aphocryphus canon. Similis conſtitutio in *cap. cùm Martha de celeb. miſ.* ubi quędam opinari Innocentium ait *Gonz. n. 6. pag. 882.* & item in *§. queſiviſti, de aqua in vinum mixta.*

Veruntamen huiuſmodi opiniones non abſolutè Pontificum eſſe pronuncio, cùm poſſint eſſe canones ut plurimum apocryphi: qualis iſte Stephani Pontificis.

DE

Digitized by Google

DE DICTIS SANCTORUM, DE REGULIS CANCELLARIÆ, DE CARDINALIUM DECLARATIONIBUS, ET DECISIONIBUS ROTÆ.

TITULUS V.

ADHUC Juris ſcripti partes inveſtigamus. Poſt Conciliorum, & Pontificum decreta (*a*) Sanctorum quoque Doctorum Sententias Leo IV. decrevit in *can. de libellis* 20. *diſt.* [*b*] robur obtinere in cauſis decidendis; multoque magis dum iſtæ fuerint corpori Juris inſertæ, vim, & auctoritatem ſortientur, ut perſæpè exempla occurrunt *in cap. translato de Conſtit. in can. didici* 1. *q.* 7. & paſſim alibi. Interdum quoque jus faciunt Cancellariæ Apoſtolicæ (*c*) Regulæ. Hæ ſunt Conſtitutiones ad regimen Apoſtolicæ Cancellariæ ſpectantes; earum nonnullæ ad Jura litigantium attinent, & dicuntur Regulæ *de Dandis*; aliæ ad ſolam Officialium inſtructionem, ſtylumque in literis expediendis, & dicuntur *de non Dandis*. Primi generis Regulæ Jus faciunt §. *ipſa omnes de reſer. in pragm. ſanct.*; & aliæ *de non Dandis* ſunt ſpeciales Conſtitutiones Curiæ, quemadmodum ex noſtris Adnotationibus apparebit. Ulterius ad Jus ſcriptum referri ſolent (*d*) Cardinalium declarationes. Ut autem id ſine errore intelligatur, ſciendum: tunc ſolum declarationes eſſe deciſorias, cum, Pontifice conſulto, fiunt *Ochogavia de Sacr. Pœn. tom* 2. *q.* 40. 10. & juſſu Urbani VIII. Sacra Congregatio die 2. Auguſti 1631. mandavit fidem ſolum adhiberi Declarationibus ſigillo, & ſubſcriptione Cardinalis Præfecti, & Secretarii ejuſdem firmatis. Tandem Rotæ Romanæ Deciſiones in Curia adinſtar ſtyli Jus faciunt, extra Curiam verò tamquam reſponſa Prudentum communem efficiunt opinionem.

SUMMARIUM.

QUI ſint Sancti Doctores, quorum mentio in jure fit? 1.
Auctoritas Sancti alicujus Doctoris quantam vim habeat? 2.
Tiplex aſſertio de dictis Patrum obſervatione digniſſima. 3.
De Regulis Cancellariæ. Quæ origo & quid ſint [illegible]? 4.
Proponuntur verba Regularum Cancellariæ. 5.
Explicatur Regula [illegible]. 6.
Quid ſit alternativam acceptare? 7.
Quod nam eſſet olim Cardinalium Officium? 8.
An olim Presbiteri præſtarent Cardinalibus? 9.
Referuntur variæ Congregationes Cardinalium. 10.
Qua in Congregatione declaretur Sanctum Concilium Tridentinum? 11.
Quæ Declarationum auctoritas? 12.
Laudatur Illuſtriſſimus D. Antonius Magliabecbi ſplendor Reipubl. Literariæ. 13.

EXPLI-

Digitized by Google

EXPLICATIONES.

[a] *Sanctorum.*

1 *De Sanctorum dictis.*

LEonina Conſtitutio *in c. de libellis 20. diſt.* mentionem honorificam habet de Divo Hieronymo, & D. Iſidoro; & addit eorum dicta eſſe retinenda, ſimiliumque Doctorum. Gelaſius in Concilio habito Romę *in can. ſancta diſt.* 15. approbat opuſcula B. Cypriani, Beati Athanaſii, Beati Gregorii, Beati Baſilii, B. Ioannis Conſtant. Epiſcopi, B. Theopilii, B. Cirilli, B. Hilerij, B. Ambroſii, B. Auguſtini, B. Hieronymi, B. Proſperi. Bonifacius VIII. *in cap. glorioſus de Reliquijs in 6.* Doctores egregios vocat Gregorium, Auguſtinum, Ambroſium, Hieronymùm, et ex his Eccleſiam glorioſius ſublimatam ait coruſcare.

(b) *Robur.*

Quæ polleant auctoritate dicta Sanctorum?

Quantum ſit dictis Sanctorum deferendum,
2 Zoſimus Papa ſuo decreto declaravit in *can. contra ſtatuta 25. q. 1. juncta gloſſa, & Urbanus Papa in can. ſunt quidā ead. c. & q. Hormiſda Papa in can. prima ſalus ib. can. relatum 37. diſt.* Calcedonenſe Concilium in *can. à ſanctis 25. q. 1.* ait cuſtodiendas P.P. ſententias his verbis: *A ſanctis Patribus in unaquaque Synodo uſque nunc prolatas regulas teneri ſtatuimus.*

At Lutherani talem auctoritatem de gradu deiicere velis remiſque contendunt, Quare, ut perfectè auctoritas Patrum intelligatur, his aſſertionibus procedendum eſt.

I. Aſſertio: Sancti ſimul omnes in Fidei dogma-
3 te errare non poſſunt: patet ex Synodo Later. *ſub Innoc. III. can. 23. quæ omnes conſonantes Eccleſiæ P. P. reſpuunt, ea catholica, & Apoſtolica Eccl. reſpuere dicit, & quæ credunt credere.* Accedit quod Sanctorum ſimul omnium Fide repulſa, Chriſti, & Apoſtolorum magna ex parte traditiones evaneſcent. Etenim pleraſque traditiones Apoſtolicas ex SS. teſtimoniis agnoſcimus. Et cùm in Epheſino Concilio de ſanciendis Fidei regulis contra Neſtorium diſceptaretur decretum eſt, ut Sanctorum Patrum in medio proferrentur ſententiæ: quod cùm ita factum eſſet, Neſtorius tanquam Catholicæ veritati contrarius damnatus eſt. Sic Agatho Papa Eccleſiaſticum dogma de duplici Chriſti voluntate, & operatione firmavit Sanctorum ſcriptorum conſentientibus teſtimoniis.

II. Aſſertio. Unius, vel duorum Patrū ex.g. auctoritas in his, quæ ad Doctrinam Fidei pertinent probabile, non omnino firmum argumentum pręſtant (ſemper excipimus illos Patres, qui libros Canonicos ediderunt) rario eſt, quia licet eis veneratio debeatur, cum delectu tamen legendi ſunt, nam quidam interdum errarunt in rebus obſcuris, & quæ nondum erant explicatę ac definitę; interdum quidam in apertis, firmiſſimeque credendis. Ideo nec probatur Origenes, nec Euſebius Cæſarienſis, nec Ruffinus — Origenes fons Arrii dictus eſt. Euſebius Arrii fautor, Ruffinus in libro de Arbitrio erravit.

III. Aſſertio: Sanctorum auctoritas in iis, quę naturali ſcientia continentur, certum, & irrefragabile argumentum non ſuppeditat. Alii quippe, ut Gregorius Naſianzenus, & Baſilius 13. annos, libris ſęcularium ſemoris, ſoli Divinæ Scripturę fructuoſiſſimam operam dedere: latius *Canus de auct. Sanct. librum integrum conſcripſit in Tract. de Locis.*

(c) *Regula.*

De Regulis Cancellariæ Apoſtolicæ.

In vetuſto quodam membrano Codice, quem
vulgo Apoſtolicę Cancellarię *Quinternum* vo- 4
cant, primus, qui Regulas Cancellarię ſcripſerit, apparet Joannes XXII. nec ante ipſum alius invenitur. Et licet credibile ſit ante ipſum fuiſſe Regulas aliquas, ſaltem non fuerunt ſcriptura comprehenſę, ſed ſolum negoria vivę vocis mandato, ſtylo regebantur.

Atque ut iſtæ regulæ perfectè intelligantur, ſciendum, jubente Joanne XXII. & ſequentibus cùm Benedicto XII. elicitas fuiſſe ex Bullariis, & regeſtis, relataſque in proprium, ſeparatumque Codicem conſtitutiones præcipuas, quibus procedendi in expediendis literis modus officiariis Cancellariæ pręſcibitur; iiſque idcirco Regularum Cancellariæ nomen ſpecialiter datum eſt, ut ad eas ſe officiales, veluti ad regulam, & normam poſſent referre. Nicolaus V. alias adiunxit ſpectantes ad deciſionem cauſarum: et ideo effectum eſt, ut duæ veluti ſpecies diſtinctæ fuerint. Quædam enim dicuntur *de dandis*, quæ ad jura litigantium ſpectant extra Curiam; quædam *de non dandis*, quæ ad ſolam officialium inſtructionem, & ſtylum in expediendis Beneficiis, ac literis in Curia. *Ita Bleynianus in Inſtit. Canon. l. 1. Tit. 6. pag. 121.*

Sed jam omnium Regularum ſumma capita referamus, ne deſit iſta cognitio & quid unaquæque ſit, inveſtigemus.

Regula de non tollendo Jure quæſito Benedicti XIII.

Verba ſunt „ Item ne per varias, quæ pro
„ Commiſſionibus habendis in cauſis fiunt, ſug- 5
„ geſtiones, juſtitia poſtponatur, idem D. N.
„ decrevit, & declaravit ſuæ intentionis fore,

„ quod

.. quod deinceps per quamcumque ſignaturam,
.. ſeu conceſſionem pro Commiſſionibus hujuſ-
.. modi per Sanctitatem ſuam, vel de ejus man-
.. dato factam, nulli ſibi jus quæſitum quomo-
.. dolibet tollatur.

N O T Æ.

Agit de hac regula Gonz. & Cardinalis *de Luca de beneficiis diſcurſu* 54. Nicolaus V. iſtam regulam coarctavit nolens, eam tantum habere locum in conceſſionibus factis pro Commiſſionibus habendis in cauſis. Alexander VI. ampliavit ad quamcumque Gratiam, ſeu Mandatum, lite pendente obtentum, ut obſervat Gomez. Adrianus VI. extendit ad Gratias ante litem motam emanatas, eoque conſilio talis declaratio ab Adriano facta eſt, quia Roma ad illud uſque tempus conſuit, Regulam hanc intelligi, lite pendente.

Regula de Infirmis reſignantibus intra XX. dies Bonifacii VIII.

Verba ſunt .. Item voluit, quod ſi quis in
.. infirmitate conſtitutus reſignaverit aliquod be-
.. neficium, ſive ſimpliciter, ſive ex cauſa per-
.. mutationis, & poſtea intra dies 20. à die per
.. ipſum reſignantem præſtandi conſenſus com-
.. putandos, de ipſa infirmitate deceſſerit, ac
.. ipſum beneficium conferatur per reſignatio-
.. nem ſic factam: collatio hujuſmodi facta, ſit
.. nulla, ipſumque beneficium per obitum va-
.. care cenſeatur.

N O T Æ.

Agit de hac *de Luca diſcurſus* 34. *per totum de Beneficiis*, & quo modo hæc regula intelligatur declarat. Hæc verò Regula viget in Regno Galliæ: *docet Cabaſſ. ad Reg. Cancell. lib.* 2. *in ſcientia juris Canonici cap.* 15. Julius III. addidit quod dies 20. à tempore præſtandi conſenſum computandi ſunt: Adrianus VI. addidit *quavis auctoritate conferantur* ideſt per Legatos, & Ordinarios extra Curiam. Agit etiam de hac regula *Rebuffus de reg. Canc. Gloſſ.* 10. *n.* 10.

Regula de idiomate Gregor. XI.

Verba ſunt. Item voluit, quod ſi contingat
.. ipſum alicui perſonæ de Parochiali Eccleſia
.. providere ſeu mandare provideri, vel Gra-
.. tiam expectativam concedere, niſi dicta per-
.. ſona intelligatur; & intelligenter loquatur
.. idioma loci ubi Eccleſia hujuſmodi conſiſtit,
.. proviſio, ſeu mandatum, & Gratia deſuper
.. quoad Parochialem Eccleſiam nullius ſit ro-
.. boris vel momenti.

Regula de impetrantibus beneficia viventium Benedicti XIII.

Verba ſunt .. Item ſi quis ſupplicavit ſibi de
.. beneficio quocumque tamquam per obitum
.. alicujus licet tunc viventis, vacante, provide-
.. ri, & poſtea per obitum ejus vacet: proviſio
.. dicto ſuplicanti per obitum hujuſmodi de no-
.. vo facienda, nullius ſit roboris, vel momen-
.. ti, de qua Text. *in cap.* 1. *de conceſſ. Præb.*

Regula de non judicando juxta formam ſupplicationis, ſed literarum expeditarum Nic. V.

Verba ſunt .. Item cùm ante confectionem
.. literarum, Gratia Apoſtolica ſit informis: vo-
.. luit, ſtatuit, & ordinavit idem D. N. quod
.. Judices in Romana Curia, & extra eam pro
.. tempore, etiamſi ſint S. Romanæ Eccleſiæ Car-
.. dinales, Cauſarum Palatii Apoſtolici Audi-
.. tores, vel quicumque alii non juxta ſuppli-
.. cationem ſignatarum ſuper quibuſvis impe-
.. trationibus vel conceſſionibus, niſi in dicta Cu-
.. ria dumtaxat ſint; Commiſſiones Juſtitiam con-
.. tinentes per placet, vel per S. Romanæ Ec-
.. cleſiæ Vicecancellarium juſta facultatem ſu-
.. per hoc ſibi conceſſam ſibiſignatè, ſed litera-
.. rum ſuper eiſdem impetrationibus, & conceſ-
.. ſionibus confectarum tenores, & formas judi-
.. care debeant: decernens irritum &c. & ſi li-
.. teræ ipſæ per præoccupationem, vel alias mi-
.. nus bene expeditæ reperiantur ad illorum,
.. quorum intereſt inſtantiam ad Apoſtolicam
.. Cancellariam remitti poterunt per ejus Offi-
.. ciales, quibus hujuſmodi tenores, & formas
.. reſtringere convenit ad formas debitas redu-
.. cendo.

N O T Æ.

Urbanus V. & Martinus V. expeditionem literarum neceſſariam ſtatuit in exſpectativis, cùm olim non requireretur, ſed acceptatio, & proviſio cùm ſola ſuplicatione ſufficerent. Nicolaus V. extendit ad Commiſſiones, quæ Juriſdictionem non tribuunt literis ſuper Gratiis non expeditis, *Petra ad Conſt. Apoſt. Tom.* 1. §. 4. *Proem. n.* 3.

Regula de ſubrogandis collitigantibus Joannis XXIII.

Verba ſunt .. Item idem D. N. litium ſucci-
.. dere cupiens anfractus, & ne novi collitigan-
.. tibus adverſarii dentur, providere voluit,
.. ſtatuit, & ordinavit, quod quoties deinceps
.. aliquem ſuper quovis Eccleſiaſtico beneficio
.. collitigantem in jure, vel ad jus (ſi quod
.. forſitan ejus adverſario in dicto beneficio
.. competierit) ſubrogari conceſſerit dum-
.. modo præfatus collitigans in dicto beneficio
.. intruſus non ſit, nec ſuper eo contra dictum
.. adverſarium poſtquam illud per triennium
.. pacificè poſſederit, lis tunc mota fuerit, alio-
.. rum quorumlibet de præmiſſo jure ſive tunc
.. vacet, vel tunc vacaverit impetrationes (hæc
.. Verba addidit Leo X. Vel conceſſionis etiam,
.. motu proprio) infra menſem ante conceſſio-
.. nem hujuſmodi, factæ nullius ſint roboris, vel
.. momenti. Hadrianus VI. & S. D. N. Paulus
III. hæc Verba, quæ ſequuntur addiderunt
.. videlicet: & nihilominus fere Pauli II. & Inno-
.. centii VIII. ac Adriani VI. R. P. prædeceſ-

.. ſorum

ſorum ſuorum veſtigiis inhærendo, cupiens eorum fraudibus obviare, qui viventium beneficia, illorum præſertim, quibus aut propter ſenium, aut infirmitatem imminet vitæ periculum impetrante, ut illis decedentibus tanquam collitigantes in illorum juribus facilius ſubrogentur: voluit, ut deinceps nullus in jure, vel ad jus in beneficio defuncti, quod illo vivente, in caſibus permiſſis, vel ſimilibus impetravit, aliquo modo, ſubrogetur, ac ſubrogatio, & Gratia, ſi neutri, ſi nulli, ſeu novæ proviſionis, aut perinde valere, taliter impetranti nullatenus ſuffragetur, quod etiam ſtrictiſſime obſervari mandavit, in impetrationibus beneficiorum per privationem, & amotionem, ex quibus criminibus, & exceſſibus forſan perpetratis etiam ſi uſque ad definitivam ſententiam, quætamen in rem judicatam non tranſivit, proceſſum foret.

N O T Æ.

Bonifacius VIII. *in cap. 1. ut lite pendente in 6.* hujuſmodi ſurrogationes damnat, ſed in Romana Cancellaria, ejus Conſtitutio antiquata fuit, & viget hæc Regula, & ſimilis eſt *l. ab Anaſtaſio, & l. per diverſas C. mandati*. Agit de hac Regula fuſius Rebuffus *in p. 2. Gloſſ. 3. Caballut. L. 4. cap. 10. ſcient. Canon.* Hæc Regula habet locum extra Curiam coram Ordinariis, & Legatis, & videtur conformis *Clem. 1. de Elect. docet Gomez ad hanc Regul.*

Regula de veriſimili notitia obitus, Joannis XXIII.

Verba ſunt. Item voluit, & ordinavit, quod omnes Gratiæ, quas de quibusvis beneficiis Eccleſiaſticis, cùm Cura vel ſine Cura Sæcularibus, & Regularibus, per obitum quarumque perſonarum vacantibus, in antea fecerit, nullius ſint roboris, vel momenti, niſi poſt obitum, & ante datam Gratiam hujuſmodi, tantum tempus effluxerit, quòd interim vacationes ipſæ de locis, in quibus perſonæ prædictæ deceſſerint, ad notitiam ejuſdem D. N. veriſimiliter potuerint perveniſſe. Hæc locum habent ſolum in Curia; quia jus prohibet conferre Beneficia, antequam vacent *cap. nulli de conceſſ. Præb.* Gomez in hanc Regulam.

Regula de impetrantibus beneficia vacantia per obitum familiaris, Gregorii XI.

Verba ſunt. Item voluit, quòd impetrans beneficium vacans per obitum familiaris alicujus Cardinalis, teneatur imprimere nomen, & Titulum ipſius Cardinalis. Et ſi ille in Curia fuerit, ejus ad id accedat aſſenſus, alias, deſuper Gratia ſit nulla. Et idem ſervari etiam voluit, ſi dicti familiares ipſorum Cardinalium familiares eſſe deſierint, ſeu ad aliorum Cardinalium familiaritatem ſimilem tranſierint quoad Beneficia, quæ durante familiaritate priore obtinuerunt, & in quibus ipſa familiaritate durante, jus ei competierit, Ita quod ad illa, Cardinales, quorum familiares prius fuerunt, ſuum habebunt adhibere conſenſum.

Regula de annali poſſeſſore Eugenii IV.

Verba ſunt: Item D. N. ut improbi motus lites exquirentium reprimantur voluit, ſtatuit & ordinavit, quod, quicumque beneficium Eccleſiaſticum, tunc per annum immediatè præcedentem pacificè poſſeſſum, & quod certo modo vacare prætendit, deinceps impetraverit; Nomen, gradum, & nobilitatem poſſeſſoris ejuſdem; & quotannis illud ipſe poſſedit, & ſpecificam, & determinatam, ex qua clare conſtare poſſit, quod nullum ipſi poſſeſſori in dicto Beneficio jus competit, cauſam in hujuſmodi Impetratione exprimere, & intra ſex menſes, ipſum poſſeſſorem in Judicium evocari facere, cauſamque ex tunc, deſuper inſra annum, uſque ad ſententiam definitivam incluſive, proſequi debeat, & teneatur. Alioquin impetratio prædicta, & quæcumque inde ſequuta, nullius extet firmitatis, & idem impetrans, de damnis, & intereſſe, poſſeſſorem prædictum, propterea contingentibus, ei ſatisfacere ſit adſtrictus, Cameræ Apoſtolicæ ſolvere quinquaginta florenos auri; Nec alius quam præmiſſæ vacationis modus etiam per literas ſi neutri aut ſubrogationis, vel alias ſibi quoad hæc &c.

Regula de triennali poſſeſſore Callixti.

Verba ſunt. Item ſtatuit, & ordinavit D. N. quod, ſi quis, quæcumque Eccleſiaſtica beneficia qualiacumque ſint, abſque ſimoniaco ingreſſu, ex Apoſtolica, vel Ordinaria collatione aut electione; & electionis hujuſmodi confirmatione, ſeu præſentatione, & inſtitutione illorum ad quos beneficiorum hujuſmodi Collatio, Proviſio, Electio, Præſentatio, ſeu quævis alia diſpoſitio; per triennium pacificè poſſederint. Dummodo in beneficiis, ſi diſpoſitionis Apoſtolicæ, ex aliqua reſervatione generali, in corpore Juris clauſa, reſervata fuerint ſe non intruſerint ſuper ejuſdem beneficiis, taliter poſſeſſis, moleſtari nequeant. Nec non Impetrationes de beneficiis ipſis ſic poſſeſſis factas, irritas, & inanes cenſeri debere decrevit, antiquas lites, ſuper illis motas penitus extinguentes.

N O T Æ.

Adrianus VI. addidit ea verba: *ex quocumque titulo Apoſtolico*, ut Regula comprehenderet commendas; ſuper quo ante in Rota dubitabatur. Calcedonenſe Concilium Eccleſias, Parochis per triennium quiete poſſeſſas, inconcuſſas manere voluit — Sed quæres cur magis tertium, quam quintum annum præfixit Papa? Ad hoc triennium moveri potuit ex Regula *in cap. finem de Dol. et cont.* ſeu *ex lege 1. ff. de uſucap.*

Re-

Regula de valore beneficiorum in impetrationibus exprimendo Urbani VI.

Verba ſunt „ Item voluit, quod in Gratiis (quas perſonis quibuſcumque de beneficiis vacantibus, ſeu certo modo vacaturis, fieri contigerit, illorum, & aliorum quorumcumque beneficiorum, quę dictę perſonę tunc obtinuerint, ſeu de quibus eis fuerit proviſum, vel conceſſum, aut mandatum provideri) verus valor annuus per Marcas argentii, aut ſterlinguorum, vel librarum Turonenſium parvorum, ſeu florenos, aut ducatus, ſeu unciarum auri, ſeu alterius monetæ valor, ſecundum communem æſtimationem exprimatur. Niſi motu proprio Gratiæ hujuſmodi fiant, vel perſonę prædictæ, beneficia, quæ tunc obtinuerunt, aut in quibus, & ad quæ tunc obtinuerunt, aut in quibus, & ad quæ jus eis competit, juxta ipſarum oblationes, vel alias, dimittere teneantur! alioquin præfatæ Gratiæ ſint nullæ. Et idem ſervetur in Expectativis de beneficiis obtentis, & in quibus ſeu ad quæ impetrantibus competit, & illorum valore.

N O T Æ.

Cauſæ fuit, ad tollendam avaritiam, ne ſcilicet, aliquis ultra merita, & pluſquam oporteret, de beneficiis caperet per falſam valoris expreſſionem, & debitus modus Diſpenſationis Pontificie tolleretur dum defraudatur circa Annatas. Habet locum extra Curiam in impetrationibus factis à Legatis concedentibus beneficia *Gom. q. 2. ad hanc Reg.*

Regula de publicandis reſignationibus Martini V.

Item, idem D. N. ſtatuit, & ordinavit, quod quæcumque beneficia Eccleſiaſtica, ſive in Romana Curia, ſive extra eam reſignata, niſi de illis factæ reſignationis, ſi in Romana Curia intra ſex menſes, ſi extra dictam Curiam actæ infrà Menſem. Ex tunc ubi dicta beneficia conſtituat, publicata, & poſſeſſio illorum ab eis, quos id contingit, petita fuerit. Si reſignantes iſta, poſt modum, in eorumdem reſignatorum poſſeſſionem deceſſerint, non per reſignationem, ſed per obitum hujuſmodi vacare cenſeatur. Collationes quoque de illis, tamquàm per reſignationem vacantibus factæ, & inde ſequutæ, nullius ſint roboris, & momenti.

N O T Æ.

Adrianus VI. addit hæc verba: *& cùm hæc poſſeſſio aliorum ab eis, quos id contigit*, quæ ſignificant requiri tria copulative; videlicet, quod non fuerit facta publicatio, quod non fuerit petita poſſeſſio, & quod reſignans, poſt ſex menſes deceſſerit in poſſeſſione, adeo ut, altero deficiente, locus regulæ non eſſet -- *Gomez in Præfat. ad hanc Regulam.*

De Regulis reſervatoriis, ut habentur in Regulis S. D. N. Pauli V.

Regula I. Verba ſunt „ In primò fecit eaſdem Reſervationes. quæ in Conſtitutione felicis recordationis, Benedicti Papæ VII. quæ incipit. *Ad regimen de Præb.* continentur, & illas innovavit: ac locum habere voluit, etiamſi Officiales in eadem Conſtitutione expreſſi, Apoſtolicæ Sedis Officiales ante eorum obitum eſſe deſierint, quoad beneficia, quæ tempore, quo Officiales erant, obtinebant, declarans nihilominus, beneficia quæ dictæ Sedis Officales, quæ ratione Officiorum ſuorum hujuſmodi, ejuſdem Sedis Notarii erant, etiam dimiſſis ipſis Officiis, & quandocumque executi fuerunt, ſub hujuſmodi Reſervationibus comprehendi, ac reſervavit beneficia, quæ per Conſtitutionem Joannis XXII. quæ incipit Execrabilis vacant, vel vacare contigerit, & ea etiam beneficia omnia, de quibus Ordinarii, & alii Collatores, contra Concilii Tridentini decreta diſpoſuerunt, & diſponent in futurum.

N O T Æ.

Verba illa: *declarans nihilominus*, uſque ad illa *ſub hujuſmodi reſervationibus*, addita fuerunt à Xyſto V & olim dubitabatur, an Scriptores Apoſtolici, qui ratione talis Officii ſunt Prothonotarii dimiſſo Offic o Scriptoriæ deſinebant eſſe *Prothonotarii*, efficerent ut beneficia eſsent reſervatà, & in *Reg.* 18. *Xyſti V.* deciſum eſt affirmativè *Garc. p. 5. cap. 1. n. 201. de Benef.*

Regula II. Verba ſunt „ Item reſervavit generaliter omnes Eccleſias Parochiales, Primatiales, Archiepiſcopales, Epiſcopales, nec non, omnia Monaſteria virorum quæ valorem annuum ducentorum Florenorum auri, communi æſtimatione excederent, & voluit, quod exceſsus hujuſmodi, in literis exprimatur. Ac etiam reſervavit Dignitates, & beneficia omnia ad Collationem, Pręſentationem, Electionem, & quandocumque aliam diſpoſitionem Patriarcharum, Primatum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, nec non Abbatum, & aliorum quorumcumque Collatorū, & Collatricum Sęcularium, & Regularium quomodolibet, non tamen ad Collationem cum alio, vel aliis, aut ad alterius Præſentationem, vel Electionem, vel Monaſteriorum, vel aliarum Dignitatum ſuarum dimiſſionem, ſeu amiſſionem, vel privationem uſque ad promotionem ſucceſſorum ad eaſdem Eccleſias, aut Monaſteria, vel Dignitates, Apoſtolica auctoritate faciendam, & adeptam ab eiſdem ſucceſſoribus pacificatam illorum poſſeſſionem quomodocumque vacant, & vacabunt in futurum.

N O T Æ.

De I. parte Regulę agemus in titulo de Elect.

pars,

Digitized by Google

pars, quę reſervat Beneficia vacantia, tempore vacationum Epiſcopatuum auctorem habuit S. Pium V. & in Bullario in Conſt. 16. reperitur; explicant hanc Regulam perdoctè *Garcias 5. p. cap. 1. de Benef. §. 4. n. 221.*

Regula III. Verba ſunt „ Item reſervavit generaliter diſpoſitioni ſuæ omnes Dignitates majores, poſt Pontificales, in Cathedralibus etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, nec non valorem 10. Florenorum auri, communi exiſtimatione excedentes, Principales in Collegiatis Eccleſiis. Reſervavit etiam Prioratus, Prępoſituras, & alias Dignitates Conventuales, & Præceptorias Generales, Ordinum quorumqumque, ſed non militarium; ac quæcumque Beneficia; quæ ſui etiam dum Cardinalatus fungebantur honore, exiſtentes, ac S. R. E. viventium nunc, & qui erunt ſuo tempore Cardinalium familiares continui Commenſales obtinent, & in poſterum obtinebunt, eorum familiaritate durante, ac in quibus, ſeu ad quæ jus eis competit, aut competierit, etiamſi ab ipſa familiaritate, per obitum Cardinalium eorundem, vel alias receſſerint, declarans, dignitates, quæ in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, poſt Pontificales, non majores exiſtunt, & quæ ex Apoſtolicæ Sedis indulgentia, vel ordinaria auctoritate, aut conſuetudine præſcripta, vel alias quovis modo Collegiatis Eccleſiis principalem præeminentiam habere noſcuntur, ſub reſervatione prædicta comprehendi debere.

N O T Æ.

Hanc Regulam, præter Garciam, latè explicat Mandoſius per 21. quæſtiones.

Regula IV. Verba ſunt „ Item reſervavit generaliter omnia beneficia Eccleſiaſtica quorumcumque Collectorum, & unicorum in quacumque Civitate, vel Diœceſi, qui ſuo tempore officia exercuerint, Subcollectorum, fructuum, & proventuum Cameræ Apoſtolicæ debitorum, illa videlicet Beneficia dumtaxat, quæ durante eorum officio obtinebant, & in quibus, ſeu ad quæ tunc eis competebat.

Regula V. Verba ſunt „ Item reſervavit omnia, & ſingula beneficia Eccleſiæ quorumcumque Curialium, quos dum Curia Romana de loco ad locum transfertur, eam ſequendo decedere contigerit in quovis loco quantumcumque à dicta Curia remoto.

N O T Æ.

Hæc Reſervatio continetur in corpore juris in *c. præſenti §. 1. de Præb. in 6.* Vide *Gonzales gloſſa 51. n. 83.*

Regula VI. Verba ſunt „ Item reſervavit generaliter idem S. D. N. Papa diſpoſitioni ſuæ omnia Beneficia Cubiculariorum, & Curſorum ſuorum.

Regula VII. „ Item reſervavit diſpoſitioni ſuæ generaliter quoſqumque Canonicatus, & Præbendas, ac Dignitates, Perſonatus, Officia S. Joannis Laterani, & Principis Apoſtolorum, ac B. Mariæ Majoris de urbe Eccleſiis, nec non ad Collationem, Proviſionem, & Præſentationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem S. R. E. Cardinalium, à Romana Curia abſentium ratione ſuorum Epiſcopatuum Cardinalatus, ac ipſorum Cardinalium Titulorum, & Diaconitarum ſpectantia quandiù abſentia ſua duraverit, Canonicatus, & Præbendas, Dignitates, Perſonatus, Adminiſtrationes, & officia cæteraque Beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, vel ſine cura, vacantia, & in antea vacatura, tam in eadem urbe, quam in Eccleſiis, Civitatibus, & Diœceſibus dictorum Epiſcopatuum conſiſtentia, ac decrevit irritam,

Regula menſium Apoſtolorum, & alternativæ pro Epiſcopis reſidentibus.

Verba ſunt „ Item cupiens idem D. N. Papa, pauperibus Clericis, & aliis benemeritis perſonis providere, omnia Eccleſiaſtica Beneficia cum Cura, & ſine Cura ſecularia, quorumvis Ordinum regularia qualitercumque qualificata, & ubicunque exiſtentia in ſingulis Januarii, Februarii, Aprilis, Maii, Julii, Auguſti, Octobris, & Novembris, Menſibus, uſque ad ſuæ voluntatis beneplacitum extra Romanam Curiam alias, quam per reſignationem, quocumque modo vacatura ad collationem proviſionem, Electionem, & quamvis aliam diſpoſitionem quorumcumque Collatorum, & Collatricium ſæcularium, & quorumvis Ordinum regularium (non tamen S. R. E. Cardinalium, aut aliorum ſub Concordatis, inter Sedem Apoſtolicam, & quoſcumque alios initis) quomodolibet pertinentia, diſpoſitioni ſuæ generaliter reſervavit &c.

Pars Secunda „ Inſuper Sanctitas ſua, ad gratificandum Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis intenta, ipſis, quandiù apud Eccleſias, aut Diœceſes ſuas vere, ac perſonaliter reſederint, dumtaxat de omnibus, & quibuſcumque Beneficiis pertinentibus ad liberam ipſorum dumtaxat, non autem aliorum cum eis diſpoſitionem, ſeu Præſentationem, vel Electionem; nec etiam cùm conſilio, vel conſenſu, ſeu interventu, Capitulorum, vel aliorum, aut aliàs pertinentibus, quæ antea in menſibus Februarii, Aprilis, Junii, Auguſti, Octobris, & Decembris, extra Curiam ipſam vacare contigerit (exceptis reſervatis Papæ) liberè diſponendi, facultatem conceſſit, ac etiam voluit, ut ſi ipſi in collatione, aut aliàs diſpoſitione beneficiorum in aliis ſex menſibus videlicet Januarii, Martii, Maii, Julii, Septembris, & Novembris vacaturorũ (quę etiam diſpoſitioni ſuę, ut prefertur, reſervavit) ſeu etiam illorum diſpoſitioni ſuæ, & dictę Sedis aliàs quomodolibet reſervatorum, vel affectorum ſeſe intromiſerint, aut quominus proviſiones, & gratię Sanctitatis ſuę de illis debitum effectum conſequantur, impedimentum quoquo modo preſtiterint uſu, & beneficio prędictę faculta-

.. ris, eo ipſo privati exiſtant, ac collationes,
.. & alię diſpoſitiones de beneficiis, illus pętextu
.. deinceps faciendę, nullius eſſent roboris, vel
.. momenti. Illi verò, qui gratiam alternativę
.. prędictę, acceptare voluerint, acceptationem
.. hujuſmodi per patentes literas manu propria
.. ſubſcriptas, ſuoque ſigillo munitas, & in ſua
.. quiſque civitate, vel diœceſi datis, declarare,
.. & literas ipſas huc, ad Datarium Sanctitatis
.. ſuę tranſmittere teneantur. &c.

N O T Æ.

Pars 2. ſignificat, Epiſcopos, qui vere promit-
tunt reſidere perpetuo in ſuo Epiſcopatu, quod
7 eſt *alternativam acceptare*, gaudere facultate
conferendi *beneficia* alternis menſibus cùm Ponti-
fice — Pontifex conferet menſe Januarii, Epiſ-
copus menſe Februarii, & ſic viciſſim in aliis
menſibus. Et quia Concilium Tridentinum per-
mittit Epiſcopis *in cap.* 1. *ſeſſ.* 23. abeſſe tribus
menſibus ad ſummum; ſi abeſſe velint, non gau-
dent alternativa Rota apud *Garciam p.* 5. *c.* 1. *n.*
462. & ſi Epiſcopus violaverit alternativam ipſo
jure privatus cenſetur *Garc. d. c.* 1. *n.* 740.

(d) *Cardinalium*.

De Cardinalium S. R. Eccleſiæ declarationibus.

Nulla eſt in Eccleſia Dei, poſt Vicarium Chriſ-
8 ti dignitas major Cardinalatu. Pręclarè D. Pe-
trus Damianus *Lib.* 2. *epiſt.* 20. ibi .. Quid tibi
.. de Cardinalibus videtur Epiſcopis, qui vide-
.. licet Romanum Pontificem principaliter eli-
.. gunt, & quibuſdam aliis prærogativis non
9 .. modo quemlibet Epiſcoporum, ſed Prima-
.. tum, & Patriarcharum jura tranſcendunt? -
— Et Concilium Lugdunenſe I. *ſub Innoc. IV.*
anno 1244. ait: *ad dexteram, & eminentiori-*
bus locis ſederunt Epiſcopi Cardinales; ex altera
verò presbiteri Cardinales: Archiepiſcopi, & Epiſ-
copi poſt eos. Tomo II. Concil. P. I. pag. 638. &
656. Et in Bulla 7. Leon. X. *in Concil. Lateran.*
10 *edita anno* 1514. *Superna* §. 16. ibi: *Et cum*
S. R. E. Cardinales cæteros omnes in ipſa Eccle-
ſia poſt S. Pontificem honore ac Dignitate præce-
dant. Concinunt textus *in can. quamquam* 2. *q.*
7. *in cap. fundamenta de el. in* 6. *in cap. bona*
de Poſt. Prel. Nam, & Apoſtolos, dum D. Pe-
tro adeſſent, partes egiſſe Cardinalium, probat
Tomaſſin. Lib. 2. *c.* 14. *n.* 2. patetque ex *Eugen. IV.*
Conſt. 15. §. 4. Aſſumpti igitur Cardinales ſunt a
Papa ut 70. ſeniores a Moyſe. *Joann. VIII. poſt*
Epiſtolas erectis variis Congregationibus.

Eſt Congregatio S. Officii Romæ inſtituta à Pio
IV. *Conſt.* 79. *Cum nos*, ad procedendum contra hę-
reticos, & Xyſtus V. in Conſt. *Immenſa* 74. ſuper
omnes Inquiſitiones, huic Congregationi faculta-
tem conceſſit — Eſt Congregatio Signaturę Gratię,
erecta pro gratioſis expeditionibus *Xyſtus V. Conſt.*
74. *Et quoniã*. Eſt Congregatio Conſiſtorialis pro
Negotiis Conſiſtorii, & erectionibus Eccleſiarum;
& vox *Conſiſtorium* ſignificat Congregationem ad
Conſilium, quę fit coram Papa ad expediendia ur-
gentia negotia *Magr. in vocab. Eccl. verbo Conſiſto-*
rium. Ulterius, eſt alia Congregatio Annonæ,
pro procuranda Annona Romæ, & toto Statu Ec-
cleſię: *Xyſtus V. Conſt.* 74. *Immenſa* Alia eſt Con-
gregatio Rituũ pro Ritibus & Cæremoniis Sacris
in tota Eccleſia obſervandis. *Xyſtus V. Conſt.* 64.
cap. jam verò. Eſt etiam Congregatio Indicis, pro
Judice Librorum prohibitorum, & ad conceden-
das facultates: *Xyſtus V. Conſt. Immenſa cap. quia*
verò. Inſuper Congregatio Regularium, & Epiſ-
coporum erecta pro Conſultationibus Regulariũ,
& Epiſcoporum *Xyſtus V. Conſt.* 74. *Immenſa*.
Addita Congregatio pro Statu Eccleſię, in ſuble-
vandis gravaminibus *d. Conſt. Immenſa cap. nec*
verò. Addita Congregatio de re militari *d. Conſt.*
Immenſa cap. præterea. Alia ſimiliter pro regi-
mine Studij. Quædam pro aquis, viis, & por-
tis. Nec non etiam alia pro Typographia Va-
ticana à Xyſto V. quę omnes erectæ fuere d. Bul-
la *Immenſa*. Extat Congregatio boni regiminis
pro gubernatione Civitatum Status Eccleſię, ere-
cta à Clemente VIII. *Conſt.* 10. *Pro commiſſa*. Ac-
ceſſit Congregatio pro Baronibus Status Eccleſię,
pro ſublevandis ſubditis, & aliis, à quibus Baro-
nes, ſeu Domini pecunias acceperunt ad montes
erigendos &c. & ſolvere non curant, erecta à Cle-
mẽte VIII. *Conſt.* 41. *Juſtitiæ*. Gregorius verò XV.
Conſt. 26. *Inſcrutabili*, erexit Congregationem de
propaganda Fide, Urbanus VIII. Congregationem
confinium Status Eccleſiaſtici *Conſt.* 75. *Debitum*.

Ut verò ad Declarationes veniamus: hę ſiunt
in Congregatione, quam Pius IV. inſtituit *Conſt.*
81. *aliàs* ad declaranda Decreta Concilii Triden-
tini, dum oriuntur dubia, & de his Declaratio- 11
nibus loquimur — Earum auctoritas magna, eſt,
& ſolent allegari inſtar Legis, ut docuit *Barboſ.*
in Summa Apoſt. &c. verbo Congregatio. Illis
ſemper plurimum defertur, *Rota in Ancitana Be-*
neficii Junii 1605. *coram Card. Sacr. Buratt. deciſ.* 12
470. *Jun.* 1620. *Caballus deciſ.* 627. *n.* 8. Quidquid
contrà opinetur *Diana p.* 1. *tract.* 10. *Reſ.* 43. *Bru-*
norbaſt. de Privileg. Reg. p. 1. *tract.* 1. *c.* 1. *prop.* 5.

Poterã hic cumulare plures Declarationes; ema-
narunt enim ſępiſſime. Sed, cùm eſſem in Muſeo
Illuſtriſſimi viri ANTONII MAGLIABECHI,
ad quem tanquam ad Oraculum literati homines,
quotquot apud Tranſalpinas Nationes reperiuntur,
confluunt, ſeque feliciſſimos putant ſi frui poſſint, 13
colloquio, conſpectuque tanti Viri, quem noſtra
potuit Etruria ſemper ferax Ingeniorũ Virorum-
que prętantiũ, & quo maxime gloriatur, & quem
admirantur omnes ex omni regione terrarum incre-
dibili copia eruditionum abundantem, Advenit ex
Hiſpania Vir doctus ſcire cupidus, an liber un-
quam omnium Declarationum typis editus, in
vulgus prodiiſſet; ſe enim incredibili labore id con-
ſequtum, ut multiplices declarationes collectas in
unum volumen edere poſſet. Ad hæc eduxit ab-
ditum ſub pallio volumen manu ſcriptum, ſane
magnum; quod magno uſui dantibus operam Di-
ſciplinæ Canonicę eſſe poterit. De Deciſionibus
Rotę, & ejus Origine plura dixi *Tit.* 8. *L.* 2. *n.* 42.

DE JURE NON SCRIPTO

TRADITIONIBUS, ET CONSUETUDINE,

TITULUS. VI.

IUS non ſcriptum aliud publicum circa res ſacras, quod traditionibus Eccleſiaſticis conſtat (*a*) aliud privatum circa res humanas, ex uſu hominum proveniens, quod dicitur Conſuetudo, *can. Conſuetudo diſt.* 1 (*b*) Traditionum (*c*) triplex eſt genus: primum, Juris Divini, ut Evangelium per Traditionem, à Chriſto traditum, Matrimonium, Confirmatio, Extrema unctio, & alià *in cap. cum Marthę de cel. Miſſ.* Secundum genus eſt earum, quæ fuerunt ab Apoſtolis inſtitutæ, ut Quadrageſimæ Jejunium, orare ad Orientem, Fontem benedicere, renunciare Satanæ, & pompis ejus, *can. Eccleſiaſticarum* 11. *diſt.* [*d*] Tertii generis ſunt traditiones inſtitutę per Epiſcopos in ſua Provincia, in qua ſolum obligant *can. ſcit ſancta diſt.* 12.

Ultra [*e*] hęc, Conſuetudo eſt Jus quoddam moribus, & uſu longo populorum introductum, quod pro lege ſuſcipitur. Hæc duplicis eſt generis, alia [*f*) præter Jus, cum lex deficit, & ad eam introducendam decennium requiritur; Alia (*g*] contra jus, quæ dicitur Deſuetudo, & Pręſcriptio, & vim non habet, niſi poſt 40. annos *Ricc. reſ.* 272. *in Prax. p.* 5.

Requiſita [*b*] Conſuetudinis, ut vim legis habeat, tria ſunt; primo, ut per longum tempus, judicis arbitrio dignoſcendum, mores utentium eam comprobarint: ſecundo, ut expreſsè, vel tacitè approbet Princeps, apud quem lege Regia tranſlata à populo Poteſtas legiſlativa: tertio, ut ſit rationabilis; non autem injuſta, contra jus naturale, aut Divinum, aut contra Leges decernentes aliquid *non obſtante quavis Conſuetudine*, *Clement. ſi una de Reb. Eccl. non alien.*

SUMMARIUM.

Diviſio Juris Publici, & Privati juxtà præſentem ſenſum. 1.
Quid ſignificet vox traditio. 2.
Veteres Philoſophi quomodo Traditionibus Placita conſignarent. 3.
Traditionum exempla. 4.
Aliarum Traditionum exempla. 5.
Quid ſit Stylus. 6.
Reiicitur opinio exiſtimantium dari conſuetudinem ſecundum jus.
Elegans hiſtoria. 8.
Quantum Temporis exigatur ad introducendam conſuetudinem. 9.
De vi & Poteſtate conſuetudinis quæſtio elegantiſſima. 10.
In foro externo cõſuetudo, à pœnis excuſare poteſt. 11.
Explicatur Textus difficilis in can. obiciuntur 32. *q.* 4. 12.
Olim fideles in quinquageſima jejunabant. 13.
Novus intellectus ad cap. ad Apoſtolicam de Simonia. 14.
Refellitur Gonzales, & Gibalinus in hunc Textum. 15.
Quomodo conſuetudo Juriſcripto deroget. 16.

Rejicitur explicatio Gonzales. 17.
Quædam exempla ponuntur conſuetudinum in ſpecie. 18
Elegans ratio, cur interdum conſuetudo Juri derogет humano. 19.
Qui nam auctores conſuetudines Eccleſiaſticas collegerint. 20.
Quædam conſuetudo circa Patriarcha appellationē. 21.
Quid obſervetur circa Xenias. 22.
Archipresbyteri, & Archidiaconi juriſdictio conſuetudine exolevit. 23.
Exorciſta olim omni die debebat ejicere Dæmones. 24.
Non deferentes habitum, & Tonſuram, ex conſuetudine non privantur Beneficiis. 25.
Impedimentum diſparitatis cultus introductum à conſuetudine. 26.
Decimæ perſonales non ſolvuntur. 27.
Beneficia ſimplicia ex conſuetudine ad Reſidentiam non obligant. 28.
Ex Praxi judiciorum Filii ſpurii non removentur à ſucceſſione Matris. 29.
Conditiones in Cenſu ſupra formam juxta conſuetudinem non recipiuntur impunè. 30.
Invenditione rerum Eccleſiarum ſubbaſtatio non requiritur. 31.
Pœna Talionis non obſervatur ex conſuetudine. 32.
Pœna inhabilitatis contracta à Simoniaco in uſu non eſt. 33.
Pœna Juris Canonici in ſtupratores viget etiam in Civili foro. 34.
Admonitio pro coronide hujus inſpectionis ac conſuet. in ſpecie.

EXPLICATIONES.

[a) *Aliud.*

De Jure publico, & privato.

1 HAnc diviſionem Juris publici: & privati recte explicat *Gonzal. in cap. conſuetudines extra de Conſt. n.* 10 & conſuetudo jus privatum dicitur, quia ad res humanas ſpectat, quæ ſi comparentur cùm rebus ſacris, quę *nullius ſunt*, rectè privatę dici valent, cum ſint in hominum dominio, & jus diſponens de ipſis, privatum.

(b] *Traditionum.*

De Traditionibus.

Hæc vox Traditio ſignificat Doctrinam non conſignatam literis, & definitur: Quidquid à majoribus ad juniores deſcendit, & communi-
2 catur, quaſi de aure in aurem translatum, ſine ulla ſcriptura, ſolum commemorationem aſſidue renovantur. In omni Republica Traditionum uſus habitus eſt neceſſarius. Lacedemoniis Licurgus, nullam legem ſcriptam date voluit, teſte Plutarcho. Ait Plato ad Dionyſium Syracuſanum: *Maxima Secretorum Divinorum cuſtodia eſt, nihil ſcribere, ſed addiſcere.* Ægiptii verò, Myſteria ſacrorum tantummodo involucris, & Hierogliphicis ſignis, pro literis exprimebant, ut aſſerit Pierius Valerianus. Apud Judæos multa ex Traditionibus ferebantur, ut patet, ex illo Exodi 13. *narrabis filio tuo in illo die dicens: hoc eſt quod fecit Dominus, &c. Deuteron.* 32. *filia habentur.* Cauſa autem introducendæ Traditionis, illa fuiſſe videtur, ne Myſteria irriderentur

Et Philo ſic veteres Philoſophos obſervaſſe tradit. Pythagoras hunc in eumdem modum inſtituit ſuos diſcipulos; qui & ipſe, ut Clemens Alexandrinus refert, circumciſus fuit, ut adyta ingrediens Ægyptiorum myſticam
3 diſceret Diſciplinam. Plato Dyoniſio ſcribens de quibuſdam ſacris Myſteriis, juſſit è veſtigio Epiſtolam conſcerpere, ne in manus vulgi veniret: & quod Deus Geometriam exercuerit Platonis traditio fuit: Plutarch. *Sympoſiacon. VIII. queſt.* 2. *Deum ſemper Geometriam exercere non eſt hoc expreſſe in ullo libro Platonis ſcriptum.* Tarquinius Rex quod librum ſecreta continentem, Petronio Sabino conſcribendum dediſſet, ille verò aliud exaraſſet exemplar, culeo inſutus in mare abiectus eſt. Lyſides Hipparchum in quadam Epiſtola reprehendit, quod publicè philoſopharetur. Planeque ejus Conſilii rationem habuerunt Apoſtoli, qui voluerunt viva voce tradere ſcripturarum ſenſum, & intelligentiam, ne Myſteria ab Ethnicis irriderentur, aut vulgo venirent in contemptum.

[c) *Triplex.*

Triplex traditionum genus.

Exemplum Traditionum in primis, Evan- 4
gelium ipſum eſt. Chriſtus enim nihil ſcripſit, quamvis ita inſtruxiſſet Apoſtolos, ut poſſent euntes in mundum docere. Nec Apoſtoli ipſi ſtatim ſanctiones ſuas, ſcriptura firmarunt. Tertull. de Anim. cap. 5. *Prior fuit Anima, quàm litera, ſermo prior quàm liber, & prior ſenſus, quàm ſtylus.* Sed ex Traditionibus non ſcriptis, ab Apoſtolis tamen conditis, & ſtatutis, D. Clemens eorum coætaneus, & S. Petri ſucceſſor, & Diſcipulus, regulas, vulgò Canones Apoſtolorum, græcè ſcripſit. Tum verò temporibus Juſtiniani Imperatoris, Dyoniſius cognomento *Exiguus*, eaſdem latinè feliciter tranſtulit, & ſunt Canones Apoſtolorum in fine Decreti Gratiani. Peti poteſt aliud exemplorum genus ex can. *Eccleſiaſticarum* 11. *diſt. ex cap. cum Marta de celebr. Miſſ.* -- Addatur quod Traditio eſt, Chriſtum in ultima Cœna Chriſma confeciſſe, ut docet Urbanez Farias in *Addit. ad Covar.* & Poygamiam ſublatam eſ-

ſe

ſe videtur Traditione Divina & videtur ſuadere D. Auguſt. contra Fauſtum cap. 47. *Quando mos erat, crimen non erat, & nunc propterea crimen eſt, quia mos non eſt*. Parvulos baptizandos traditio eſt ex ipſis Apoſtolis deſcendens, unde D. Paulus ad Chorinthios I. *Baptizavi Stephana domum*, & ibi credibile eſt fuiſſe Infantes. Et ut alia quoque exempla adducam, Minores Ordines, Quadragefimæ Jejunium, Oculorum elevatio in Miſſa, trina repetitio. *Hoſtiam puram, Hoſtiam Sanctam, Hoſtiam immaculatam* Conſecratio Virginum, Monaſteria, Profeſſio, Lucernæ in Templis, Cereique lucentes: Perpetua B M. Virginitas contra errorem Helvidis: Deſcenſus Chriſti ad Inferos, ut inde erueret Adæ animam: Certus Evangeliorum numerus: Poteſtas vota diſſolvendi, & juramenta: Matrimonii rati diremptio per Profeſſionem; Magnorum feſtorum obſervatio: certis diebus jejunandum: Imaginum veneratio: & libertas non abſtinendi à ſanguine, & ſuffocatio; tales ſunt ſunt omnes Traditiones. Licet enim in Concilio Hyeroſolymitano 2. *act.* 15. talis abſtinentia decreta fuiſſet, ne Judæi converſi exaſperarentur; tamen de moderatione Decreti non conſtat, & tamen jam non obligamur abſtinere.

[*d*) *Tertii*.

Exemplum Traditionis Epiſcopalis.

5 Exemplum elegans hujus tertii generis Traditionum eſt in *can. illa* 12. *diſt.* juxta quem, Mater Divi Auguſtini Mediolanum profecta invenit Eccleſiam ſabbato non jejunantem, cùm in Africa, & Romę paſſim tale jejunium ſabbathi obſervaretur. *Dartis diſt.* 12. *in Decr.* & hujus generis exempla ſunt *apud Nicephorum Calliſtum L.* 12. *hiſt. cap.* 34.

(*e*] *Ultra*.

Differentia ſtyli, & conſuetudinis.

6 Conſuetudo differt à ſtylo; ſtylus enim de rebus judicalibus tantum, & non certo termino inducitur, veluti conſuetudo: docet *Antoniell. de Tēpore legali L.* 1. *cap.* 78. & ſtylus Romanæ Curiæ facit Jus *cap venerabilis de Confirm. ut. cap. ex Literis de conſt.* & omnes in foro Eccleſiaſtico ſecundum ipſum ſtylum judicare tenentur *Pax Jord. L.* 4. *Tit.* 17. *n.* 580. ſecus eſt in conſuetudine Curiæ, nam conſuetudo eſt loci.

Definitiones elegantes conſuetudinis ſunt penes antiquos Auctores Cicero lib. 2. de Invent. *eſt*, inquit, *jus quod voluntate omnium ſine lege, vetuſtas comprobavit*; & idem circa finem: *eſt*, inquit, *quod in morem vetuſtas vulgi approbatione perduxit*.

(*f*) *Alia*.

De conſuetudinum ſpeciebus.

Abbas in *cap. ult. de conſuet.* dividit hoc modo conſuetudinem, quod alia ſit pręter jus, alia
7 contra jus, alia ſecundum jus. Ultima hęc diviſio à multis, à nobis etiam omittitur; non enim videtur hoc jus rationem habere propriæ conſuetudinis. Certum quippe eſt, omnem legem eatenus obligare, quatenus moribus utentium ſuſcipitur *can. in iſtis diſt.* 4. Quod ſi non dicitur legi adiecta conſuetudo, quamquam in moribus utentium legis ſcriptę conſtantia, & obligatio conſiſtat, cur ergo conſuetudo ſecundum jus dicenda eſt conſuetudo? Quod ſi dicas conſuetudinem illam, quæ legem interpretatur, eſſe ſecundum legem; negandum omninò: quin etiam, cùm conſuetudo novum jus conſtituat, erit hoc novum jus, vel præter jus præcedens, vel contra jus. Cum enim in lege eſt aliquid ambignum, illud ambiguum non obligat ut lex ſcripta; Ergo ſi accedat conſuetudo, erit conſuetudinis jus. Quare defendi poteſt nullatenus hanc tertiam ſpeciem admittendam, quamvis communiter Interpretes aliter ſentiant, & me removeat a prædicta opinione Textus *in cap. ſopita de Cenſib. in cap.* 2. *de Præb. in* 6.

(*g*] *Alia*.

De conſuetudine contra jus.

Apud Lacedemones id non poterit contingere, 8
ut conſuetudo legem tolleret, quia, ut eſt in *Apopthegm. Laconicis* Plutarchi, Pauſanias ait: *Legum in viros, non virorum in Leges eſſe poteſtatem, & auctoritatem, Plutarch. Moralib. pag.* 116.

Quocirca Populi illi, quibus nulla nequidē moribus eſſe poteſt auctoritas in Leges, Longævo uſu Legibus conſtitutis derogare non poſſunt.

Cur verò conſuetudo contra jus introduci queat, in promptu ratio eſt, quia Lex anterior poſteriore aboletur *l.* 26. *cùm ſeq. ff. de legibus*.

(*h*] *Requiſita*.

Quantum Tempus ad Conſuetudinem exigatur.

Quanto tempore ſit opus ad conſuetudinem in- 9
troducendam, eſt vexata Quęſtio. Diximus requiri decennium cum conſuetudo eſt præter jus 40. verò annos cum eſt contra jus, & ſequimur *Gonzales in cap.* 1. *de conſ. n.* 11. *qui plures citat*.

(*i*) *Ut ſi rationabilis*.

De vi conſuetudinis.

Probat hoc expreſſe Texus in *in can. denique* 10
4. *diſt. cap. mala* 8. *diſt. cap. ult. de Praſcr.* Sed quia magna vis eſt conſuetudinis, diſputari poteſt, an conſuetudo reddere poſſit de illicito licitum. In qua Quæſtione ſit noſtra Concluſio.

CONSUETUDO EXCUSARE POTEST A POENIS TEMPORALIBUS.

Multi in hac quæſtione ſuum protulere judicium, viri doctiſſimi *Zoeſius ad Tit. de conſ. de Luca diſc.* 55. *de reg. n.* 9. *Thuſeus lit. C. Concl.* 848. *Triviſ. deci* 44. *n.* 6. *L.* 2. *Leotard. de uſur. q.* 100. *n.* 55. *Barboſa de Axiom. jur. Axiom.* 57. *n.* 3. *Beronſ. vol.* 3. *conſ.* 190. *per tot. Farin.* *de con-*

Digitized by Google

de contr. Qui declarant ; *non reddere ſcilicet conſuetudinem de non licito licitum quoad forum internum*. At verò quoad forum externum à pœnis excuſare putant. His aſſentitur *Dian. p. 6. tract. 5. reſ. 19. & 20.* -- Contrarium tamen, imò excuſare etiam poſſe quoad pęnas Gehennæ, & in foro interno conſuetudinem, tenuit Gloſſa in *cap. obiicitur 32. q. 4. Ex Theologis D. Thom. Quod. lib. 2. Artic. 3.* Hoſtiens *in c. à nobis de Decimis*, *Panormit. in cap. pervenit eod. tit.* & alii, quos citat *Tiraquellus de pænis cauſ.* 63. qui latè eamdem quæſtionem examinat.

Attamen verius eſt a ſolis pænis quoad forum externum conſuetudinem excuſare.

PROBATUR I. Multiplici Textuum copia, quos invenire datur ſub *diſtinct. 8.* in Decreto Gratiani. Ait Nicolaus Papa, malam Conſuetudinem corruptelam eſſe, & vitandam *can. mala Conſuetudo*: Ait Auguſt. *fruſtra, qui ratione vincuntur, conſuetudinem nobis objiciunt*, *can. fruſtra*: ait Ciprianus *conſuetudo ſine veritate vetuſtas erroris eſt*, *non conſuetudo can. conſuetudo.* Similis textus in *in cap. ult. de Præſcript.* quo loci diſerte traditur, conſuetudini derogandum, quæ abſque peccato ſervari non poteſt. Adde Text. in *ex frequentibus de inſt. in cap. ſcit ſancta 12. diſt.*

PROBATUR II. Ex *cap. quanta de Conſuet.* ubi eam ob cauſam, conſuetudo non derogat juri naturali, quia in hac conſuetudine perinde eſt, *ac ſi peccatum diutius infelicem animam detineat*; & ſicuti diutius peccans, gravius peccat: ita magis corruptela eſt vetuſtior conſuetudo admittens peccatum. Tantam habet vim hæc Gregorii ratio, ut contrariæ ſententiæ auctores, in ejus diſſolutione laborantes laterem lavent, ut dicitur, et irritus eſt eorum ſudor, omniſque conatus.

PROBATUR III. Ex *can. qui peccat 23. q. 4.* ubi *qui peccat non legis auctoritate peccat*; nec ergò peccata adiuvat conſuetudo.

PROBATUR. IV. Ex L. *ſi pignore* §. *fin. ff. de Pignor. act.* quem Textum ad hoc inducit *Bart. & Nicomitius in Repet. ad Text. in cap. quoniam de Probat. n.* 1068.

SOLVUNTUR OBJECTIONES.

Objic. 1. hæc ſententia noſtra videtur à mente, & dictis ſapientum virorum diſcrepare. Extat vulgatum carmen:

Ob populum multum crimen pertranſit inultum- Senec. L. 7. de ira cap. 27. *Nihil*, inquit, *in anno judicabis notabile, aut fadum, quod genti ſua publicum eſt*; Et alibi: *unde in eis quanto juſtior venia ſit, qua per totum genus humanum vulgata ſunt.* Idem Philoſophus L. 5. de Benef. cap. 21. *Conſuetudo vita humana, lege omni viodentior.* Domitianus Imperator Scribas Quæſtorios, ex conſuetudine negotiantes, veniam abſolvit. De Romanis narrat *Plut. Problem. cap.* 83. quod cum accepiſſent, barbaros quoſdam Diis immolaſſe hominem, atque ad ſcelus immane puniendum, eorum Magiſtratus Romam acceſſiſſent, poſtquam à barbaris audierunt, id eos ex conſuetudine quadam effeciſſe, impunitos dimiſerunt. Tanta vis eſt conſuetudinis.

Reſp. Hæc omnia ita accipienda, ut ſenſerint Sapientes illi, conſuetudinem à pęnis, quę in foro externo, ex legum præſcripto imponuntur, excuſare; quod omnes admittunt, & jam antea declaravimus, talem eſſe ſenſum, & talem intelligentiam concluſionis propoſitæ.

Objic. 2. Textus verè difficilis in *can. Objiciuntur 32. quaſt. 4.* In cujus ſpecie Jacob potuit
quatuor uxores habere, quia talis erat conſue- 12
tudo (proſequitur Textus) quod *quando mos erat, crimen non erat*. Ex quibus verbis infertur à gloſſa argumentum, quod conſuetudo à crimine excuſat: ergò conſuetudo reddit de illicito licitum -- Confirmatur, quia viri Juſti ante legem pariter, & poſt legem, multas uxores ſimul habuiſſe leguntur *cap. gaudemus extra de divort. verſ quia verò*: ergò non aliter ante legem plures uxores habere potuerunt, quam ex conſuetudine.

Sed obvia reſponſio erit conſideranti, in lege veteri, uxorum multiplicitatem, & Polygamiam fuiſſe permiſſam ex Dei diſpenſatione, ut docet *Bellarm. de Matrimonio*, quare non proprie ex conſuetudine Polygamia in uſu erat abſque crimine, ſed ex diſpenſatione Dei, qui voluit ſuo Populo hoc Privilegium indulgere. Atque illud *quando mos erat*, non indicat meram conſuetudinem, ſed inultum conſuetudine firmatum indicat, & vitę inſtitutum; Unde *Virg. 7. Aneid.* 50. ita morem accipit:

Hoc Priami geſtamen erat, quod Jure vocatis
More daret populus -- & 4 *Aen.* 110.
Non licuit thalami expertem ſine crimine vitam
Degere more feræ.

Et Claudianus, *de Nupt. Honor.* 47.
Maternaſque bibit mores, exemplaque diſcit
Priſca Pudicitia --- *Ovid. 15. Met.* 119.
-- *Priſcoque Deas ex more precatus.*

Maneat ergò, male à gloſſa inferri, ex conſuetudine, pænam Gehennæ vitari, cùm in illo Textu veræ, & propriæ conſuetudinis exemplum non proponatur, conſonat *Trajmiera de Polyg. q. 8. cap. 1. n. 12. pag. 32.*

Objic. 3. Textus *in can. denique diſt. 4.* in cujus ſpecie proponitur obſervantia Eccleſię, inſtituendi Jejunium à Dominica Quinquageſimæ, & ait Gregorius auctor ejus Canonis, improbum ſibi videri, quod inveniantur fideles, qui illa die ſe carnibus ſuffarciunt ad mediam noctem. Mox addit (ex quo oritur valida oppoſitio in Concluſionem noſtram) *unde nec à tali conſuetudine averti poſſunt, & ideo cùm venia, ſuo ingenio relinquendi ſunt.* Ergò ſi conſuetudo hujuſmodi meretur veniam, abſolute dici poteſt, ex conſuetudine, licita reddi, quæ ſunt illicita.

Sed pro reſponſione ſciendum eſt, ex D. Baſilio

ſilio

ſilio *Orat.* 2. *de Jejunio*, olim fideles in Quin-
quageſima jejunaſſe: idque etiam deducitur ex
13 Caſſiano *Coll.* 21. *cap.* 27. & Socrates, *lib.* 15.
diſt. cap. 2. affirmat Romanos jejunare ſolitos
eſſe, tantum per hebdomadas ante Paſcha, Do-
minicis, & Sabbathis non ſupputatis; videatur
Bellarm. l. 2. *cap.* 14. *tom.* 4. In hac ergò Ec-
cleſiæ conſuetudine, non deerant fideles, qui
non ſine crimine carnibus veſcerentur in Domi-
nica Quinquageſimæ, ut in obiectione dictum
eſt. Verumtamen ipſe contextus quid reſponde-
ri debeat, ſi accuratius inſpiciatur, ſuggerit;
ait enim: *ne forte pejores exiſtant*, à tali con-
ſuetudine non prohibeantur. Ergò qui tali con-
ſuetudine utuntur, ſunt mali. Qui enim malus,
deterior evadere poteſt, iſque ſupponitur aliquo
ſcelere contaminatus. ac proinde, conſuetudo
excuſat, à pena, non à culpa in foro interiori.

Objic. 4. Textus in *cap. Saviè de tempor. ordin.*
ubi ſi ſit conſuetudo ordinandi extra Quatuor
tempora, quamvis Inſtitutioni Eccleſiæ inimi-
ca, ſervanda eſt: ergò, quia conſuetudo reddit de
illicito licitum.

Hic novam reſponſionem non addimus, ſi
quidem eadem diſtinctione explicatur Textus,
& diſſolvitur oppoſitio; etenim taliter ordinati
in ſuſceptis miniſtrabunt, ut ait textus, ad in-
dicandum, conſuetudinem excuſare à pœna in
foro externo.

Objic. 5. Textus in *cap. ad Apoſtolicam de*
Sim. ubi recipere aliquid pro exequis mortuo-
rum ex more, & inſtituto vetere, laudabilis
vocatur conſuetudo; ergò, quia excuſat etiam
à pœna Gehennę. Confirmatur ex Concilio La-
teranenſi IV. cap. 66. his verbis: *& pravas exa-*
ctiones ſuper his fieri prohibemus pias autem
conſuetudines præcipimus obſervari, Nec di-
catur cùm Gonzalez, & Gibalino, intelligi
hos Textus de gratuitis oblationibus, quas
fideles faciunt. Quæro enim, an hæc conſuetu-
do faciat jus? ergò fideles adſtringit: ergò de-
curſu temporum fit licitum, quod ab initio
non aliter fuit licitum, niſi ex titulo liberali-
tatis; unde vis difficultatis non tollitur, imò
reſponſio in hos retorquetur.

Quare cùm accuratius expenderim prædictas
auctoritates. ita credidi reſpondendum eſſe, nec
fortaſſe aberro à verò ſenſu. Aliud eſt exige-
re aliquid pro administratione Sacramentorum,
14 & pro rebus Spiritualibus. Aliud eſt accipere
aliud à fidelibus, quod fideles tradunt. Ex con-
ſuetudine licitum videri debet, ad effectum vi-
tandi ſcandala, accipere aliquid à fidelibus, ti-
tulo gratuitæ beneficentię; nec inde populus
admirationem, aut ſcandalum concipiet: ſi ita
fideles conſueverint.

At verò exigere, extorquere aliquid, neuti-
quam eſt licitum: nullus mihi perſuadebit, ex vi
conſuetudinis permitti. Alioquin diſſolvantur
15 Textus, qui id expreſſe prohibent in *cap. ſuam*
de Sim. ibi: *minus licitè pecuniam exigere, &*
extorquere, Textus *in cap. abolendæ de Sepult.*
ibi: *abolendę conſuetudinis*; Textus *in cap. cùm*
in Eccleſia de Sim. in cap. ea qua de Sim. cap.
Jacobus de Sim. can. ex qua, can. ſi quis objece-
rit 1. *q.* 3 *in can. quæſitum* 13. *q.* 2. Contra-
rium docet Ugolinus *de Sim. tab.* 1. §. 10. *n.*
2. *p.* 12. *Redoan.* 3. *p. de Sim. cap.* 16. *n.* 33.
Bellett. p. 1. §. 3. *n.* 1. Verum, illud ad ex-
cuſandos hos auctores dici poſſet, quod qui di-
utius ſolverint iſtas oblationes, eo ipſo ſibi in-
jecerint hanc obligationem, *Gibalinus de Simon.*
quæſt. 18. *confect.* 13.

Obiic. 6. conſuetudo juri ſcripto derogat *cap.*
quemadmodum 8. *diſt. can. contra jus can. pla-*
cuit diſt. 32. *cap. cùm veniſſet, de eo qui mit-* 16
titur cap ſuper eo de Cogn. ſpir. & tamen non
poteſt introduci ſine peccato, iterando actus
contrarios legi ſcriptæ *Gonz. in cap. quoniam*
de Præſcrip. n. 4. imò lex obligat ſub mortali,
ut communiter docent Moraliſtę.

Hæc difficultas excitatur à Gonz. *in cap. quo-*
niam de Præſcript. in notis n. 4. ſed certe,
quamvis ſatisfacere conetur, vim tamen oppo-
ſitionis non tollit. Quare omiſſa quæſtione, an 17
lex ominis ſub mortali obliget, rem totam ſic
explicandam cenſet Joann. Salas *de legib diſp.*
10. *ſect.* 4. aitque, quod ſi Præſcriptio adverſus
legem ſcriptam inſtituatur, dicendum eſt
cum Gloſſa *in cap. non eſt de conſuetud. verbo*
Canonica, bonam fidem neceſſario requiri, ſi-
ne qua, conſuetudinem præſcriptivam inchoa-
re non licet, cùm ea juſta, & rationalibis eſſe
debeat; Atque eo ipſo ſemper in ejuſdem præ-
ſcriptione interveniet probabilis ignorantia præ-
ſcribentium. Verumtamen ſi cæperint aliqui con-
ſuetudinem contra legem introducere mala fi-
de; tametſi primi temere, & ſine culpa legem
Reipublicæ utilem tranſgredientes, præſcriptio-
nem re ipſa inchoare non potuerint; horum
tamen ſucceſſores, videntes legem ab anteceſ-
ſoribus ſuis non obſervatam, exiſtimare poſ-
ſunt, & in dubio præſumere, illos habuiſſe ju-
ſtam legis non obſervandæ cauſam: atque ita
illorum veſtigiis inſiſtentes, præſcriptionem in-
choare, vel, quaſi bona fide ab anteceſſoribus
inchoata fuiſſet, tandem perficere. Niſi hoc
modo explicetur præſcriptionis initium, nun-
quam fieri poterit, ut adverſariorum ora ob-
ſtruamus: optime Suarez *de Legib. Lib. VII.*
cap. 6.

Objic. 7. Lucupletari cùm aliena jacture eſt illi-
citum *cap. nemo de* R. I. & tamen longo temporis
decurſu pręſcriptio ſeu acquiſitio, dominii li-
cita eſt *cap. quoniam* 20. *extra de Præſcript.* er-
gò poterit etiam conſuetudo de illicito reddere
licitum; par eſt ratio ſi accuratè, & præſcri-
ptio, & conſuetudo conſideretur.

Reſp. præſcriptionem requirere bonam fidem,
deinde titulum, & poſtremo legis auctoritate
comparari quod noſtrum non erat. Ratio autem
cur legis authoritas id poſſit efficere, repetenda

eſt

eſt ex illa quæſtione, quam in titulo de Jure Divino examinavimus, an Lex naturæ poſſit mutari?

Obiic. 8. Decimarum ſolutio, conſuetudine, vel minuitur, vel tollitur *cap. in aliquibus extra de Decimis cap.* 1. *de Præſcript. in* 6. Imò ut docet de Luca *de Decim diſc.* 7. Perſonales Decimæ in omni fere regione Chriſtiani Orbis non ſolvuntur, & ſi libet Hiſtorias excurrere, invenies apud Krantium *L.* 4. *Vandam par.* 18. Quod Holzatii, priuſquam in Hungariam terram incultam, atque ingratam transferrentur, & agros colere inciperent, pactum inivere cùm Sacerdotibus, & Epiſcopis ejuſdem Regni, ut ab omnibus Decimis liberi eſſent; Quare cæperũt ex conſuetudine Decimas non ſolvere. At qui Decimas non ſolvit alias peccat, & quidem graviter; ſequitur ergò quod conſuetudo reddat de illicito licitum.

Hoc eſt argumentum potiſſimum adverſariorum; Sed in primis exemplum de Decimis perſonalibus non multum urget, ſi quidem *Hoſtien. in ſum. hoc tit. Henricus Boich. in cap. perveni boſt. Felin. in cap. cauſam de Reſer.* aſſerunt, perſonales Decimas introductas eſſe ex Jure Eccleſiaſtico, ideoque conſuetudine tolli poſſe. Sed hac opinione omiſſa, reſpondetur, conſuetudine rationabili introduci poſſe, ut Decimæ remaneant penes ipſos pauperes: nam finis præſtitionis Decimarum non tollitur, ſed tantum modus exactionis recipit interpetrationem, La-maſtre *de Decim. cap.* 5. Nonnulla petantur ex Gonzalez *in cap. pen. & ult. de conſ.*

Referuntur quædam conſuetudines in ſpecie.

Conſuetudo quandoque Juri derogat: non
tamen traditionibus *can. ridiculum* 12. *diſt.* ne-
18 que contra Fidem Catholicam, aliquid debet
uſurpare *can. nos conſuetudinem ca* 1. *diſt.* Nihi-
lominus contra Jus humanum ratio aliqua ſuadere
poteſt conſuetudinem *can. conſuetudo* 12. *diſt.*
& multis in rebus hæc liberas habet obſervatio-
nes *can. illa* 12. *diſt. Neque reprahenſibile, ſi ſe-
cundum varietatem Temporum ſtatuta quandoque
19 varientur humana: Quoniam ipſe Deus, ex iis,
quæ in veteri Teſtamento ſtatuerat, non nulla
mutavit in Novo* ait Pontifex *in cap. non debet
de conſanguin. ſimilis* Textus *in can. Fraternita-
tis diſt.* 34. *eleganter Claudian. in Panegyrico de
IV. Conſulatu Honorii verſ.* 505. *Priſcamque re-
ſumunt.*

Canitiem leges, emendanturque vetuſta.
Acceduntque nova.

Neque mutatio promanat, ex incauta Legislatoris providentia, ſed ex inconſtantia rerum humanaru §. *ut autem lex Auth. de non al. reb. Eccl.* Vel etiam præter legem conſuetudo eſſe poteſt.

Nunc conſultum utilitati diſcentium Jus Pontificum exiſtimo, ſi nonnullæ conſuetudines quaſi primum in aſpectum incurrant, ut rectius exemplis Regulæ traditæ noſcantur.

Quod inſtitutum poſt hæc ſcripta, novi quod ſit ſequutus Scappius *in Tractatu de Jure non
ſcripto, & Bugnyon.* Gallus auctor in Tractatu
ſane magno *legum abrogatarum*, quos adire
poterit Juris ſtudioſus, ne huc tranſcribam alie- 20
nas lucubrationes, contentus quædam ex Jure
noſtro hic enunciare. Ac de Perſonis Eccleſiaſticis imprimis, appellatio Patriarchæ, & Archiepiſcopi conſideranda occurrit. Refert Petrus de Marca de Cõcord. Sacerd. & Imper. quod olim, cum Epiſcopi morarentur in majoribus Civitatibus, conſtituti ab Apoſtolis cùm ſumma auctoritate: hinc factum, ut celebriorum Urbium Epiſcopi, jus quoddam eximium ex conſuetudine, ſupra ceteras Eccleſias adepti fuerint, quamvis Romana Eccleſia ab ipſo Chriſto jam Primatum obtinuerit; ſed Antiocheni, & Alexandrini Epiſcopi, ad ſummum, Metropolitani vocabantur. Mox in Concilio Epheſino Archiepiſcoporum titulo aucti fuere; In Conſtantinopolitano *Exarcha Diœceſeos* dicti; In Calcedonenſi, *Archiepiſcopi, & Exarcha*; Et ex conſuetudine tandem, *Patriarcha*. Videlicet, cùm poſt excidium Hjeroſolomytanum, Præfecti eſſent Judæis diſperſis per Orientem quidam *Patriar-
cha* dicti, qui Primates eligebant, ideſt arbitros
quoſdam, qui ſummarie cognoſcerent cauſas, &
Superſtitiones Judæorum, ſublatis his Patriar-
chis anno 404. *l. Iudæorum Cod. Theod. de Ju-
dæis*, nomen Patriarchæ, majoribus Epiſcopis 22
cæpit communicari, & Archiepiſcopi nomen,
ſimplici Metropolitano.

Si placet obligationem quandam Epiſcopo-
rum intueri, aliud conſuetudinis exemplum de-
prehendemus. Debebant olim ſinguli Epiſco-
pi, mitttere quædam munera Romano Pontifi- 23
ci, quæ ſuggerit Text. *in cap. conſuetudines, de
Conſ.* Id ampliùs non obſervatur, ut docet *Gonz.
in d. cap. n.* 4.

Dirigamus ſermonem, ad inferiores clericos, & hic quoque locum habuiſſe videtur conſuetudo. Quantam enim Juriſdictionem Archipreſbiter, quantam Archidiaconus obtinebat? Sed jam conſuetudine translata omnis eorum facultas in Vicarium generalem, paucis veſtigiis quibuſdam antiquæ auctoritatis remanentibus Card. de Luca *diſc.* 6. *in Rel. Rom. Cur.*

Vis aliud conſuetudinis exemplum in Exorciſtis? En illud impromptu. Nam Exorciſta
quotidiè debebat exorcizare *can. omni die de
conſecr. diſt.* 5. nunc facultatem hanc exorcizan-
di, Epiſcopo, qui eam tribuit, reſervatam vi- 24
demus, P. Mauritius à S. Gregorio *in ſumma
caſuũ conſ. p.* 207. Gavant. *in Verbo exorciſta n.* 10.

Sed cur relinquimus Tonſuratos ſimplices?
Xyſtus V. in *Conſtit.* 85. decrevit, non deſe-
rentes habitum, & Tonſuram, privari beneficiis;
nihilominus Garcias *Tomo* 2. *de benef. cap* 1. 25
n. 23. ait, talem conſtitutionem quoad hanc
partem, uſu receptam non fuiſſe.

Sed nunc ad res ſermo convertatur. In Sacramentis autem, quæ primò occurrunt, nihil immutatum eſt, uſu longævo; cùm ne ipſa quidem Eccleſia, ſubſtantiam eorum variare poſſit.

Atta-

Attamen quoad Matrimonium ; ſciendum eſt ,
poſſe introduci ex conſuetudine aliquod impe-
26 dimentum , ut infertur ex Textu in *cap.* 1. *de*
Cogn. Spir. in cap. quod dilecti , in cap. quod de-
bet de conſuet. in cap. ult. in cap. olim de clerico
Con. Igitur impedimentum diſparitatis cultus ,
introduxit conſuetudo , ut docet *Cabaſſut. L.* 3.
cap. 22. *ſcientia Can.* affirmans , de hoc nullum
jus afferri poſſe ; ſed talem eſſe praxim Eccle-
ſiæ: licet fortaſſis afferri poſſit Textus *in cap. in*
nonnullis de juda.

27 Ad Res alias quod ſpectat, ut ſunt Decimæ. Per-
ſonales Decimæ jam ex conſuetudine non ſolvun-
tur . Piaſecius de *Decim. in Praxi p.* 2. *c.* 4. *n.* 65.

Ac in beneficiis ſimplicibus , exemplum ſe-
præbet alterius conſuetudinis . Omnia beneficia
28 ſimplicia , de jure , reſidentiam requirunt *cap.*
fin. cùm gloſſa de Reſcript. in 6. At conſuetudo
induxit , à reſidendo exemptionem , Garcias *de*
Benefic. p. 3. *cap.* 2. *n.* 3.

Si de modis acquirendi res , ut ſunt teſta-
menta , & contractus, ſermo ſit habendus ; ec-
29 ce , ex rigore juris filii ex damnato coitu , nec
patri , nec matri ſuccedunt , ſed ſolum ſunt à
Parentibus alendi *can. quid eſt* 35. *q.* 7. Sed
praxis Judiciorum obſervat , ut macula ignomi-
nioſa, à ſucceſſione removeat patris ; non autem
à ſucceſſione matris , *Gratian. diſc. For. cap.* 35.
Francus deciſ. 47. 640. 645. *Rota part.* 17. *rec. dec.*
407. *n.* 6. Ex contractibus occurrit Cenſus . Habet
30 Cenſus ex conſtitutione S. Pii V. quæ incipit ,
cùm onus , quaſdam adjunctas conditiones , præ-
ter formam *ut denunciatio redimendi cenſum ,*
ante bimeſtre fiat ; ut præferatur emptor cenſus . Hę
conditiones uſu non recipiuntur , Caniſius *in*
Tit. de Uſur. cap. 11. *pag.* 408. §. *& certe* .

Illud quoque non omittendum , quod in *can.*
ea enim X. q. 2. (qui tamen eſt lex Ceſarea 31
tranſcripta) traditur , ut in venditione rerum
Eccleſiaſticarum , ſit ad ſubhaſtationem venien-
dum , ut plus pecuniæ retrahatur . Hæc verò
ſubhaſtatio , jam non exiſtimatur neceſſaria . Bu-
gnyon *in tractatu legum abr. cap.* 61. *&* 66.

Ad judicia tandem deſcendamus . An non olim
accuſans , ſe ſubſcribere debuit ad pœnam ta-
lionis? *cap. ſuper his de Accuſ. cap. non proba-* 32
verit cap. manifeſta. q. 5. Sed jam hæc ſubſcri-
ptio exolevit *Gonz. in d. c. ſuper his n.* 4. *in fin.*

In Judiciis criminalibus , ex cæteris delictis;
punitur ſimonia. Si pœnas ſimoniæ reſpicias;
extat Bulla S. Pii V. quæ incipit *cùm primum* , 33
in qua pœna inhabilitatis ad omnia beneficia
præſcribitur , cùm aliquis , ſimoniace , benefi-
cium comparavit ; hæc tamen Bulla , quoad
hanc pœnam , uſu recepta non fuit , docet Lai-
man *L.* 4 *Tr.* 10. *cap. ult. n.* 54.

In ſtupro valde notabile eſt , quod pœna ſtu-
pri , quæ à Jure Canonico præſcribitur , in ce- 34
lebri *capite , expectabamus de Ad. & st.* dotan-
di , vel ducendi puellam , cui vitium illatum
ſit obſervatur etiam in foro Civili , ex praxi ,
ut *Sabellus docet verb. ſtuprum.*

Illud lectorem monitum volo , conſuetudines , 35
& ſi à Jure Canonico recedere viderentur , robur
accipere ex tolerantia ejus , ad quem ſpectat Le-
ges Eccleſiaſticas condere , ſine quo conſuetudo
juris non habet vigorem , *can. in iſtis diſt.* 4. Sua-
rez de Legib. Lib. 7. *cap.* 13.

DE JURE PERSONARUM.

TITULUS VII.

PARUM eſt Jus noſſe , ſi deſit ulterius notitia perſonarum , rerum , & actionum , quæ ſunt ejus objecta [*a*] Hæc igitur indaganda ſunt ; atque ordo efflagitat , ut prius de perſonis habeatur ſermo . Reliqua in operis decurſu tradentur . Duo perſonarum genera , ſtatuſve Chriſtianorum , Laici , & Clerici . (*b*) Laicus [*c*] ex Græco λαὸς populum ſignificat , libere vacantem commerciis ſæcularibus. (*d*) Clerici ſunt , qui Eccleſiaſticis miniſteriis obeundis deſtinati , per ordinem aſſumuntur in hæreditatem Domini . De Laicis diſponit (*e*) Jus Civile : Jus Eccleſiaſticum ad Clericos præcipuè ſpectat , ideoque noſtrum eſt de Clericis diſſerere . Ex Clericis , quidam in altiore gradu ſunt , videlicet Pontifex , Cardinalis , Patriarcha , Metropolitanus , Epiſcopus : quidam in inferiori ; Nempe , ſimplex Sacerdos , Diaconus , Subdiaconus , & cæteri , minoribus Ordinibus inſigniti .

H SUM-

OBiectum, facultatum quid ſit? 1.
Perſona quid ſignificet? 2.
Perſona de Jure Canonico, an abſolute liberum hominem denotet? 3.
Nova, & elegans Quaſtio, an Jure Canonico ſervi ſint melioris conditionis quam Jure Civili? 4.
Servitus hodie ex bello non acquiritur inter Chriſtianos. 5.
Serv: Judaorum petentes Baptiſmum, invento aliquo qui eroget 12. ſolidos ideſt 12. nummos aureos, fiunt liberi. 6.
Notitia à paucis tradita temporis in quo ſervitus ceſſarit. 7.
Servus eſt in dignitate, & quomodo, & quando hoc verificetur. 8.
Modi novi quibus ſervi facilè libertatem aſſequuntur. 9.
Servus nunc Teſtari poteſt ad pias Cauſas. 10.
Reſpondetur egregia difficultati, traditurque diſparitas obſervatione digna. 11.
Elegans Populi Æthymologia. 12.
Clericus eſt ſtatim poſt Tonſurã capax Beneficii. 13.
Explicatur Textus in can. ſtatuimus 61. d. 14.
Quibuſdã in Rebus Eccleſia Laicos ſubditos habet. 15

EXPLICATIONES.

[a] Obiecta.

De Obiecto Juris Canonici.

OBiectum cujuſque diſciplinæ id dicitur, quod ſe offert tractandum, objicere enim apud probatos auctores, eſt *offerre*, eſt *porrigere*. Unde Cicero 5. *de finibus verſ. 73. plerique victi, ac debilitati objecta ſpecie voluptatis, tradunt ſe libidinibus conſtringendos*, & Plaut. *in Rudenti* 58. 63. *Teque ambuſtulatum objiciam magnis civibus pabulum.*

Nec prætermittendum eſt, meliori nunquam ordine, tradi potuiſſe inſtitutiones, quàm fecerit Lancell. *per hac tria Obiecta*. Nam & ſi Cajus, inſtitutiones Juris Civilis, aliâ Methodo ſcripſerit, quam Juſtinianus, & Canonum inſtitutiones, aliâ via, ſtudioſæ obtulerit juventuti Blevmanus, qui Diſciplinam Canonicam, duobus libris complexus eſt. Potior tamen eſt hic ordo. quem alii ſequti ſunt laudati à nobis in proæmiali diſſertatione.

[b] Quidem.

Perſona quid ſit?

Hæc diviſio deſumpta eſt ex *can. duo ſunt* 12. *q.* 1. Dum verò talem deſignamus ordinem perſonarum, indagandum eſt. quid hic ſignificet
2 perſona? Perſona Græcè προσωπον hic accipitur pro corpore in quo eſt anima rationalis; in quo Laurentius Valla erravit, qui perſonam quoque poſuit etiam in bruto; unde perſonà, eſt ſuppoſitum rationale, nec tamen ſola anima eſt ſuppoſitum, ſed debet eſſe ſubſtantia completa, quòd ſuppoſitum ὑπόστασιν Græci dicunt. Ulterius indagandum, quid differat in nomine perſonæ Jus Canonicum à Jure Civili. De Jure
3 Civili, perſona tantum ſignificabat hominem liberum, ideo, ſervi ſine perſona dicti ſunt Thophil. *ad Tit. de Stip. ſerv. Caſſiod. l. 6. Epiſt.* 8. his verbis: *quid enim prius facerent inter ſervos Jura publica, qui perſonam legibus non habebant*, conſonat Text. *in l. 4. ff. de cap. dim. l. nulio 7. ff. ad L.* Corn. *de falſ.* At verò de Jure Canonico, in multis ſervi Chriſtiani perſonam habere videntur: utque evidentius Jura ſervorum, inſpecta lege Canonica conſtare poſſint, ſequentem diſſertationem proponimus.

DISSERTATIO UNICA.

An ſervi Baptizati, ſint melioris conditionis, quam eſſent antiquitus, de Jure Civili?

Sit noſtra Concluſio. Servi Jure noſtro melioris conditionis exiſtunt, quam eſſent juxta Leges ſeculi. 4

Hæc Concluſio ſic declaranda eſt. Nam ſupponimus, Baptiſmi prærogativam non ſufficere, ut ſervus paganus, ſimul ac lavacro regenerationis abluitur ſtatim eximatur à ſervitute, quin etiam adhuc ſervus eſt, ut communiter docent noſtri *ultra: Molin. tract. 1. de juſt. & Jur.* qui varios titulos deducendi in ſervitutem apud Chri- 5
ſtianos adducit. *Vinn. in §. 1. Inſt. de Jure. perſ.* Ad differentiam Hæreticorum, qui ſi in bellò adverſus Catholicos capiantur non ſunt ſervi *Dian. p. 11. tract. 3. Miſcell. reſol. 1. Rebell. de Jur. p. 1. l. de Prab. q. 9. n. 41.*

Nec obſtant Text. in *can. fraternitatem diſt.* 54. *in can. ſi quilibet, in can. & ſi in can. præſenti ead. diſt.* Nam ex quavis litera Textus evi- 6
denter colligitur tractari de ſervo Judæi, qui ſervus, ſi ad Eccleſiam confugiat petens Baptiſmum, debet baptizari, & vindicari in libertatem per modos conſuetos, *Amoſtazo de cauſ. piis Tit. 11. p. 389. n. 64.*

Verum ſi quærimus, quando nam ſervitus inter Chriſtianos fuerit abrogata? Etſi difficultatem, quæ ſtudioſo Juris noſtri facile poteſt occurrere, nemo, vel attigerit, vel enodarit; invenio tamen Bartolum *in L. hoſtes ff. de capt. & poſt l.* 7
reverſis affirmantem, ſuo ævo, ſcilicet citra an-

num

num 1300. Jura captivitatis, & poſtlimini non fuiſſe obſervata: Fuerunt tamen Frederici. II. Imperatoris in placitis Regni Neapolitani de ſervis fugitivis conſtitutiones, qui regnabat anno 1212. Quare probabile eſt, poſt Friderici tempora, ſervos eſſe deſiiſſe; quod, & Panormitanus obſervat. In Belgio Margarita Flandriæ Comitiſſa, quæ obiit anno 1285. plurima tulit edicta tollendæ ſervitutis, eamque ceteri Principes ſunt imitati, Bugnyon. *Tract. leg. abrog. in Add. Tit. V. Verbo A.* His præmiſſis, jam aſſertio

PROBATUR I. Quia inter ſervos per Baptiſmum adoptatos in Chriſti familiam, verum Matrimonium verumque Sacramentum conſiſtit, non contubernium, ut olim infeſtæ Cęſarum leges ſtatuebant, *cap. ad noſtram, de Coniug. Servor. can. ſi quis ancillam, can. ſi quis ingenuus 29. q. 2. cap. illud, de Preſcript.*

PROBATUR II. Quia mancipium Eccleſiæ, dicitur eſſe in dignitate *in cap. injuſtum extra de*
8 *rer. permut.* explicat *Genuenſ. tract. de Eccleſ. q.* 326. Sed rationem non tradit, quæ in vetuſtatis declaratione poſita eſt. Quippe conſuetum erat antiquitus, ut fideles pro remedio animæ, relinquerent Eccleſiæ, ſervos. Horum functiones erant, ruinas Eccleſiarum inſtaurandas curare, ſepulchra obſervare, purgare, defendere, ut probat *Gonz. tom. 3. in Comm. ad Text. adductum.* Eorumdem educatio ſeveriſſima erat, quippe ſtudiis incumbebant, unde Concil. Aurelian 4. can. 23. hæc habet: *ſervus Eccleſiæ prædas, & captivitates exercere non licet.* Jam quod eſſent hujuſmodi ſervorum non vulgaria Privilegia, Concil. Tol. 3. *can.* 22. his verbis. *Si quis vero judicum aut actorum Clericum, aut ſervum Clerici, vel Eccleſiæ in publicis, aut privatis negociis occupare voluerit. à Communione Eccleſiæ privetur*, dicebatur indignitate. En qualis ſe vi Eccleſię conditio.

PROBATUR III. Quia ſervus Judæi Chriſtianus, niſi venum exponatur, ab eo intra tres menſes, fit liber, Canonum diſpoſitione: textus *in*
9 *cap. fin. de Judæis, in can. fraternitatem diſt.* 54. *Ricciul. de Jure perſon. cap. 28. Lib. 2. Fragoſ. P. 3. de Regim. Eccl. Lib. 10. n. 6. diſp.* 21. Quin etiàm ſervus Iudæi voluntatem oſtendens Baptiſmi, erogante aliquo 12. aureos, libertatem illicò nanciſcitur *cap. 1. de Iudæis Tenellus in manud. infid. ad fidem Convert. 5. n. 4.* Etſi verò, proviſum in hoc a Legibus quoque dicatur in *can. mancipia diſt.* 54. reſpiciendo Textus *in l. Iudæus C. ne Chriſtianum mancipium in l. Deo nobis §. his ita Cod. de Epiſc. & cl.* ſpecialius tamen favori ſervorum proſpectum eſt, in Concilio Tolerano *in can. & ſi diſt.* 54. in Concilio Matiſconenſi *in can. præſenti ibid* quoad eumdem ſervum infidelis. *Petra ad Conſt. Apoſt. Tomo 3. Conſt. 1. ſect. 2. n. 1.*

PROBAT. IV. Quia ſervus, presbyteratu ſuſ-
10 cepto, liber fit *can. frequens diſt.* 54. Et, quod Canonum benignitati tribuendum eſt, ſi, ut ordinetur, a Domino manumittatur, operas alias, niſi ſpirituales dominus ei imponere non poterit *cap. 5. de ſervis non ordin.* conſtante propterea diſpoſitione textus, in *l. 1. ff. de oper. libert. in l. opera ff. de Uſufr. leg. in l. alligere 6. ſtipulatus ff. de Iure Patron. in l. pen. C. de obſeq.* cum ſimilibus adductis ad ſaturitatem a *Valentia Illuſtr. Tract. 3. cap. 4.*

PROBAT. V. Quia naturalis Iuris liberiorem uſum, ſervis Canones indulſerunt, pulcherrimus Text. *in can. omnibus 20. q. 2.* Quæ ratio eſt, cur ſervi ad pias cauſas teſtari poſſint: ut defendit *Franciſcus A Moſtazo de Cauſ. piis Tomo I. Lib. 1. cap. 5. n. 41. & ſeq.* rejecto *Donello Lib. 6. comment. cap. 5. & ibi Oſualdo lit. C. Gomez L. 3. Taur. n. 12. Pichardo in Princ. Inſt. quib. non eſt permiſſ.* Additque idem *A Moſtazo n.* 44. hęc verba: *Nam licet ſervi olim rigide tractarentur, & quicquid acquirerent Domino acquirerent; hodie verò humanius tractantur, ſuntque plures caſus, quibus ſervus bona ſibi acquirit, quos recenſet Sanchez Lib. 1. c. 1. dub. 1. n. 1. Diana 7. Parte Reſol. Tract. 7. art.* 28.

PROBAT. VI. Quia metuentes ſervi ſævitiam Domini, ſeque recipientes in Eccleſiam, non ſunt reddendi Domino niſi juret hic ſervi impunitatem, Gelaſius in *can. metuentes 17. q. 4.* & licet hoc ſit etiam diſpoſitum in *l. præſenti §. cum autem, in l. ſi ſervus C. de his qui ad Eccl. conf.* tamen hoc primitus ab Eccleſia introductum patet, ex *can. id conſtituimus 17. q. 4.* Quare Clemens Romanus: *non opprimes*, ait, *ſervum: non dominaberis ei dure*, Qui locus adducitur a *Grotio de jure belli, & pacis cap. 14. Lib. 3.* Et præclare firmat Marta *P. 3. de Iuriſd. cap. 8. n.* 42. ſi ſervi a domino opprimantur, eos agere poſſe coram Epiſcopo denunciatione Evangelica juxta *can. ſi peccaverit 2. q.* 1.

PROBAT. VII. Quia Clericorum ſervi, dominorum inſtar privilegiis eorum fruuntur Concil. Toleranum in *can. Eccleſiarum 12. q. 2.* probat *Ioan. Anton. de Nigris in extrav. un. de Vit. & hon. Cler. n.* 88. Imo *Auguſt. Barboſa Iur. Eccleſ. univer. Lib. 1. cap. 30. §. 2.* ex hac doctrina interpretatur Text. *in cap. ult. de Off. Archid.* quoad ea verba: *& hominum, & familiæ ſuæ cauſis* arcanum. text. *in cap. pen. de Privil. in 6.*

Objic. 1. Servi de Iure Civili, pro nihilo reputantur *l. quod attinet ff. de R. I.* ideo ne homines quidem vocantur; Sed greges *l. plenum §. ſed ſi pecoris ff. uſu, & hab. L. 2. §. 1. ff. de Rer. diviſ.*, ergò idem de Iure Can. obtinet arg. text. *in c. 1. extra de novi oper. nunciat.*

Reſp. De Iure Canonico non nihil eſſe decoratam conditionem ſervorum, ut decretum, eſt *in cap. 1. extra de Coniug. ſerv.* quamobrem, etiam ſi de Iure Civili pro nihilo reputentur; nihilominus, ſecundum noſtrum Ius, ſervi Chriſtiani inter membra Chriſti connumerantur, & veluti Patriarchæ Iacob Filii, progeniti tam ex libertis, quam ex ſervis equali jure fuerunt, ita ſervi inſigniti caractere Chriſtianitatis, quoad Sacramenta perſonam habent, non minus quam ingenui, ut mox oſtendemus.

Objic. 2. Servi Chriſtiani non poſſunt ordinari, nondum ſequuta manumiſſione text. in *cap.* 1. *extra de ſerv. non ordin.* ergò nec etiam quoad ſacramenta, ſervi perſonam habent.

Statuendum, cum, fictione juris Perſonam ſervi non habeant *Alteſerra de Fict. Iur. Tract.*
11 1. *cap.* 16. iidemque ſolum naſci homines videantur ex manumiſſione *l. ex facto* 5. 6. *ex facto ff. ad Treb.* Amaja *ad l.* 7. C. *de Incol. n.* 55. non omnino Canones fictionem hanc recipere; Nam penes eos perſona penitus ſervi non carent; utcumque ſit ea vilis conditionis. En ad rem Concilium Toletanum *in can. de ſervorum diſt.* 54. *in fine*, ibi: *vilis perſona manens. Præpoſitus in can. admittitur diſt.* 55. *n.* 2.

Jam facile diluitur objectum, adducta ratione diſparitatis, quia per ſuſceptionem ſacrorum Ordinum, facto alieno, dominus privaretur re ſua, hoc eſt dominio in ſervos; ideo ne id contingat, jus noſtrum ſpecialiter ſacri Ordinis ſuſceptionem prohibuit; at verò in Sacramentis aliis, tale domini præjudicium ceſſat.

Objic. 3. Text. in *cap. ult.* 32. *q.* 4. *ubi ſemper qui naſcitur, deteriorem parentis conditionem ſumit*, ex quo colligitur ſervilem conditionem eſſe deteriorem, quam de Jure Civili juxta quod ſi ex ancilla liberi orti fuiſſent partus ventrem ſequebatur *l. ne diutius* C. *de Agric.* & *conſ. l. Herennius ff. de ſtat. hom.*

Reſp. cum *gloſſa* Iſidorum in eo Textu loquutum eſſe juxta leges Theutonicorum, quia apud iſtas nationes, partus ſequebatur conditionem deteriorem cujuſcumque parentis. Contra de Iure Canonico *cap. licet de conjug. ſervor.*

(c) *Laicus*.

De appellatione Laici.

Λαός proprie ſignificat lapidem, ſed etiã populum, propter notam Deucalionis, & Pyrrhæ fabulam, qui reparaverunt humanum genus per lapidum projectionem. Nam cunctis mortalibus, Diluvii fluctibus abſumptis, præter Deucalionem, & Pyrrham qui in Parnaſſi monte ſoli ſupererant conſulto Oraculo Themidis de reparatione, reſponſum retulerat, ut magnę parentis oſſa poſt tergum jactarent *Ov. l.* 1. *Met.*

Et juſſos lapides, ſua poſt veſtigia mittunt.
Saxa (quis hoc credat, niſi ſit pro teſte vetuſtas?)
Ponere duritiam cœpere ſuumque rigorem,
Mollirique mora mollitam, & ducere formam.

Notat id *Bicymanus in inſt. Can. L.* 1.

(d) *Clericis*.

De appellatione Clerici.

Hæc appellatio deducitur *ex can. duo ſunt* 12. *q.* 1. cujus verba elegantiſſima ſunt: *Inde hujuſmodi homines vocantur Clerici ideſt ſorte electi, omnes enim Deus in ſuos elegit. Hi namque ſunt Reges, ideſt, ſe, & alios virtutibus regentes, & ita in Deo regnum habent; & hoc deſignat Corona: in capite hanc Coronam habent ex Conſtitutione Romanæ Eccleſiæ inſignia regni, quod in Chriſto expectant: Ratio verò capitis eſt, temporalium omnium depoſitio.* Conſtituitur autem Clericus per ſolam Tonſuram *cap. ex literis de Tranſ.* ideoque, cum Beneficium non niſi Clerico poſſit conferri; Tonſu- 13
ra præcedere debet *cap. cum adeo* 17. *de Reſcript.* Sed quomodo explicatur Hiſtoria de Beato Nicolao, qui ex laico electus eſt in Epiſcopum, & de B. Severo, qui ex lanificio, aſſumptus eſt in Archiepiſcopum, & de D. Ambroſio, qui nondum baptizatus renunciatus fuit Archiepiſcopus? ut poteſt probari per Text. *in can.* 14
ſtatuimus §. *econtra* 61. *diſt. ex verbis Grat.*

Varias reſponſiones adducit *Garc. de Ben. p.* 8. *c.* 1. *n.* 14. Verius dicendum cum illis diſpenſatum. *Oieda de Incompat. c.* 14. *n.* 9. Et hodie ex Conſtitutione 38. *Xyſti V. de habitu*, & *Tonſura* &c. requiritur, ut tempore collationis beneficiorum, electi, ſint actu Clerici, alias collatio eſt nulla. Quin etiam, ſine Tonſura, nemo poteſt ad beneficium præſentari. *Garc. d. c.* 1. *n.* 24. Ut verò melius innoteſcant hæc omnia, placet hic opponere verba, quæ Epiſcopus dirigit tonſurandis, ut ſunt in Pontificali Romano Gregorii XIII.

Filii chariſſimi, animadvertere debetis quod hodie de foro Eccleſiæ facti eſtis, & privilegia Clericalia ſortiti eſtis; cavete igitur, ne propter culpas veſtras, illa perdatis, & habitu honeſto, boniſque moribus, atque operibus Deo placere ſtudeatis.

(e) *De*.

De Laicis diſponit Ius Civile.

Lex imperat ſubditis. Jus Canonicum potiſſime de Clericis diſponit Text. elegans in *cap. cum ad verum* 93. *diſt.* ubi *duæ ſunt in mundo diſcreta poteſtates*. Quod tamen, ita intelligitur, ut in ſpiritualibus Eccleſia etiam Laicos ſubditos habeat; ut ſi agatur de Sacramentis, animæ ſalu- 15
te, ut ſi de pœnis ob delicta Eccleſiaſtica, & ſimilibus. Quin etiam, eo progreditur interdum jus noſtrum, ut de Laicis diſponat etiam in temporalibus, quandocumque finis ſpiritualis reſpiciatur, ut late docet *Bellarm. de S. Pontif. cap. ad Apoſtolicæ de ſent. & re jud. in* 6. *cap. novit.* §. *non igitur de Iudic. cap. per venerabilem, qui Filii ſint legit.*

DE

DE SUMMO PONTIFICE.

TITULUS VIII.

REGITUR Mundus (*a*) per democratiam [*b*] per ariſtocratiam, ac (*c*) monarchiam: Nullum verò regimen Eccleſię magis convenit, quam (*d*) monarchia: ideoque, licet inviſibiliter illi pręſit Rex Regum Chriſtus [*e*] Eccleſia tamen utpote viſibilis, & corporea, viſibilis quoque Judicis poſtulat adminiſtrationem: & hic (*f*) vocatur S. Pontifex, Chriſti Vicarius, ac Petri (*g*) ſucceſſor. Contigit autem hoc privilegium Primatus uni [*h*] Romano Epiſcopo; nam Divus Petrus declaratus fuit à Chriſto Paſtor univerſalis: Quare D. Hjeronymus *ſuper Epiſt. ad Galatas: ſolus Petrus inter Apoſtolos primatum gerebat*; & D. Joannes Chryſoſt. *Hom. in Joann. Petrum Chriſtus ordinavit Ordinis magiſtrum.* Et licet Apoſtoli quoque univerſalem regendi Eccleſiam accepiſſent poteſtatem, hæc fuit tamen extraordinaria, nec ſeiungenda ab Apoſtolatu; ſed demum finito Legationis officio caritura [*i*] Cùm verò Petrus Romæ [*k*] fixerit Sedem ſuam, debet jugiter transferri Pontificatus in ſolos Epiſcopos Romanæ urbis. Nam, quamquam Petrus potuiſſet alia jn urbe Sedem ſuam eligere ſtabilem, ac duraturam, ideoque, primatum Epiſcopo alterius Civitatis communicare; tamen, anno Sal. 45. Romanam Eccleſiam totius Orbis Principem inſtituit, & jure ſuccedendi in Pontificatu, Romanum (*l*) Epiſcopum, Deo diſponente, decoravit.

Poteſtas Pontificis partim ſpiritualis; partim quoque temporalis. Spiritualis exercetur ab ipſo in Clericos, & in Laicos: In Clericos, ſive (*m*) agatur de Beneficiis, ſive (*n*) de Diſpenſationibus, ſive (*o*) de delictis, ſive de [*p*] Eccleſiaſtica diſciplina. In Laicos, ſive agatur [*q*] de Sacramentis, ſive [*r*] de delictis Eccleſiaſticis, ſive de (*ſ*) diſpenſationibus, ſive de [*t*] Moribus. Temporalis quoque poteſtas ejuſdem conſideratur; vel circa res; vel circa perſonas. Hunc quidem locum impetunt nonnulli falſa perſuaſione [*u*] decepti. Attamen ita eſt; bona temporalia d tinere Eccl ſia poteſt. Dono accepit Eccleſia res varias à [*x*] Conſtantino, & Regibus Galliæ. Quid ni igitur Pontifex, ſui Patrimonii [*y*] verum retineat dominium? Nec minus exercere poteſt ob finem Spiritualem auctoritatem ſuam erga laicos Principes: ut exempla occurrunt non pauca (*z*) in hiſtoriis. Quin etiam poterit Regum Jura, ac res (*aa*) adminiſtrare: (*bb*) ut feciſſe traditur Innoc. IV. & Bonif. VIII. Inter hæc omnia illud quoque certum eſt, nec ſpiritualem, nec temporalem ſibi debitam Poteſtatem, ab ullò (*cc*) pendere.

SUM-

Digitized by Google

SUMMARIUM.

Quid ſit Democratia? 1.
Polonia quomodo regatur? 2.
De Republica Spartanorum. 3.
De Monarchia. 4.
Plura de Jure Monarchia. 5.
Omni Gubernationi præſtat Monarchia. 6.
Eccleſia militans viſibilis eſt. 7.
Errores hac de re Hæreticorum. 8.
Epiſcopi olim Pontifices dicti. 9.
Vox Papa quid ſonet? 10.
A quo Concilio definitum, ut Pontifex Romanus ſolus Papa dicatur? 11.
Differt nomen Chriſti Vicarii, & Petri ſucceſſoris. 12.
Quomodo explicetur quod Epiſcopi Apoſtolis ſucceſſerint? 13.
Refellitur cavillatio Hæreticorum, & quod Petrus Romæ fuerit oſtenditur. 14.
Oſtenditur Catholica veritas de primatu Petri. 15.
Solus Pontifex liberam habet Beneficiorum diſpoſitionem. 16.
Solus Pontifex novos erigit Epiſcopatus. 17.
Solus Pontifex confert gratias expectativas. 18.
Pontifex an poſſit in Voto ſolemni diſpenſare? 19.
Exempla talis diſpenſationis. 20.
An Papa poſſit in horis Canonicis diſpenſare? 21.
Pontifex nonnulla tolerat ad majora mala vitanda. 22.
In Regno Galliæ Iudices Regis an in Clericos procedant? 23.
Tribus principiis Doctrina omnis de exemptione, & immunitate Clericorum præcipua brevitate traditur. 24.
Quid poſſit Pontifex in Sacramentis? 25.
Duplicis generis delicta. 26.
Propoſitiones circa mores. 27.
Non poteſt errare Pontifex in Decretis morum. 28.
Refellitur Caramuel. 29.
Olim credebatur omni Sacerdoti poſſe abſolvere. 30.
Alia opinio damnata. 31.
Alia opinio quod in abſentia liceret abſolvere. 32.
Quidam contendunt eſſe in Pontifice poteſtatem temporalem directam. 33.
Verior hac in re ſententia Bellarmini. 34.
Defenditur tanquam vera donatio Conſtantini. 35.
De aliis donationibus. 36.
Multiplex dominii ſpecies, Proprietatis, Poſſeſſionis Uſusfructus ex Cujacii Sententia. 37.
Dominium Iure Quiritario quale ſit? 38.
Quid ſit Conſiſtorium? 39.
Origo Auditorum Rotæ Romanæ. 40.
Auditores Rotæ Romanæ an habeant Juriſdictionem delegatam? 41.
In Tribunali Rotæ nullus eſt libelli uſus. 42.
Numerus Auditorum Rotæ. 43.
Quis ſit Auditor Cameræ? 44.
Quis ſit Iudex ordinarius? 45.
Iudex Ordinarius Romæ, eſt executor omnium ſententiarum, & rerum judicatarum aliorum judicium ſtatus Eccleſiaſtici. 46.
Gubernator urbis Romæ eſt Vicecamerarius. 47.
Hic habet Civilem, & Criminalem juriſdictionem. 48.
Pontifex augendo pœnam decretam à Gubernatore urbis non incidit in Irregularitatem. 49.
Senator urbis quis ſit, quæ ejus origo? elegans notitia. 50.
Quis ſit præſes fori capitolini? 51.
Quis ſit dux Generalis? 52.
De Tranſlatione Imperii in Germanos. 53.
De Electoribus. 54.
Qui fuerint ex Principibus à Pontifice depoſiti? 55.
Explicantur hac occaſione varii textus. 56.
Examinatur elegans quæſtio an de infidelium Regnis Pontifex diſponere queat. 57.
An infideles bona Eccleſiaſtica habere queant in Emphyteuſim? 58.
Vacante Imperio Pontifex illud adminiſtrare poteſt. 59.
Pontifex poteſt Principi Coadiutorem dare. 60.
Pontifex poteſt legitimare filios Principum. 61.
Pontifex poteſt ſe in pace Principum bella gerentium ingerere. 62.
Perturbatores pacis poteſt excommunicare. 63.
Ardua an poſſit explicare ſine Cardinalibus? 64.
Explicantur varii Textus. 65.
Nullo modo Pontifex Laicali poteſtati ſubiicitur. 66.
Varii Textus diſtinctione quadam explicantur. 67.
Pontifex auſu temerario à quonam ſit excommunicatus, ſed ſine ullo effectu? 68.

EXPLICATIONES.

(a) Per.

Quid ſit democratia?

EST Democratia populi Imperium *ἀπὸ τοῦ δημοκρατεῖν* cujus requiſita ſunt, ut magiſtratus à populo conſtituatur; Quare ab ſententia Magiſtratus appellatur ad Judicium populi; quod in Romana Rep. conſuetum fuiſſe teſtatur Livius *L.* 2. & 4. Et de Athenienſium Rep. quæ pariter democratia regebatur, idem affirmat *Plutarc. in Solone*. Aliud requiſitum eſt ut leges, quibus Reſpubl. gubernanda eſt, à Magiſtratu quidem proponantur, ſed jubeantur à populo; Conſtat, ex *Orat.* Cicer.

de Leg.. Manil. & Agrar. ad poſul. Tandem in hoc regimine, Magiſtratus apud populum accuſatur, ab eo judicatur, & condemnatur. Sic Romani Tarquinium Conſulem, ob infeſtum Tarquiniorum nomen, Magiſtratu privarunt *Livius L.* 2. Iidemque decemviros depoſuerunt *L.* 2. *ff. de Or. Iur.* Præter Urbis Romanæ, &
2 Athenienſis exempla, aliâ etiam proferri poſſunt; Polonia mortuo Lecho, 12. Palatinis gubernacula credidit, poſtea tamen eligere Gracum coacta, Crom. L. 2. *Polon. biſtor.* — Gallia pariter Ariſtocratia regebatur, Hilderico IV. expulſo *Paul. Æmil. vet. biſtor. Gallican.* Sunt præter aliàs non paucæ Germaniæ Civitates, ut Reſp Helvetiæ: in quibus populus fert. ſuffragia *Bejerlinch. verbo Democratia.*

(*b*) *Per.*

De Ariſtocratia.

Eſt Ariſtocratia optimatum gubernatio, quam eleganter deſcripſit Homerus *Odyſſ. IX.* 420. ubi Bæotorum quinque Reges numerat, & apud Phæaces, Alcinous hæc.

Biſſeni populum Reges hunc jure gubernant.
Tertius bis ſupra decimum ſuperadditus ipſe
Sceptra gero

Taliſque erat Reſpublica Spartanorum: *Plu-*
3 *tarcus in Libr. de Unius in Rep. dominatu.*

(*c*) *Monarchia.*

Quid Monarchia ſit?

Hæc definitio *Platonis eſt in Dialogo iij de*
4 *legibus*, *Ciceronis in L. 3. de Legib.* Senecæ *L.*
2. *Epiſt.* 14. ibi: *interdum ſinguli timendi, quibus poteſtas populi, & in populum data*. Conſonat, *L.* 2. *§. poſt originem ff. de orig. Iur. L.* 1. *ff. de Conſt. Princ. Cujac. ad L. 5. ff. de or. Iur.*

Monarchiam *Natura commenta eſt* (ait Seneca 1. de clem.) *quod ex aliis animantibus licet cognoſcere, & ex apibus.*

Hæc in votis hominum. I. *Reg. cap.* 8. Judæi Regem poſcentes, ſic audiuntur; *conſtitue nobis Regem, ut univerſa habent Nationes*: & in Italia primi illi Romani (*ut apud Liv. L.* 1.) *in variis voluntatibus Regem tamen volebant*. De hac Monarchiæ vetuſtate Lipſius *in mon. Polit. L.* 2. *cap.* 1. *Riſicatus de ſtatu hom. Tom.* 2. *Fol.* 7.

Celebris eſt Volaterrani diviſio in *L.* 36. *Philol. in ſua Polit.*. alia eſt (ait) Monarchia *Barbarica* ex genere proveniens, & Legibus imperans; ſicuti illa cui præeſt Parthorum Rex; aliâ *Eſineta* Electiva Principis, qualem elegerunt Mytilenis Pittacum adverſus exules ſuos, quibus præerat Antimenides; aliâ *Laconica* perennis, ſecundum leges tantum belli imperium habens; poſtremo, *Regià*, quæ ſe ad populos, uti Pater, ad Filios habet.

Varia de Monarchiis jura; Cujacius in *Pa-*
5 *ratitl. ad Tit. de Pactis* ait, Regnum Filio natu majori cedere; Probatque ex Livio *L.* 4. & Juſtin. *L.* 11. *cap.* 16.

In L. deprecatio ff. ad L. Rhod de jactu, Imperator ſe dicit Mundi dominum. Sed Regna multa re ipſa exempta ſe profitentur. De Hiſpania plura ſcribit *Procopius L. 3. de Bello Vandalico*; alii præterea ſe præſcriptione tuentur *Gravet. in Tract. de Accuſ. §.* 4. *Oldrad. Conſ.* 69. *Marta de Iuriſd. p.* 1. *cap.* 33.

(*d*) *Eccleſia.*

Convenit Eccleſiæ Monarchicum regimen.

Etenim, Homerii vox erat.
Nec multos regnare bonum: Rex *unicus eſto: Unius Imperium.*

Iſocrates in Nicocle hęc habet „ Non modo au-
„ tem in vulgaribus, & quotidianis rebus Mo-
„ narchiæ præcellunt, ſed etiam Militiæ commo- 6
„ ditates omnes potiores habentur. Item Hero-
„ dotus: Nam unius viri, qui optimus ſit, impe-
„ rio, nihil melius eſſe conſtat.

Quod autem multo magis præſtet in Eccleſia eſſe Monarchiam, ſtatuit Pius II. in Bulla Retractationum — Etenim Eccleſia una eſt, licet per totum orbem terrarum diffuſa, *cap.* 1. *extra de ſumma Trin. & Fide Cath. cap.* 1. *de Major. can. omnes diſt.* 22. *can. non decet diſt.* 12. *can. qui cathedram diſt.* 93. Atqui, ut ait Politianus *Orat pro Orator. Senenſ. unitatis ipſius, quæ maxime in Eccleſia quæritur congruentior cauſa eſt unus, quam multi.* Videatur Bellarmin. *de Summo Pontific.* Qui ita ratiocinatur. Eccleſiæ inviſibili, & gubernationi ejuſdem, & univerſarum rerum, unus Deus omnipotens, & Rex Regum cùm ſummo Imperio præeſt; unus Chriſtus Deus, & homo, inviſibilis Eccleſiæ caput eſt. Quare obſecro viſibilis Eccleſiæ ſint plura capita? Ut malè contendebat *Joannes Hus articulo* 27. *quem damnat Concil. Conſtantienſe.*

(*e*) *Eccleſia.*

Eccleſia quatenus viſibilis ſit?

Eccleſia dividitur in triumphantem, mili-
tantem, & pænantem; triumphans eſt eorum, 7
qui in Cœlo ſunt. Militans eſt congregatio fi-
delium, collectio, multitudo per Orbem dif-
fuſa; pœnans eſt eorum, qui poſt obitum, luſ-
tralibus Purgatorii flammis conſignantur ad ad-
miſſorum in vita ſcelerum reatum penæ expi-
andum. Neque hic Eccleſiam accipimus pro
loco, in quo orant fideles; Hanc igitur Con-
gregationem eſſe viſibilem, patet ad ſenſum: de 8
qua vari exiſtunt errores. Anabaptiſtæ affir-
mant, ad Eccleſiam pertinere ſolos juſtos, pu-
ros, ac perfectos. At Joannes Hus, Calvinus,
Lutherus, occultam Eccleſiam prædicant, quia
putant eſſe cætum prædeſtinatorum: quocirca
Confeſſio Auguſtana eam definivit, *congregatio-*
nem membrorum Chriſti; neque enim (*ajunt*)
conſtare poteſt in terris, quis ſit prædeſtinatus:
unde inviſibilem Eccleſiam cenſent.

Sed perperam; quia Chriſtus diſcipulos ſuos

vocat

vocat *lucem Mundi*, eoſque alloquitur dicens: *Non poteſt Civitas abſcondi ſupra montem poſita*. Ruſus, controverſias ad Eccleſiam deſerri jubet Chriſtus D. *Math.* 18. Quo præcepto quid vanius; ſi inviſibilis eſt, & occulta Eccleſia?

(*f*] *Et*.

De S. Pontificis appellatione.

Innumeri ſunt, qui rationem hujus appellationis tradiderunt. Juxta *Ciceron. ad Attic.* Pontifex dicitur ſacrorum Princeps: & Varro *l.* 5. *de ling. latin.* Pontifices vocat *à poſſe & à ponte ſublicio*, quem quia ſacer credebatur, labantem ſoli reficiebant, ut idem Varro affirmat.

9 Cum proprietate verioris ſenſus indicantis poteſtatem, appellatio *Pontificis* tranſivit in uſum Chriſtianæ Relligionis. Olim verò, paſſim Epiſcopi dicti ſunt Summi Pontifices, unde *Concil. Tol.* 6. *act: Convenientibus vobis Hiſpaniarum Galliarumque Pontificibus Summis*. Poſterior autem conſuetudo obtinuit, ut per Antonomaſiam ſolus Epiſcopus univerſalis, qui totius Eccleſiæ moderatur habenas, diceretur *Pontifex*. Idem quoque vocatur *Papa*, & hoc nomen apud Syracuſanos, & Scythas *Jovem* ſonat. Reipſa, *Pa-*

10 *pa* eſt vox Amoris, tracta à dictione παππας quæ Patrem, ac Nutritium ſignificat, & Avum, unde *Juven. Sat.* 2.

Et timidus prægustet pocula papas.

Primis autem Eccleſię ſæculis, uſque ad annum 850. nomen illud commune erat omnibus Epiſcopis, tandem Romano Pontifici hic titulus datus eſt, & ut ſolus eum deferret, defi-

11 nitum in Synodo Romana *a Gregorio VII. anno* 1093.

(*g*) *Chriſti*.

S. Pontifex Chriſti Vicarius, & Petri ſucceſſor.

In hoc differt *Chriſti Vicarius*, *& ſucceſſor Petri*, quod ut obſervat Bellarmin. Vicarius datur viventi, hoc eſt Chriſto, qui eſt Filius Dei vi-

12 vi; & ſurrexit à mortuis non amplius moriturus, ut ait Trid. *ſeſſ.* 10. *de Sacr. Euch.* at ſucceſſor datur defuncto, ideoque non Vicarius Petri, ſed ſucceſſor vocari debet Pontifex.

(*h*) *Uni*.

De Primatu S. Pontificis.

Veritatem hanc de Primatu perſequuti ſunt doctiſſimè *Valentia in ſua Analyſi fidei L. D. cap.* 8. *Rob. Bellarm. quinq. lib. Petrus Coronus l.* 2. *Inſt. Cath. Thom. Staplet. in tract. de Fidei princ. & in prompt.* Et alii innumeri à nobis in decurſu operis citandi.

Obſervandum eſt, quod Pontifex eſt Epiſcopus Romę, eſt Patriarcha Occidentis: & eſt etiam Pontifex; nec enim hæc officia invicem pugnant.

[*i*] *Caritura*.

S. Pontifex ſucceſſor eſt D. Petri.

In hunc ſcopulum, Novatores, aliique Hæretici impegerunt, putant enim eo quod Epiſcopi vocentur ſucceſſores Apoſtolorum *in can. clericos diſt.* 21. eos ſuccedere in *Apoſtolatu*, ideoque fieri non poſſe, ut detur unus, qui habeat 13

ſupra Epiſcopos Primatum. Quia alioquin cæteri eſſent *Vicarii Pontificis*, & non Epiſcopi Ordinarii. Hos refellit Bellarm. *in Apologia contra Regem Angliæ*. Nam legatio Apoſtolorum fuit ad tempus iis conceſſa, donec viverent, non autem in ſucceſſoribus permanſura.

(*k*) *Roma*.

D. Petrus verè Romæ fixit Sedem ſuam.

Petrum Romæ fuiſſe, certum eſt, negant Hæretici; Sed integris 14. ſæculis hoc indubitatū, atque Uvicleffus fuit primus: qui id in dubium revocare auſus eſt, *Calvinus Illiricus*, *Ma-* 14

gdeburgens. Uldaricus, *Velenus* è diſcipulis Lutheri, Apoſtolicæ ſucceſſionis odio inſtigati, contrarium tuentur, levibus tamen innixi fundamentis. Quod nempè ex Actis Apoſtolorum conſtet Paulum veniſſe Romam, de Petro ne verbum quidem. Quinetiam in Epiſtolis D. Pauli nullam de Divo Petro fieri mentionem; verum mendacii redarguitur talis opinio, ex variis teſtimoniis.

Primum eſt D. Petri, qui in fine primę ſuæ Epiſtolæ ita ſcribit: *Salutat vos Eccleſia in Babylone collecta*; ac per Babylonem intelligi Romam, aſſerit *D. Hieron. l. de viris Illuſtr.* inde accepta ſimilitudine, quod ſicut olim vera Babylon fuerat caput Imperii, & Regem Nabucdonoſor habuerat fidelium perſecutorem; ita Roma, habebat Neronem in Chriſtianos immaniſſimum.

Secundum eſt D. Ambroſij Orat. contra Aux. verba ſunt „ Nocte Petrus, cùm ob ſuperatum
„ Simonem Magum, odium Gentilium in ſe con-
„ citaſſet, muro egredi cæpit, & videns ſibi Chri-
„ ſtum ocurrere, urbemque ingredi ait: Domine
„ quo vadis? Reſpondit Chriſtus: venio Ro-
„ mam iterum crucifigi. Intellexit Petrus, ad ſe
„ Divinum pertinere reſponſum.

Tertium eſt D. Hieronymi lib. 5. Epiſt. verba ſunt „ Simon Petrus, ad expugnandum Simo-
„ nem Magum, Romam pergit ibique 25. annis
„ Catehdram Epiſcopalem tenuit, uſque ad
„ ultimum, hoc eſt, uſque ad 14. Neronis an-
„ num: à quo, & affixus Cruci Martyrio coro-
„ natus eſt, capite ad terram verſo.

Quartum ſit Erithreæ Sybillæ vaticinium, cujus meminit Sanderus de viſibili Monarchia *l.* 7. *p.* 1. *Chriſtus non gladio, aut bello, ſed in hamo Piſcatoris, urbem Aeneidum, ſibi eſt ſubjecturus*. Cætera videnda ſunt apud Euſebium l. 2. Ann. c. 25. & Bellarminum de S. Pontif.

Non obſtant ſuperius adductæ difficultates. Nam ſi velimus obſervare quæ in Actis deſint; planè cogemur etiam inficiari, quæ exploratiſſima ſunt apud omnes. Nec enim in Actis ha-

betur

betur, Petrum Antiochiæ fuiſſe; quod Hæretici concedunt tamen ultrò, & ſine controverſia.

[*l*] *Romanum*.

Primatus univerſalis eſt in Romana Eccleſia.

Extat elegans locus Concilii Florentini, quod
15 in ſeſſ. 25. hæc habet „ Item definimus, Sanc-
„ tam Apoſtolicam Sedem, & Romanum Pon-
„ tificem, ſucceſſorem eſſe D Petri, & verum
„ Chriſti Vicarium, totiuſque Eccleſiæ caput
„ (*& infra*) in univerſum Orbe tenere Primatū.
Extat quoque Textus in *can. nolite diſt.* 14. *in can. omnes diſt.* 22. *in can. ſacroſancta ibid. in cap. majores de Baptiſ. in can. nemo, in can. aliorum* 9. *q.* 3. His accedunt exempla executæ Jurisdictionis in totum Orbem. Et quis aliàs credidiſſet, potuiſſe Clericis univerſis, imponi decretum pænale, niſi cælibatum obſervaſſent? cum in Concil. Niceno Paphnutius aſſurgens rem tantam ſtuduiſſet diſſuadere: & dicemus late de Paphnuti hac hiſtoria *L.* 2. *Tit.* 14. *n* 57. *can. Nicena* 28. *diſt.* Syricius tamen Papa, Clericis, ſub pæna depoſitionis, conjugii uſum interdixit, *can. plurimos diſt.* 82. Præterea, nonne Anacletus IV. qui ſub Trajano floruit omnibus Epiſcopis, conſecrationis formam præſcripſit? ut tres adeſſent &c. *can. Ordinationes* 64. *diſt. can. porro diſt.* 66. Nonne Pius, qui floruit ſub Antonino, juſſit, ut Paſcha, die Dominico celebraretur, & Victor Papa *can. noſſe de conſecr. diſt.* 3. *can. celebritatem can. Paſcha ſolemnitas*. Nonne Pelagius II. cum Joannes Conſtantinopolitanus auſus eſſet ſe æcumenicum vocare, anno 502, Phoca regnante perpetuo edicto ſanxit, nemini id convenire niſi Epiſcopo Romano? *can. nullus* 99. *diſt.*

(*m*) *ſive*.

Magna Poteſtas Pontificis in beneficiis.

Hoc adeo verum eſt, ut pro axiomate tra-
16 datur, ſolum Pontificem, liberum beneficiorum habere dominium, ut loquitur Clemens V. in *Clem.* 1. *ut lite pendente*: ex quo principio variæ ſequuntur illationes.

Infertur primò ſolum Pontificem poſſe novos erigere Epiſcopatus *extrav. Salvator de Prabend.*

Infertur II. ſolum Pontificem conferre poſ-
17 ſe Gratias expectativas *cap. eam te, cap. conſtitutus de Preb.*

18 Infertur III. ſolum Pontificem poſſe ſibi reſervare beneficiorum collationem, Reg. 2. Cancell.

[*n*] *Sive de*.

Magna ejuſdem poteſtas in diſpenſationibus.

Id contingere poteſt, ut in voto, & in Irregularitate. Jamque ſe prebet aditus ad illam controverſiam, an ſit apud Pontificem poteſtas diſpenſandi in voto, quod Clerici emittunt in
ſui Ordinatione? Videtur affirmativa probari 19
poſſe exemplis hiſtoricis: Nam ſi vera refert Hjeronymus Blanca in vita Ranimiri II. Ranimirus II. Aragonum Rex factus, cum jam Burgenſis Epiſcopus eſſet, Alphonſo fratre ſine liberis defuncto impetravit ab Innocentio II. ut 20
Agnetem Aquitaniæ Ducis filiam ſibi uxorem adjungeret, ex qua Petronillam unicam filiam ſuſtulit. Ultra hæc Conſtantii, & Nicolai Preſbyteri exempla adducit Vivarius *lib.* 2. *de veteri Monachiſmo cap.* 6. Idem, docet Paludanus, & Durandus, Azorius, Cabaſſutius, Leſſius, & fidenter idem de Pontifice affirmat, & probat *Sanchez l.* 8. *diſp.* 8. *uſque ad n.* 6. *de Matr.* At hoc Votum diſpenſatione laxari inuſitatum eſt, cum temere, ac ſine magna ratione non procedat Pontifex *Suarez de Legib. Lib.* 6. *cap.* 18. *n.* 4.

Ad hæc addi poſſunt quæſtiones illæ, quas
agitat Fragoſus *p.* 2. *de Regim. l.* 1. *diſp.* 2. 21
An Papa poſſit diſpenſare Clericum in horis Canonicis, aut ne Clericum percutiens incidat in excommunicationem *can. ſi quis ſuadente Diabolo* 17. *q.* 4. Ad utramque quæſtionem reſolvendam videndus idem *Fragoſus*, *& Joann. Selva de jure in* 4. *parte n.* 36.

(*o*) *Sive*.

Clerici ob delicta punie ndi ſunt a Iudice Eccleſiaſtico.

Ut Sacrorum Canonum hac de re ſanctiones probe percipiantur, excludenda ſunt, & ex-
cipienda ſemper privilegia, aut conſuetudines 22
per patientiam toleratæ. Exemplum eſto de Regno Galliæ. Guillelmus *in rep. ad cap. Raynal vers. & uxorem n.* 432. proponit caſus, in qui- 23
bus Judices Regii in Clericos procedunt. Primus eſt, ubi crimen qualitatem habet attentati, in odium litis pendentis civiliter coram Judice ſæculari: ſecundus ſi Clericus teſtis, affirmetur criminoſus: tertius ſi falſum teſtimonium produxerit; puniuntur enim pœna pecuniaria. His accedunt crimina quæ Cabaſſutius in *Scientia Can.* vocat privilegiata, ut ſunt læſæ Majeſtatis, falſæ monetæ, infractio ſalvaguardiæ Regiæ, vel aſſeveramenti, vel ſi Clerici manum Regiam appoſitam violaverint. Quinimò ubi officium ſæculare gerens delinquit, ſuſpendi, atque privari poteſt ab officio. Idem, affirmat Manſuerus *in praxi forenſi. Ioann. Faber in* §. *item ſerviana*: quamquam ſub Henrico III. *anno* 1580. prodierit edictum, ut Iudex ſæcularis, & Eccleſiaſticus ſententiam ferrent ſinguli ſeorſim *Euſebius l.* 2. *de ſacra Politia c.* 1. *n.* 31. Jamverò, ut auctoritates in contrarium adduci ſolitæ promptè enodentur, obſervanda ſunt hæc quæ reor certiſſima.

Primò Immunitas, & exemptio Clericalis à Principe ſeculari, in quocumque delicto nempe temporali, non eſt Juris Divini expreſſi, ſed re-
ductivi. Et quoties aliquid non eſt de Jure Di- 24

Digitized by Google

vino expreſſo, id poteſt per Pontificem mutari,
urgente in contrarium ratione validiori, docet
Gonzales n. 13. cap. 8. de Judic Pereyr. *de Manu
Regia 1. part. c. 30. n. 3. Caſtill. 2. Controverſ.
cap. 5. n. 50.*

Secundo id quoque certum, poſſe Pontificem
Laicis mandare Juriſdictionem in Clericos. Ex
quo multa explicantur: nam illicò intelligitur
cur Clerici incorrigibiles tradantur degradati
Curiæ ſæculari *cap. cum non ab homine de Jud.*
quamquam caracterem retineant; Cur in Hiſpa-
nia fiant recurſus ad Reges, quoties Clericus à Ju-
dice Eccleſiaſtico vim metuit; quod an permitta-
tur ex approbatione Juris Canon. *in can. filiis 17.
q. 7.* De qua Praxi Hiſpaniç an approbata ſit, Bar-
boſa *l. 2. voto 48 n. 8. Vela tom. 2. diſſer 44. n. 46.*
Late Covarruvias *in pract. c. 3.* Intelligitur quo-
que cur Feudi cognitio, quod reperiatur apud Va-
ſallos Clericos, ad Dominum ſpectet *cap. caterum
de Iudic.* quamvis ille laicus ſit.

Tertiò inſtar principii ſit. Quod Judices ſç-
culares, quandocumque fuerit illis in Cleri-
cos demandata cognitio, non procedunt *juriſdic-
tionaliter*, proprioque Jure, ſed modò execu-
tivo, ex quo intelligitur Textus *in cap. ſigni-
ficaverunt ult de judic* Tex. *in cap. Mennam
cauſ. 2. q. 5.* intelligitur, *Novella 83. Juſt. tit 21.*
relata *à Lucio Pont. in cap. Clerici extra de judic.*
vi cujus Novellç Clericos delinquentes, Sæcu-
lares Principes judicare poſſe videntur; ſed reipſa
Juſtinianus potius voluit Judices ſæculares modo
executivo procedere, non *juriſdictionaliter*.

[p] *Sive de Eccleſiæ diſciplina.*

Hoc explicabitur in Titulo *de vit. & honeſt. Cler.*

(q) *In.*

*Pariter cum agitur de Sacramentis laici
Pontifici ſubiciuntur.*

Quod patet in Matrimonio. Olim qui-
25 dem non poterant laici uſque ad ſeptimum
gradum contrahere legitimè; ſed erat ultra
quartum fornicatio, & filii naſcebantur illegiti-
mi *can. progeniem can. de conſanguinitate 35. q. 2.*
aliquandò uſque ad quintum *can. de propinquis
35. q. 3.* mox decretum à *Trid. ſeſſ. 24. cap. 4.
de Reform.* ſolum uſque ad quartum. Olim pa-
tris conſenſus requirebatur *can. aliter 30. q. 3.*
Id poſteà fuit immutatum *in can. ſufficiat 27.
q. 2.* Olim clandeſtinus conſenſus ſufficiebat *cap.
veniens de ſponſal.* Id ſuſtulit Innoc. III. *in c. non
debet de Conſ. et ibi gloſ.* Id ipſum in Sacramento
Euchariſtiæ patet. Olim Sanguis quoque ſumeba-
tur à Laicis, *Conc. Conſt. ſeſſ. 13.* & tempore
Berengarii decrevit Eccleſia, ut ſub utraque ſpe-
cie ſumeretur ad eum confutandum. Nunc ſumi-
tur à ſolo Sacerdote *Trid. ſeſſ. 21. can. 1.* & rur-
ſus poteſt id Papa concedere alicui Regno *Trid.
ſeſſ. 22. in fin. ſub cap. 11. de Ref.* Lauria *verbo
Euchariſtia in fin. pag. 200.*

(r) *Sive.*

De delictis, a quo punienda?

Delicta duplicis ſunt generis, quædam Ec-
cleſiaſtica, & hæc punire debet Eccleſiaſtica Po-
teſtas, ut ſimoniam, hereſim, ſchiſma. Tem- 26
poralia verò ad temporalem Judicem ſpectant.
*Auth. quomodo oportent. coll. 1. cap. quoniam
diſt. 10.*

(ſ) *Sive de Diſpenſationibus.*

De his dictum eſt ſupra in *tract. de Reſcript.
n. 4. in expl.*

[t] *Sive.*

Decreta morum omnes obligant.

Caramuel illud paradoxum pronunciavit, non
dari in mundo viſibili auctoritatem damnandi 27
opiniones probabiles, quem reiicit Cardenas
in *Chryſi Theol. diſſ. 1. cap. 2.* Martinez de *Prad.
tom. 2. cap. 33. in append. contra Caram. q. 2.
§. 3. n. 31.* Leander à *Murcia l. 2. diſp. moral.
diſp. 4. reſ. 15. n. 17.* Primò erratur in ſuppo-
ſitio talis probabilitatis. Deinde ratum hoc,
fixumque maneat, cum S. Pontifex ex Cathe-
dra loquitur, cenſura confixarum propoſitionum
circa mores dicenda à Spiritu S. prodiiſſe: Qui
nec fallere, nec falli poteſt. *Vid. ad propoſ damnatas
q. prodromus n. 10.* Egregie quoque diſſerit
Canus l. 5. de Locis capt 5. concl. 2. §. deinde.
quod Pontifex damnare poteſt tales propoſitio-
nes, & ſine errore poteſt; nam Eccleſia ſancta dici-
tur, & expers erroris. Atqui leges ferendo, ſi im-
pia probaret, ſancta non eſſet. Idẽ affirmat Bellarm. 28
l. 4. de Rom. Pontif. Innoc. I. *in Epiſt. ad Concil.
Carthaginienſe tom. 1. Conciliorum:* his verbis *tam
mala jam damnare novimus, quam probare lau-
danda*, conſonat *text. in cap. majores de Baptiſm.
majores Eccleſiæ cauſas præſertim articulos Fidei
contingentes ad Petri ſedem referendas intelligit,*
quæ dictio *præſertim* includit etiam propoſitio-
nes de moribus.

Adverſæ partis auctores æquivocatione deci-
piuntur; quare diſtinguendum eſt: nulla poteſtas
facere poteſt, ut quod probabile eſt, ſit impro-
babile, in ſenſu composito concedo; in ſenſu 29
diviſo nego: id eſt, facere non poteſt, ut opi-
nio quç prius videbatur probabilis, poſtea in-
venta ratione urgentiori, deſinat eſſe probabilis,
nego: Nam tempore D. Auguſtini videbatur pro-
babile nullos in orbe Terrarum eſſe antipodas,
ut ſtrenue defendit Lactantius; jam tandem in-
venta demonſtratione, talis probabilitas evanuit:
Quare invento principio certo, quale eſt, *con-
demnatio Sedis Apoſtolicæ* ſi qua erat probabi-
litas obſoleſcit. Et probatur ulterius, quia Ro-
mana Cathedra, eſt regula infallibilis in quæſ-
tionibus de doctrina morum, & Fidei.

Probatur exemplis. Olim erant qui pu-
tabant; Sacerdotem vi ſuæ Ordinationis

poſſe

Digitized by Google

poſſe abſque licentia abſolvere : hoc damnavit *Trid. ſeſſ.* 14. *cap.* 7. *de Sacr. Pan.* & *can.* 11. Eam opinionem propugnarunt *Aremanus* , *Almainus* , *Durandus* , & *Crocerſ.* Aliud exemplum eſto in opinione , quam habebant *Panormit. Ricard. Adrianus Joan. de Medin.* & *Cajetanus apud Sayrum l.* 1. *cap.* 4. *n.* 6. æxiſtimantes quod habens conſcientiam culpæ gravis fatisfaciat Deo per contritionem , & poſſit ſine Con-
feſſione communicare ; Amiſit ſi quid erat pro-
31 babilitatis , Conc. Trid. decreto *ſeſſ.* 13. *c.* 7. &
can. 21. Olim videbatur probabilis opinio in
abſentia poſſe abſolvi ; auctores refert Suarex
tom. 4. *in* 1. *parte diſp.* 19. *ſect.* 3. At Clemens
VIII. temerariam , & fraudolentam putavit.
32 His omnibus adde non ſubſiſtere quod Raymundus Lumbrier docet , *quod non eo quod Pontifex propoſitiones condemnat tamquam pernicioſas* , & *ſcandoloſas compertum eſt eas damnare tamquam falſas* Tamen reſpondet Cardenas *cap.* 10. *art.* 3. Ubi ſolvit ejus argumenta , nam in ordine ad Praxim falsæ ſunt.

(*u*) *Et*

De Poteſtate Pontificis in Temporalibus

Lutherani , & Calviniſtæ cum ſectatoribus nihil tale concedunt.

Contra hos omnes inſurgit Bellarm. *lib.* 5. *de Summ. Pontif.*

Martha tamen de Iuriſdictione *p.* 1. *c.* 20. & Oldrad. *in conſil.* 180. *n.* 12. & *Quintinus* , & *Archid. in repet. ad. cap. novit de Jud.* Defendunt , eam eſſe poteſtatem in Temporalibus apud Pontificem , ut etiam *directe* exerceatur cujus fundamenta ſunt.

-- Primò quia Cum Chriſtus utrumque gladium
33 haberet conſtitutus ſuper Gentes , ac Regna à Pa-
tre ſuo , ſi tantum ſpiritualem Gladium Petro dediſſet vi cujus dicitur Chriſti Vicarius, dando alteri ſeorſim Temporalem Gladium, eſſet hic alter non minus Chriſti Vicarius : atqui duo Vicarii repugnant.

Secundò , quia in Concil. Conſtantienſi fuit damnata memoria Joannis Hus , qui Papalem dignitatem ab Imperatore proficiſci , aſſerebat *ſeſſ. ult.* §. *tertio*.

Sed hæc ita non urgent , ut à Bellarmini
diſtinctione ſit recedendum , juxta quam Pon-
34 tifex habet poteſtatem Temporalem ſolum *in-
directè* quatenus animę ſalutem concernit ſequitur Gonz. *in cap. per venerabilem extra qui fil. ſint legit. n.* 8. & in hunc ſenſum recipiuntur vulgati Textus , *in cap. novit de judic. in Clement. Paſtoralis de ſent.* & *re jud. in cap. unam ſanctam de Major.* & *Obed. in Extrav. ſi frater , ne ſede vacante , in cap. per venerabilem , qui fil. ſint legit.*

Probatur ex *can. quoniam diſt.* 10. *ex can. cum ad verum diſt.* 86. *ex cap.* 7. *de Appell.*

Nec contraria obſtant nam Poteſtas Pontificis terminos ſuos habet , Legem divinam , & Eccleſię utilitatem , extra quos proferri non debet *can. ſunt quidam , can. contra* 25. *q.* 1. *D. Paulus* 2. *ad Corinth.* 10. *verſ.* 8.

(*z*) *A Coſtantino.*

De Donatione Conſtantini , aliorumque.

Cæpit rerum Temporalium Donatio, ab ipſis
Eccleſię Cunabulis : nam in Actis Apoſtolorum
Lucas *cap.* 4. refert ad pedes Apoſtolorum de- 35
lata Prędiorum venditorum ingentia prætia, &
tam aſſidue alià , atque alià donata ſunt , ut Urbanus , qui XVI. à Petro ſedit , omnia Sacrata Miniſteria fecerit argentea *can. vaſa de Conſ. diſt.* 4 Poſt quem conſtat , Syſtum Pontificem cum Levita Laurentio , & alios in Deciana , & Valeriana perſecutione Romæ fuiſſe interemptos anno 254 eo quod Eccleſiæ theſauros Tyranno prodere noluiſſent. Jam tunc igitur habuit Eccleſia quod Principes perſecutores rapere cuperent.

Nunc de Conſtantino loquamur . Conſtantinus Romanorum Cęſarum XXXIV. in eo rerum faſtigio Chriſtum profeſſus eſt Sylveſtri Pontificis monitis circiter annum 310. eoque liberalitatis , & Munificentiæ progreſſus , ut hæc donaret ; quę exprimit in edicto relato *in can. Conſtantinus* 96. *diſt. Ecce tam Palatium noſtrum , quam Romanam urbem , & omnes Italiæ , ſeu Occidentalium Regionum Provincias , loca , & Civitates præfato Principi Sylveſtro liberaliter concedimus:* ſub quo edicto extat hæc Imperialis ſubſcriptio .

Datum Romæ 3. *Cal. Apr. ipſo Auguſto* , & *Gallieno Coſ.* qui fuit annus à partu Virginis 316.

Hanc donationem eſſe fictitiam , nulloque fundamento niti miror a quibuſdam ſuſtineri ; nec enim veriſimile eſt Sanctiſſimos Pontifices Bona hæc voluiſſe fictæ Donationis vigore occupare ut arguit *Marta de Jur.* Tit. 1. *ex can. Lugdunenſi* 9. *q.* 2. & cum id ſit tam vulgatum receptumque, non licet in Sedem Apoſtolicam impie loqui, & oblatrare ut ait *Cov. L.* 3 *cap* 6. *var. n.* 8.

Nam veram eſſe talem Donationem patet ex *can. futuram* 12. *quaſt.* 1. *ex cap. fundamenta de elect. in* 6. *ex can. Sancta Romana* 15. *diſt. ex Clementina un.* §. *porro de jur. jur. in. ex Petro Damiano in diſceptatione Synodali , ex Balſamone in Photii Nomocan. Tit.* 8. *cap.* 1. *ex D. Bernardo L.* 4. *de conſider. ad Papam Eugen. ex adnotatione in actis S. Silveſtri quæ ſunt in Vaticano , ex geſtis per Adrianum Papam in VII. Concilio* ; Supponiturque *in Auth. de non alien. in princip.*

Patet ex eo quia Conſtantinus pugnaturus vidit in Cœlo Crucis ſignum , & Angelos aſtantes , qui dixerunt *Conſtantine in hoc ſigno vinces* , quod teſtatur adhuc ſubſciptio in Arcu Conſtantini . In Panegyrico autem coram ipſo habito, narratur quemadmodum exercitus è Cœlo miſſus Conſtantinum iuvit. Ulterius Sacerdotes tanti fecit *teſte ipſo Euſebio L.* 9. *hiſtor.* ut ſe illis ultro ſubmitteret ; Quid igitur mirum

Digitized by Google

ſi dum baptizaretur, memor tanti beneficii, Vicarium Dei fecerit ſuorum bonorum participem? Auguſtus poſt ampliatum Sacerdotum numerum, poſt ædes opulentiſſimis donis adornatas in cellam quoque capitolini Jovis 16. millia pondo auri, gemmaſque ac Margaritas quingenties ſextertium una donatione contulit, unde Auguſti laudibus illud occinunt.

Templorum poſitor, Templorum ſancte Repertor.

Quid non faceret Conſtantinus divinis muneribus auctus, ornatuſque?

Quapropter, etiam divinitus facta dicitur hæc donatio, ut verbis utar Arnolus Albertini *in Rub. de haret. cui adde Carenam in Directorio.* Quin, & ejus deſcriptum habetur Venetiis in Bibliotheca Dom. Grimani in Cænobio Can. *Regularium apud ædes S. Antonini*, habetur in Cronico Caſſinenſi, cujus liber antiquiſſimus Neapoli conſervatur, hodie imprimitur in volumine *t. concil. tom. 1. fol.* 133. *juxta Colonienſem impreſſionem* habetur in libro Pontificali Damaſi Papæ, ut ait *Reſtaurus cap.* 51. §. *fin.* habetur mētio in *l. Divi C. de nat. lib.* etenim ubi in textu hoc legitur: *memini*: Cardinalis Albanus *in lib. de don. Conſ. legit minuit.* habetur defenſio apud A curſ. in Auth. quandò oporteat, Epiſcop. in princ. verſ. circumferens: apud Borellum de præſentia Regis, *Buratt. conſ.* 124. *P.* 1. *de juriſd. cap.* 31.

Et eadem hæc Donatio Conſtantini fuit per Henricum Imperatorem confirmata, ut teſtatur Clemens V. *in Clementina unica* §. *porro præter de Jure jur.* facit *cap. relatum* 10. *quæſt.* 3. Leo IX. eius Donationis mentionem facit *in Epiſtola ad Michaelem Cerular.* Quare in edictis Francorum Regum, qui Longobardorum reſtiterunt potentię, ſedemque Apoſtolicam ab eorū invaſionibus liberarunt, adhibentūr hæc verba: *reddere reſtituere*; quaſi indicent, ſe non res nova donatione Sedi Apoſtolicæ tribuere, ſed *reddere* ſed, *reſtituere* res ſemel donatas a Conſtantino, unde conſtat Donationem piiſſimi illius Imperatoris pręceſſiſſe, quam Sententiam indubitate tenendam ait Leonius in *Theſaur. Fori Eccl. p.* 1. *cap* 12. *ubi citat innumeros.*

36 Poſt hęc acceſſerunt Donationes Regum Galliæ, poſt annos 470. à Donatione Conſtantini. Pipinus Rex Galliæ Aiſtulpho ſuperato univerſum Latium reſtitui curavit Pontifici, latioribus quoque terminis donationem extendens à Lunis cūm Inſula Corſica, & Sardinia, inde Regium, Vercetum, Parmam, Pontem Silicis, cunctumque Ducatum Spoletanum, & Beneventanum. Hanc verò Donationem confirmavit Carolus Magnus Pipini filius, & filius Caroli Magni Ludovicus in *can. ergo Ludovicus*, *in can. tibi Domine* 63. *diſt.* Neque obſtat aliam hujus Donationis formam à Volsteriano tranſcriptam fuiſſe in *l.* 3. *ſua Geographia*, quia obſervanda ſunt in *can. ego Ludovicus* verba illa, & *infra*, quę ſignificant multa prætermiſſa in Originali, ut fatetur ſe in Bibliotheca Vaticana vidiſſe Martha *p.* 1. *cap.* 32. *de Juriſd.*

Ultra hac cūm Regnum Jeruſalem, & Syriæ recuperatum fuit per Gothofredum Buglionem anno 1099 ſtrenuus ille Dux contentus fuit illud recognoſcere veluti à manibus Papę, cui fidem, & Homagium juravit. Ideoque Fridericus etiam II. de anno 1220. idem Regnum ab Eccleſia recognoſcere voluit, & ideo deſcriptum reperitur in Cathalogo Regnorum Eccleſiæ, quę numerantur quotannis in Cęna Domini Romæ in Cōſtitutione Martini *I.* quæ incipit *excommunicamus*, & apud S. Antonium *in tract. de Excomm. cap.* 72.

Quin, & Reges Angliæ, & Hibernię anno 1212. S. Pontifici ſe Vaſſallos conſtituunt, & Tributarios. *Blondus in l.* 6. *decad.* 2. Polid. Virg. *l.* 15 quare anno 1340. ſolvebatur pro Domo qualibet annuum ſterlinum quæ pecunia D. Petri vocabatur. Mox Rex Joannes ad veniam impetrandam occiſionis, de qua accuſabatur ſui Nepotis Ducis Britanniæ, de omnium conſenſu profeſſus eſt ſe retinere Regnum in feudum, addito Romanæ Eccleſię cenſu mille marcarum ſterlinorum, & in die S. Michaelis homagium juravit in manibus Legati Inn. III. anno 1217. qui Cenſus uſque ad Henricum VIII. ſolutus eſt nempe uſque ad annum 1534. & Epiſtolam Alex. III hac de re in Bibliotheca Vaticana aſſervari affirmat Martha *p.* 1. *cap.* 26. *n.* 42. Idemque de Regno Aragonię, de Regnis Majorichæ, & Minorichę, de Regno Hungariæ affirmat Auguſtinus Steutus in *l.* 2. *de Donat. pag.* 186. de Regno Navarræ Lupu, in hoc tractatu.

(π] *Verum.*

De Dominio quod in ſuis terris habet Pontifex

Dominum idem eſt ac proprietas *l. ſi procuratur ff. de acq. rer. dominio.* Definitur poteſtas perfecte diſponendi de re aliqua, Cinus *ex l.* 1. *ff. de rer. diviſ.* Dividitur à Cuiaciò in Dominium poſſeſſionis *l. indebiti ff. de cond. indeb.* 37
& Dominium uſusfructus *l.* 3. *ff. ſi uſufr. pet.* & in Dominiū proprietatis *l. ſed ſi* §. *proprietatis ff. de uſufr.* Dividitur ulterius in *Civile*, & *Naturale*, nam rerum Dotalium mulier naturale, maritus Civile dominium habet *l. pen. C. de Jur. dat.* Atque hoc dominium Civile per legis poteſtatem acquiritur abſque traditione, & vocatur dominium ex *Jure Quiritario*, quale eſt Domi- 38
nium in re legata ante agnitionem, ideſt acceptationem rei legatæ ad effectum tranſmiſſionis mortuo legatario in ſuos hęredes, ut ex Ulpiani Fragmentis optime probat Faber *l.* 8. *Coniect. c.* 4. & *l.* 9. *cap* 19. *n.* 4. Rurſus dominium aliud eſt directum ac plenum, cùm quis habet proprietatem, & fructus, aliud utile, ut Emphyteutae. Jam verò Pontifex in iis terris, quas non conceſſit in feudum habet directum, ſimulque plenum Dominum, in his quæ in feuda datæ ſunt directum ſolum, & ideo in ſuis Terris, eſt Princeps quoque Temporalis, & leges Civiles conſtituit. Atque Juſtitiam adminiſtrat per Deputatos: qui autem hi ſint, & quam adminiſtrationem habeant, Nunc paulo uberius exponendum eſt.

Scien-

Sciendum itaque quædam expediri negotia in
Conſiſtorio quædam in Rota, quædam in Tri-
39 bunali Cameræ, quædam à Gubernatore urbis
quædam à Senatore urbis, aliiſque Officialibus
fori Capitolini, quædam à Duce urbis, & Ca-
ſtellano. Breviter nos de ſingulis, quæ latiſſimè
perſecutus eſt Card. de Luc. in opere inſcripto
Relationes Romanæ Curiæ.

A Conſiſtoro exordium ſit. Significat Con-
ſiſtorium, locum, in quo Conſultandi gratia
homines conſiſtunt, & ideo Conſiſtoria dicun-
tur Palatia Auguſtalia. Eſt autem in noſtro ſen-
ſu illa Congregatio, quæ per Papam fit ex Col-
legio Cardinalium in ſpeciem Senatus in ejus
Apoſtolico Palatio. Et hoc duplex primum
extraordinarium, magiſque ſolemne, quod ul-
tra Cardinales admittit Prælatos, alios Miniſtros,
atque Principum Oratores, & Magnates, qui
in Papæ ſolio aſſiſtunt, quod *publicum* dicitur
& quandoque cum Pontificalibus indumentis
pro functionum varietate celebratur de Luc.
diſc. 5. per tot. relat. Rom. Curiæ. Secundum
minus ſolemne, in quo ſoli adſunt Cardinales.
Jam verò prima ſpecies non forenſia concernit,
ſed Ritualia veluti cum agitur de Sanctorum
Canonizatione, aut quando Principum Orato-
res admittuntur. Secunda bis in menſe fit, &
retpſa reſpiceret negotia fori, ſed hodie Gra-
tiuſam, & Politicam formam habet -- Quædam
alia negotia promptius expedire conſuevit in Ca-
mera ope ſuorum Capellanorum (quales pro-
prie dicuntur Rotę Auditores) qui olim voca-
cabantur Auditores ſacri Palatii Apoſtolici, eo
quòd prius in Papæ conſpectu congregarentur
40 atque in eodem Palatio partes audirent, atque
his Pontifex ſupplicationes, quæ illi porrige
bantur, ſeu cauſas ſingulis delegare conſuevit,
atque ideo Auditores iſti ſunt Judices Delegati,
ſed in univerſum Rota habet Ordinariam Ju
riſdictionem jure hoc habituali penes omnes
41 exiſtente, Antiquior illis eſt Decanus, & Præ-
fecturæ ſpeciem habet, & ob hoc jus Ordina-
rium, poteſt aliquo Auditore impedito alium
ſubrogare: econtrariò, quia aliorum Juriſdictio
eſt delegata, ſtylus emanavit ut in hoc tribuna-
42 li nullus ſit Libelli uſus, loco Libelli ſuc-
cedit Commiſſio Papæ, quæ continet tenorem
ſupplicationis eidem porrectæ in qua actor ſuam
Actionem proponit *Dunozet. deciſ.* 1664 Nu-
merus olim talium Auditorum pertingebat ad
30. & ex omnibus terræ partibus ſumebantur
donec Xyſtus V. duodenarium numerum inva-
43 riabilem conſtituit, ita ut unum locum occu-
pet Gallus ad *Regis* Nominationem, Germanus,
alterum proponente *Cæſare*, duos duo Hiſpani
unus ex Regnis Caſtellæ, alter ex Regno Le-
gionis. Reliqui omnes Itali, & ex his unus ſem-
per Hetruſcus, cum Alternativa inter Peruſii
Civitatem, & quemvis alium, ex illis Sereniſ-
ſimi Magni noſtri *Ducis*. Omnes hi 12. bis in
hebdomada congregantur feria 2. & 6. & quia
ſedent ad menſam circularem ad formam Ro-
tæ, ideo Rotæ Auditores Appellantur. Nam di-
ſtribuuntur ſingulis Informationes in facto, &
Jure à ſollicitatoribus eorumque quilibet vota
efformat, eaque in ſcriptum redigit. Cognoſcit
hoc Tribunal cauſas quidem, & Civiles, &
Eccleſiaſticas. Civiles autem tamquam Tribu-
nal Principis Temporalis, cujuſmodi eſt
Papa in terris Eccleſiæ, & in ſtatu Avenionen-
ſi, & Comitatu Venuſino in Gallia. Et Le-
gatus ad tales Auditores cauſas quoque com-
mittere ſolet. At in Criminalibus non ſe
ingerit Rota ex *Conſtitutionibus* 44. *Pii V. &*
70. *Pauli V. ſuper Reform. Tribu.* Introductum
verò eſt eas typis edere, ut certior fieret Pon-
tifex veluti per compendium; de earum aucto-
ritate, diximus ſupra ut oportebat.

Sed negotia, quæ ad adminiſtrationem Cameræ
ſeu fiſci pertinebant, quæ olim penes Archi-
diaconum exiſtebant juvantibus, & opem fe-
rentibus Clericis; hæc ſuppreſſo tali munere
Archidiaconi, remanſere apud Cardinalem Ca-
merarium, qui eligitur Vicarius hujuſmodi Ar-
chidiaconi, & Vocatur Camerarius, & Tribu- 44
nal Cameræ. Hujus Officialis eſt Auditor Ca-
meræ. Hic Auditor eſt primus Curiæ Prælatus.
Hic eſt Judex primæ Inſtantiæ in omni-
bus Cauſis, tam Civilibus, quam Criminalibus
adeo ut cumulatam habeat cum Vicario, cum
Gubernatore, aliiſque Judicibus Ordinariis po-
teſtatem *de Luc. diſc. 34. relation. Rom. Curiæ*,
atque hos inter locus eſt præventioni. Extra 45
Curiam eſt Judex Ordinarius Appellationum
in quibuſcumque cauſis *deciſ.* 130. *p.* 4. *Recent.*
tom. 2. Hic idem eſt exequtor omnium Sen-
tentiarum, & rerum judicatarum aliorum Ju-
dicum, & Magiſtratuum Status Eccleſiaſtici au- 46
ditque recurſus in Criminalibus *Coccin. deciſ.*
776. Hoc autem Tribunal componitur ex ipſo
Auditore, & ex tribus Locum tenentibus duo-
bus Civilibus, & uno Criminali, qui non ſe
ingerit in cauſis Criminalibus de Luc *d. diſc. n.* 74.

Sequitur ut Tribunal conſideremus Guberna-
toris Urbis: hic eſt Vicecamerarius, ejuſque
munus conſiſtit in ſæculari regimine Urbis: un-
de dicitur Magiſtratus ſæcularis nec Juriſdictio 47
nem habet in Clericos, eumque ad Papam ac-
cedit præcedit ipſum armata familia.

Hic verò habet Civilem, & Criminalem Ju-
riſdictionem. Præcipuum munus verſatur circa
cauſas Criminales, & punitionem. Habet plu- 48
res Officiales, duos locum tenentes Crimina-
les. Conveniunt die Martii cum aliis inferio-
ribus miniſtris. Poſtquam fuerit concluſum cir-
ca condemnationem; Gubernator non ſolet pro-
ferre votum, ſolum reddit certio em Pontificem,
& hic auget, diminuitne pœnam: Neque peri-
culum eſt Irregularitatis, cum non ſubiaceat huic
legi Pontifex eſt enim Juris Eccleſiaſtici Ir- 49
regularitas, ut habet Gibal. *in trac. de Ir.*

Sed quam habet Juriſdictionem Senator Ur-
bis, aliique Officiales fori Capitolini? Hic Ma- 50
giſtratus circiter 4. ſæculis cæpit in uſu eſſe, &

eſt Of-

Digitized by Google

eſt Officium annuale ſubiectum Syndicatui.
Senator Urbis eſſe debet Terenſis. Olim Reges
obibant hoc munus, ut de Rege Siciliæ Caro-
lo proditum eſt: Hodie pendet à nutu, & ar-
bitrio Papæ. Eſt tamen quidam Præſes fori Ca-
pitolini. Hic forus duas partes continet, prima
51 Cõmunitatis Curam gerit, ejuſque ærarii, & com-
ponitur hic Magiſtratus tribus Nobilibus Roma-
nis, qui populi Conſervatores appellantur, du-
ratque Officium per trimeſtre, hiſque adjun-
ctus eſt quidam Officialis, qui prior dicitur; ſe-
cunda eſt Juriſdictionalis pro cauſis Civilibus,
& Criminalibus, Senator eſt Præfectus: hinc
adjungitur Judex Maleficiorum habens tres Col-
laterales, alioſque Officiales, atque hos inter
eſt Capitaneus Appellationum à Sententiis Se-
natoris, & Callateralium. Nihilominus his
temporibus pene eorum poteſtas ceſſavit, & reſ-
tringitur ad aliquas Cauſas breviores plebis.
Immo licet cum Gubernatore habeant cumula-
tam Juriſdictionem in Criminibus unde idcirco
ſatellites proprios habent, & Bariſellum; attamen
perraro cauſas hujuſmodi agunt *de Luc. diſc 37.*
n. 16. Poſtremo dux Generalis duplex eſt: unus
pro terreſtri militia, alter pro claſſe maritima,
52 aliuſque Caſtellanus Arcis S. Angeli, prout etiam
deputatur unus ex Clericis qui Commiſſarius Ar-
morum dicitur. *Rovit. in Rub Pragm. 1. de milit.*

Quocirca in ſuis terris Pontifex eſt verè domi-
nus prout Principes alii Temporales, & ex his
Officialibus pars Magna, Dominii temporalis ad-
miniſtrationem exequitor.

(z) *In hiſtoriis.*

De Poteſtatis Temporalis indirectæ exequtione

In primis quod attinet ad Tranſlationem.
Res ita ſe habuit. Conſtantinus Magnus dona-
53 tione facta, ſe tranſtulit in Orientem, & in Bi-
zantio Imperium Occidentale ſolus rexit. Cum
verò duos filios Conſtantinum Juniorem, &
Conſtantium relinqueret; Illi Imperium Orien-
tis, huic Occidentis diviſione facta commiſit,
& diviſo Imperio diverſi contigerunt Impe-
ratores Orientis, & Occidentis uſque ad Augu-
ſtulum Imperatorem Occidentalem; ſed hoc
debellato à Gothis trecentis annis ſtetit Occi-
dens Imperatore viduatus, donec Juſtinianus
opera Beliſarii, & Narſetis exactis Gothis Im-
perium Occidentale recuperavit, & rurſus unus
Imperator Orientis Occidentale regebat Impe-
rium per Exarchas, non ſine ingenti Eccleſia-
rum damno, nam ſæpe Imperatores Orientis
præſertim hæretici, ut Leo Iſaurus, Italiam à Bar-
baris non defendebant, eoque res deducta fuit,
ut Irenes mulier filio Conſtantino excæcato ſce-
ptrum teneret. Ergò *Leo III*, cum videret ex-
pedire ob commune bonum transferri in alios
Imperium Occidentale, memor quomodo à Go-
this ex pulſus, per Carolum Magnum Regem re-
ſtitutus fuiſſet, idcirco eidem in Urbe Roma ine-
unte die Natalis Domini Titulum, Jus, ho-
noremque Imperialem conceſſit anno 801, juxta
text. *in cap. per venerabilem de elect.* Per ſuc-
ceſſionem autem, in familia Caroli duravit Im-
perium, donec extincta linea, quia ultimus
naſcebatur ex fæmina lineæ Regum Saxoniæ, in
illos tranſitum eſt Imperium: ſed poſtquam
tres Othones Imperium jugiter obtinuerunt,
Gregorius V. conſtituit ne deinceps Imperii
majeſtas Jure hæreditario, ſed potius electitio
deferretur, & Electores Principes Germanos con-
ſtituit ut latè probat *Bellarm. in lib. de Tranſl.*
Imper. Interim tamen cum olim eſſent Electo-
res ſeptem, fuit Electoratus Principibus Bavaris
conceſſus ob defectionem Friderici Ducis Palatini.

Quod verò attinet ad Principum depoſitio- 54
nem, hæc quoque fieri poteſt à Pontifice, exempla
in promptu ſunt: Greg. III. anno 751. Leonem
III. Imperio Orientis privavit. Zachar. Pa-
pa ad poſtulationem Principum Galliæ depoſuit
Regem Hildericum, & Pipinum Caroli Magni 55
Patrem ſuffecit, eſt text. *in can. alius* 15. *q.*
6. Zacharias Diſiderium ultimum Regem Lon-
gobardorum promiſſa non adimplentem Regno
privavit *can. Hadrianus diſt.* 63. *& can. hortu-*
tu 23. *q.* 8. Innoc. III. Othonem IV. depo-
ſuit ex Imperio. Innoc. IV. Fidericum II. Apu-
liæ Regno, atque Imperio privavit *cap. ut Apli-*
ca de re Jud in 6. urb. IV. Carolum Andegaven- 56
ſem contra Manfredum Siciliæ Regem evocavit,
qui Regno, privavit Manfredum: Greg VII. Hen-
ricũ III. minitatus eſt Imperio ſe privaturũ, niſi à
Simoniacis Collationibus abſtinuiſſet Platin. in
vita Greg VII. Urbanus VI. Carolum Hun-
gariæ, & Siciliæ Regem Regno Siciliæ priva-
tum declaravit: Innoc. VII. Ladiſlaum Regem
prælio victum Roma fugavit, eumdemque in ſua
perfidia perdurantem Alexander V. Regno de-
pulit: Joannes XXII. Ludovicum Bavariæ Du-
cem Imperatorem Rebellem declaravit, eo quod
Galeatum, & Mathæum Vicecomites contra
Eccleſiam foveret. Pius II. Ludovicum Fran-
corum Regem ad tollendam è ſuo Regno pra-
gmaticam gravi admonitione impulit, & Si-
giſmundum Malateſtam inobedientem Sedi Apo-
ſtolicæ omni fere dominio ſpoliavit, Borſum
Ferrariæ Ducem ei faventem acerrime increpa-
vit, ad petendam veniam perpulit; Innoc. VIII.
Ferdinandum Apuliæ Regem depoſuit: Sixtus
V. Venetos Ferrariam bello prementes gravi
anathemate ferivit. Paulus III. Henrigum An-
gliæ Regem regno privatum declaravit. Alia
quædam adducuntur, à Martha de Juriſd. *p.* 1.
cap. 23. *& à Bellarmino & aliis.*

[aa) *Jura ac res.*

Alia quædam de Poteſtate temporali indirecta.

Ut recte hanc partem explicemus examinan-
da eſt ulterius gravis quæſtio.

UTRUM PONTIFEX DE INFIDELIUM REGNIS DISPONERE POSSIT.

Interpetres quæſtionem hanc diffuſe per
tractant. Invenio tamen varias opiniones: Innoc- 57

in cap.

Digitized by Google

in cap. quod ſuper de vot. Joann. Andr. *ibid.* Speculator *in Tit. de Judæis!* Corſett. in *tract. de Poteſt. Regia q.* 85. Anchatanus *in Reg. peccatum verſ. ſed hic quæro*, Bellarm. *in lib.* 5. *de Rom Pont. cap.* 2. negativam Sententiam tuentur.

Contraria opinio prævaluit apud Hoſtienſem *in d. cap. quod ſuper his, apud Oldrad. in Conſ.* 82. Turrecr. *in can. diſpar.* 25. *q.* 8. Joann. de Lignan. *d. cap. quod ſuper his* Martinum Laudens. *in can. de rebus* 27. *q.* 7. Joann. Maer. *in* 2. *Sent. diſt.* 44. *q.* 3. Afflict. in *Tit. quæ ſint Regalia n.* 26. Arnold. Albert. in Rubr. *de her. q.* 8. Gregor. Lopez in *l.* 12. *Tit.* 23. Joann. de Anan. Petra ad *conſt. Apoſt. Tom.* 1. *pag.* 248.

In quo opinionum conflictu, utraque ſententia videtur ſuis niti fundamentis.

Probatur Affirmativa *I.* Quia poſt Chriſti adventum Regna Infidelium tranſlata ſunt ad Fideles *can. ſi de rebus* 23. *q.* 7. quia nulla major impietas, quam Infidelitas *can. quid in omnib.* 32. *q.* 7. eumque omnes Principatus fuerint Chriſti *can. diſplicet* 23. *q.* 4. ſequitur in Vicario Chriſti idem Jus permanſiſſe.

Sed qui contrarium tuentur, id diſtinguentes ajunt, Vicarium Chriſti habere hoc Jus in habitu, nec exercere, niſi ex cauſa; nimirum cui velit ex poteſt addicere *Gregor.* 7. *Lib.* 1. *Epiſt.* 7. impio Paganorum ritu abrogato; Qua Ratione Alexander VI. anno 1493. amplas illas novi Mundi provincias eadem conditione, & lege addixit Regibus Hiſpaniarum *Bulla inter cætera* 2. *Vargus in tract. de Epiſc. Juriſd. conſ.* 10. *Cherubin. ad Bullam* 45. *Leonis X. Tom.* 1.

Probatur II. Ut Judæi exeuntes de Ægypto tulerunt bona Ægyptiorum *can. dixit Dominus* 14. *q.* 5. *can. legimus* §. *hinc diſt.* 37. Sic expoliari Saraceni poterunt.

Reſp. Id licitum eſſe tantùm tempore belli, non aliter. Nam infidelitas non privat infideles dominio quod habent, vel habuere ante legem Evangelicam in Provinciis, quas obtinent. Imo in Concilio Conſtantienſi damnatus fuit error Jonnnis Hus, & Uuicleffi aſſerentium, dominium rerum amitti ob peccatum.

Probatur III. Quia poſt Chriſti occiſionem omnes Judæi ſervi facti ſunt *cap. & ſi Judæos de Judæis*, ſed ſervi dominio carent: ergò etiam Judæi. Conſequentia roboratur in *cap. Judæi de Judæis*, & deducitur argumentum à contrario ſenſu, nam ait Text. *ſi convertantur Iudæi bona illis non auferri*: ergò ſi non convertuntur, impune bonis privantur.

Reſp. appellari ſervos, reſpectivè ad Chriſtianos quos mors Chriſti liberos fecit, vel etiam quoad aliquos effectus: quia non poſſunt dominari ſupra Chriſtianos. Cæterùm re ipſâ ſervi non ſunt. Quare bona ſtabilia poſſidere poſſunt *cap. Iudæi* 2. *extra de Iud. cap. multorum de Iud. cap. quanto de Uſuris*, *cap. de Terris de Decimis* Immo poſſunt acquirere bona per viam præſcriptionis *Tonell. in manuduct. Concl.* 2. *n.* 2. & poſſunt habere bona Eccleſiaſtica in Emphyteuſim, ex opinione *Ancharani inter Conſilia Calderini conſ.* 3. *de Locat.* Attamen Paulus IV. *in ſua Conſtitutione ſub die* 12. *Iulii* 1555. *quæ incipit cum munus tom.* 1. *eſt* 3. *in Bullar.* prohibet Judæos bona ſtabilia poſſidere, & extendit etiam ad omnes terras ultra Eccleſiaſticas hanc conſtitutionem.

Probatur IV. Quia Saracæni carent titulo poſſidendi, & ob violentam occupationem eorum bona ſunt effecta vitioſa *argum. cap. quia de Iudic. l. vitia C. de acquir. poſſ.*

Reſp. de Regnis Chriſtianorum quæ Saracæni occuparint Pontificem poſſe diſponere, & re ipſa diſponit Pius II. *in Epiſt. ad Regem Turcarum Mahumetem* cùm hortatur fidem amplecti, promittens Imperatoris titulum. Quocirca etiam bellum his indici poteſt, ſi Provincias retineant Chriſtianorum *Gonz. ad Text. in cap. ſicut Iudæi de* Iud. non autem ob ſolum titulum Infidelitatis, ut eleganter obſervat idem Gonz. *ibid. n.* 2. *ex D. Thoma.* 2. 2. *q.* 66. *art.* 8. videndus *Covarr. in regula peccatum* §. 10. 2. *parte n.* 3.

Contraria Sententia *Probatur I.* Quia dominium advenit, & acquiſitum retinentur *de Iure Naturæ, can. jus naturale diſt.* 1. ſed quæ ſunt Juris naturalis, à nemine auferri valent, ut ait Bellarm. *d. l.* 5. *de S. Pont. cap.* 2. ergò nec Regna Infidelium.

Sed Reſpond. primo a Mahumethanis ex .g. uſurpata fuiſſe dominia Chriſtianorum, ergo illis auferenda, & dominis reddenda. Deinde reſpondet *Marta P.* 1. *de Iuriſd. cap.* 241 *n.* 36. Cum omne dominium, omniſque Principatus tranſlatus fuerit in Chriſtum, *can. ſi de rebus* 23. *q.* 7. *can. diſplicet in* 3. *q.* 4. Petro vero, & ſucceſſoribus commiſſa omnis Iuriſdictio *can. in ſcripturis* 8. *q.* 1. Ergo infidelitas eſt juſta cauſa, ut per Eccleſiam ad fideles transferatur dominium.

Probatur II. Deus approbat Regna Gentilium *Daniel cap.* 2. *Tu es Rex Regum, & Deus Cæli dedit tibi Regnum.*

Reſp. generaliter Deus non approbat regna Gentilium, nam Iſaiæ *cap.* 45. apprehendit dexteram Cyri, ut ex malo eliceret bonum, nimirum Regis Baltaſſaris necem: ergò fuerunt hi Reges tolerati ad aliquem bonum finem.

Probatur III. Ex *can. Charitas de Pen. diſt.* 2. ubi proximi ſunt ſicùt nos diligendi, ſicut ergò res noſtras neminem auferre patimur, idem de Ethnicis obtinere debet.

Reſp. Textum procedere in hoc ſenſu, ut reducantur infideles ad bonos mores, & Chriſti agnitionem.

Probatur IV. Quia infideles poſſident juſtè bona ſua *Geneſ. cap.* 1. & tam pro bono, quam pro malo facit Deus oriri Solem *Math. cap.* 5. & 6. Imo Epiſcopus captus ab Infidelibus tempore belli efficitur illorum ſervus *cap. ſi Epiſcopus de ſupplend. negl. Præl. in* 6. & auget difficultatem textus ut *can. nulli* 21. *q.* 1.

Reſp.

Reſp. id falſum eſſe de bonis Saracenorum, ut ſupponimus, qui Regna Chriſtianorum injuſte detinent. Epiſcopus vero captus ab infidelibus eſt in ſervitute, non ſervus. Cujacius *Lib. 9. obſerv.* 33. notans differentiam inter eſſe ſervum & eſſe in ſervitute.

(*bb*) *Adminiſtrare.*

Pontificis Poteſtas circa Imperium, & Regna.

Imperio vacante, quale ſit jus Pontificis, con-
59 ſtat ex *Clement. paſtoralis de ſent. & re jud.* ibi:
ex poteſtate in qua vacante Imperio ſuccedimus.
ex *extrav. ſi fratrum, ne ſede vac.* Joann. XXII.
ibi: *vacante Imperio &c. ad Summum Pontificem &c. Imperii prædicti Iuriſdictio, regimen, & diſpoſitio devolvitur.* Nam electis duobus Imperatoribus Ludovico Duce Bavariæ, & Friderico, cum armis ſuperior Ludovicus Imperium ſine Pontificia confirmatione occupaſſet, eum Joannes XXII. anathemate percuſſit, eamque edidit extravagantem *Gonzal. in cap. venerabilis* 34. *de El. in fine n.* 36. & exponit quale ſit hoc jus *Fagnan. in cap. ſignificantibus de off. legati n.* 69. Petra *ad Bullam Innoc. IV. Tomo* 2. *pag.* 294. *Vivian. in rat. Lib.* 3. *pag.* 143.

Innoc. IV. Regi Luſitaniæ coadjutorem dedit
60 *cap. grandi de ſuppl. negl. Præl. in 6.*

Bonifacius VIII. legitimavit filios naturales
61 Sancii Regis Caſtellæ.

Cum ad finem Spiritualem exerceat Pontifex
62 temporalem poteſtatem indirectam, procedere
poteſt in turbatores Pacis *cap. novit de Iud.* ibi:
præcipuè cum contra pacem peccetur, ex denunciatione Evangelica. Et ideo de bellis ſedandis
63 diſpoſuit in Concilio Lateran. Alexand. III. in *cap. treugas de Treuga, & pace* item text. in *cap. ſicut* 20. *de Iur. jur. in cap.* 2. *de Re jud. in 6. Theophil. Tomo* 17. *de Religioſo loricato Marta de Iuriſd.* P. 1. *cap.* 41.

(*cc*) *Ab ullo.*

Omnino libera Poteſtas Pontificis.

Cum ſit Pontificia poteſtas immediate a Deo *extravag. quia quorundam Joann. XXII. de V. S.* ab Imperatore non pendet *Concil. Conſtantienſe contra artic.* 9. *Vvicleffi.* Ejus auctoritas in omnibus Conciliis cenſetur excepta *cap. ſignificaſti*
de elect. Fagnan. in cap. nimis de fil. presbyt. n. 64
17. Non ligatur regulis Cancellariæ *de Luca de Penſionib. diſc.* 73. *n.* 7. Ardua explicare poteſt ſine conſenſu Cardinalium late *Fagnan. in cap. ex parte de Feud. n.* 18. licet illum requirere
ſoleat *Petra ad Conſtit. Apoſt. Tomo* 1. *ad Conſt.* 65
1. *Eugen. III. pag.* 533. qua diſtinctione explicantur textus in *cap. ad Apoſtolicæ de Re jud. in 6. in cap.* 1. *de Schiſm. in cap. licet de elect. in cap.* 1. *de Ren. in 6.* & formula quæ extat in
collat. Card. Deus dedit, rejecto *Lupo Tom.* 3. 66
Schol. pag. 569. late *Mancin. diſſert.* 1. *cap.* 10. *Mimnon. in Baſi Pontiſ. Tract.* 1. Quæ vero traduntur in *can. Hadrianus* 63. *diſt.* in *can. in Synodo,* in *can. quia Sancta ibid.* in *can. ego Lu-*
dovicus ibid. in *can. vobis* 12. *q.* 2. Hiſtoriis ex- 67
plicantur, quas adverſus Jacobum Britanniæ Regem profert in *Apologia cap.* 6. *pag.* 44. *& ſeq.* malleus hæreticorum Bellarminus.

Itemque, quod Dioſcorus ob Synodum, quam
Græc. *λῃστρικὴν* vocant, damnatã, in Leonẽ Pon- 68
tificem auſus eſt, factum nefarium, execrandumque extitit, ut ait *Cabaſſut. Not. Eccl. ſæculo* 5. *n.* 20.

DE PATRIARCHIS

ARCHIEPISCOPIS, ET EPISCOPIS.

TITULUS IX.

CRescente numero Chriſtianorũ in magna meſſe multis operariis opus fuit; itaque præter Summũ Pontificẽ Patriarchæ quoque electi ſunt, Antiochenus ſcilicet, Alexãdrinus ultra Romanũ, vel à Petro, vel ab aliis Apoſtolis *can. Cleros* 21 *diſt.* quippe viſum eſt Apoſtolis neceſſarium, ut Principes Eccleſiaſtici præter Pontificem eſſent iis in locis, qui olim regebantur, a Præfectis *(a)* Prætorio Romanorum: Et quoniã erat *(b)* prima Præfectura, *quæ eſt caput Meridionalis Imperii*, vel Orientis: ſecunda *[c] quæ Metropolis eſt Syriæ*, tertia in Urbe Roma, quæ pariter caput eſt Occidẽtalis Imperii: ad inſtar hujus diſtributi regiminis totidẽ Patriar-

chæ

chæ collocati ſunt iiſdem in Sedibus, ut Rempublicam Chriſtianam utilius gubernarent. Primus (*d*) Antiochię ſedē fixit Divus Petrus per ſeptennium ibi commoratus: idemque Romæ, ubi totum ævum tranſegit. Alexandriç [*e*] ſedē Marcus Evangeliſta fundavit *can. Provincia 99. diſt.* Quare ad quartum uſque ſæculum tres fuerunt Sedes Patriarchales. Alii duo Patriarchç [*f*] Conſtantinopolitanus, & (*g*) Hieroſolymitanus favore Principum, & honoris congruentia creati ſunt, *Nicolaus I. ad Conſulta Bulgarorum cap.* 29. Idcirco poſt Romanū, primus eſt Cōſtantinopolitanus: ſecundus Alexādrinus: tertius Antiochęnus: quartus Hieroſolymitanus *can. diffinimus diſt.* 22.

Poteſtas (*h*) Patriarcharum hæc eſt: duplicem gerunt perſonam, unam Epiſcoporum ſeu Ordinariorum in propria Diçceſi: alteram Patriarchalē, juxta quam ſunt appellationum Judices, ac recurſuum ab Epiſcopis judicibus Ordinariis locorum, ſeu Provinciæ; Concilium Provinciale celebrant, Pallium Archiepiſcopis concedunt, viſitant ſubditas Eccleſias, & cùm ad eos appellatur, omittuntur perſonæ mediæ *can. ſi clericus* 11. *q.* 1.

Præter (*i*) Maiores Patriarchas, ſunt quoque Minores, ut Venetus, Cantuarienſis, qui & Primates dicuntur; atque hi deberent reſidere in aliqua Urbe, cui præfuerint præcipua tribunalia Seculi, *can. Provincia 99. diſt.*

Nunc de Archiepiſcopis videamus. Reipſa nomen Archiepiſcopi ſolis conveniebat Patriarchis *can. nulli diſt.* 99. qui verò Metropolitanas ſedes occupabāt, Metropolitani dicebātur. Sed ex quo Primates adepti ſunt Patriarchæ nomen ſibi communicatum ex conſuetudine, quā ſupra in explicationibus *ad Titulū de Conſuetudine* retulimus, pertranſiit hujus tituli uſus in Metropolitanos, paſſimque Archiepiſcopi dicuntur; & ſi qua differentia permanſit, hęc eſt ut ante Palliū Metropolitani appellētur *c. quoniā* 100. *diſt.*

Poteſtas Archiepiſcopi juxta variā perſonā, quam gerit, varia eſt; ſi conſideretur ut Archiepiſcopus, judex eſt appellationū, ſuffraganeos Epiſcopos ad officium compellit *cap. ſollicitudinem de Appell.* poteſt audire confeſſiones Provincialium *Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 3. *de reform.* proferre ante ſe vexillum Crucis *cap. ult. de Conſ in* 6. In locis quoque exemptis *Clem. Archiepiſcopi de Privil.* Indulgentias concedere intra Provinciā *cap noſtro de Pæn.* At verò ut ſimplex Epiſcopus eā habet poteſtatē, quam mox declarabimus.

Epiſcopi [*l*] ſimplices, Suffraganei ſępiſſimè vocati, prçeſſe debent non oppidis, ſed Civitatibus *can. in illis diſt.* 80. Erigitur [*m*] autē Epiſcopatus (*n*) à Summo Pontifice, cauſę cognitione prçmiſſa: & qui cupit in Civitate Paſtorem, debet providere de menſa, quç ad minus eſſe debet 1000. aureorū.

Poteſtas [*o*] Epiſcopi ad hęc redigitur; quedā ut Ordinarius gerit ex lege Juriſdictionis, quædam ex lege Diæceſana, quædam ex Ordine Epiſcopali, quædam ut Delegatus Apoſtolicæ Sedis. Poteſtas (*p*) ex lege Juriſdictionis illa eſt, quæ ex eo ipſi competit, quod ſit Epiſcopus. Poteſtas ex lege Diæceſana ex eo ad Epiſcopum pertinet, quia Diæceſim habet.

Digitized by Google

Epiſcopus ſine territorio hanc non exercet. Hanc Poteſtatẽ ita vocant Canones, textus *in can. 1. 10. q. 1. cap. dilectus de Off. ordin* Hinc Epiſcopus, ſi agamus de locis exemptis, in his quoque ex lege Diœceſana poteſt uti Pontificalibus *Clem Archiepiſcopo de Privil.* & ſi deliquerint exempti, coram Ordinariis recte conveniuntur *cap. volentes de Privil. in 6.* Regulares inſuper ſi inciderint in excommunicationẽ, eos denunciare poteſt *Clem. 1. de Privil.* & eoſdẽ ad Proceſſionẽ compellere *ſeſſ. 25. cap. 13. apud Trid.* Ex poteſtate Ordinis conficit Chriſma, ſignatque Fideles: Virgines conſecrat, ordinat Clericos. Tandem Delegatus Apoſtolicæ Sedis eſt omnis Epiſcopus: atque hic Titulus eſt ſuperadditus ad extendendam magis eorũ Juriſdictionem: non tamen officit eorũ juri Ordinario. Effectus hujuſce Delegationis multi ſunt. Primò jus habent pia quæque loca viſitandi, quamvis eorum cura ſpectet ad laicos *Trid. ſeſſ. 22. cap. 8. de Ref.* Secundò deducere queunt fructuum portionem ex beneficiis omnibus Cathedralis Eccleſiæ *Trid. ſeſſ. 21. cap. 3. de Ref.* Tertiò beneficia transferre *ſeſſ. 21. cap. 7.* Quarto (*q*) curare, & iubere executionem ultimarum omnium diſpoſitionum.

Erant (*r*) olim Chorepiſcopi, & hi duplicis generis; quidam ſimplices Presbyteri, ſeu Vicarii Epiſcoporum *can. Chorepiſcopi 68. diſt* quidam alii inſigniti Ordine Epiſcopali: & quia unus Epiſcopus in una Civitate ſufficiens non erat, in ſuburbiis erant iſti Chorepiſcopi, ita dicti à græco χώρα quod ſignificat oppidum. Sublati ſunt ſæculo undecimo, ne Epiſcopi, ſollicitudine paſcendi gregis levati, ſæcularium more, genio ſuo indulgerent: quæ ratio adducitur in canone 44. Synodi Meldenſis.

Erant etiã Epiſcopi ſcoti, id eſt ordinati ut eſſent adiutores aliorũ Epiſcoporũ: ideoque dicebantur Epiſcopi incertæ ſedis, ut fuit Sanctus Bonifacius.

SUMMARIUM.

Quid Prætorium: Quæ Prætoris auctoritas? 1.
Prima Præfectura erat Alexandria. 2.
Quiſnam conſtituerit? 3.
Cur Alexandria præcedat Antiochiæ? 4.
Deſcriptio Antiochiæ. 5.
Quando nam capta à Chriſtiano exercitu? 6.
Memorabile fortitudinis exemplum. 7.
Ubi nam, & quando Fideles cœperint Chriſtiani appelari? 8.
Primates an diſtincti à Patriarchis? 9.
Uxplicatur hac diſtinctione textus in can. 1. 99. diſt. 10.
Patriarchatus Alexandrinus quã magnus eſſet? 11.
Deſcribitur Conſtantinopolis. 12.
Origo *Patriarchatus* Conſtantinopolitani. 13.
Quando nam erectus Patriachatus Hieroſolymitanus? 14.
Qui nam Patriarchæ his temporibus ſint apud Schiſmaticos? 15.
Ubi eſt Pontifex, Patriarcha Crucem *ante ſe deferre nequit.* 16.
Crux Patriarchæ eſt cum duplici ligno trãſverſo 17
Non omnes Patriarchæ ſunt Primates. 18.
De Patriarcha Aquilejenſi. 19.
De Patriarcha Forojulienſi. 20.
Epiſcopatus quoad Ordinem eſt de Jure Divino. 21
Varia referuntur Epiſcoporum appellationes. 22.
In oppidis aut vico erigi nequit Epiſcopatus. 23.
Olim tamen quidã Epiſcopatus in oppidis erant. 24.
Hiſtoria ad probandum, erectionem Epiſcopatuum à Pontifice fieri. 25.
Olim Epiſcopi cauſas civiles Laicorum judicabant. 26.
Quid ſit Epiſcopi poteſtas ex lege juriſdictionis.? 27.
Explicatur denunciatio Evangelica, quæ pacti nudi obſervantia eluitur. 28.
Explicatur in quo poſita ſit denunciatio Evangelica? 29.
Elegans hiſtoria ad explicandum quomodo pacti nudi obſervantia obtineatur, per Denunciationem.

ſitionem Evangelicam. 30.
Effectus Denunciationis Evangelicæ. 31.
Quid ſit procedere ex Officio. 32.
Duplex Officium, & fuſe explicatur. 33.
Diſcrimen inter actionem, & Officium judicis. 34.
Corrigitur ope denunciationis Contractus, in quo læſio fuerit intra dimidiam & quomodo. 35.
Quæ cauſæ Matrimonii ſpectent ad Epiſcopum. 36.
Poſita cauſa, in qua articulus incidens ſpectet ad Eccleſiaſticum: An poſt Sententiam judicis Eccleſiaſtici, debeat pronunciare ſecularis. 37.
Expenduntur hæ incidentiæ. 38.
Quibus in impedimentis Epiſcopus queat diſpenſare. 39.
Quid poſſit Epiſcopus in delictis puniendis. 40.
Epiſcopus eſt Inquiſitor ordinarius. 41.
An cum Inquiſitore procedat cumulative, & quid in caſu diſcordiæ. 42.
Epiſcopus de Jure habet Familiam armatam. 43.
Accedit Conſuetudo quæ ſtatuit, ſi de Jure dubitamus. 44.
Epiſcopus habet Fiſcum. 45.
Epiſcopus habet Carcerem. 46.
Quid ſit jus Gladii. 47.
Variæ eruditiones de origine huius poteſtatis traduntur. 48.
De Auxilio Brachii ſæcularis. 49.
Origo huius auxilii per hiſtorias inveſtigatur. 50.
Quomodo debeat à Principe hoc auxilium ſubminiſtrari. 51.
Verba, quæ profert Pontifex dum confirmat Imperatorem ad explicandum hoc auxilium. 52.
An ad hoc auxilium Princeps obligetur. 53.
An Epiſcopus ſe poſſit ingerere in Prophanis diſpoſitionibus, late etaliqua novitate perquiritur. 54.
Quot genera Exequutorum Teſtamenti. 55.
Cauſæ Piæ cognoſcuntur in ſolo Foro Eccleſiæ. 56.
Corepiſcopi an etiam hodiè reperiantur. 57.

EXPLICATIONES.

(a) *Olim à Præfectis Prætorio.*

1 OLim Militares Magiſtratus vocabantur
Prætores *Juſt. Nov.* 25. Unde *Tentoria*
Exercituum, Ducumque, ab his Prætoria
ſunt appellata: & *Prætoria cohors*, quæ
ante Tentorium excubabat. Illi autem, qui
Prætorio, & militibus Prætorianis illud cuſtodientibus
præerant, *Præfecti Prætorio* vocati ſunt.
In Prætorianos Præfectus Prætorio ſummum
habebat imperium, eiuſque conſilio cuncta
Princeps gubernabat. Neque ab ejus Sententiis
dabatur appellatio *l.* 1. *ff. de Off. Prefect. Prætorio*.
Poſtremo ita ſuam auctoritatẽ extendit,
ut non modo res belli adminiſtraret, ſed etiam
Cauſas Appellationum judicaret, Imperii partes
regeret, Pancirol. *cap.* 5. *in Notit.* Idque
volunt ortum habuiſſe à *Commodo*, qui ut
deliciis vacaret, Perrenuio Præfecto omnes curas
commiſit *l. præcipimus* §. *huic C. de Appell.*
Atque olim duo erant Præfecti Prætorio, ſed
Commodus tres conſtituit, ut eſt Auctor *Lampridius*.
Recentiori ævo invadentibus fines Romani
Imperii Barbaris, tres conſtituti ſunt in
locis in Textu enumeratis. Sub Decio enim
Sextum Aquilinum fuiſſe Præfectum Orientis
Metaphraſtes affirmat: & ſub Valeriano Q.
Vicarium: & Ragonium Clarum Illirici fuiſſe
Præ. Prat. Spartanus habet, & Balliſta. Mox
verò Conſtantius quatuor conſtituit, eorum
poteſtate diminuta, unum Orienti, alium Illirico:
Tertium Italiæ, & Africæ, quartum
Galliis, Hyſpaniiſque, & Britanniæ præfecit.
Quod autem diximus Præfectos Prætorio olim
in illis Civitatibus primis degiſſe affirmat *Berterius Diatr.* 1. *c.* 8.

(b) *Et quoniam erat Alexandria.*

Ammianus *lib.* 22. Alexandriam vocat verticem
omnium Civitatum *Herod. L.* 7. poſt Ro- 2
mam primum locum ei tribuit Herodianus *pag.*
545. juxta verſionem Politi: *Chartago vel opibus,
vel magnitudine tantum Romæ concedens,
cùm Alexandria Urbis Aegyptiaca de ſecunda
Palma contendit*. Idcirco hic prima erat
Præfectura, quam conſtituit Auguſtus, ideoque 3
Præfectura Auguſtalis dicebatur, & ob hanc
cauſam D. Petrus ſtatuit, Alexandrinam, poſt
Romanam Eccleſiam, primum obtinere locum:
plura *Gonzales in cap. de Transl. Epiſcop.*
Erat enim veluti quoddam Orbis Theatrum,
ad quod ex Aſia, Africa, Europa univerſæ
gentes confluebant. Quare licet Antio- 4
chiæ Thronus fuiſſet Apoſtolicus, viſum eſt convenire,
ut hic Patriarcha ſecundum locum haberet
poſt Romanum; quare Baronius ita fuiſſe
diſpoſitũ per Conſeſſum Nicænorum Patrum
affirmat, ut poſt Legatos Papæ primus aſſederit
Alexandrinus Patriarcha.

(c) *Secunda erat Antiochia.*

Hæc Urbs ſecunda Præfectura fuit, ut habet
Gonz. ad *cap. antiqua de Privil. n.* 5. in no- 5
tis. Hæc urbs erat caput Imperii Orientalis,
Metropolis Syriæ; Huic Paleſtina, ipſaque
Hyeroſolima ſubjacebat *Spond. ann.* 30. *n.* 6.
Syria verò terminatur, Amano monte à Septentrione:
ab Auſtro felici Arabia: ab Occidente
Ægyptio pelago: ab Oriente Euphrate. Igitur
poſt Amanum, & Lilium Comagena eſt, cujus
caput Samoſata continet Tyria. Antiochia 12.
millia paſſuum à mare recedit montibus clauſa.

 Por-

Digitized by Google

Portum habet ad Orientis oſtia, qui S. Simo-
nis hodie appellatur. Hæc prius *Reblata* dicta
eſt *l.* 4. *Regum* quò Sedechias Rex captus ad
Nabucdonoſor Babyloniæ Regem perductus eſt
oculiſque privatus. Eam ſervos Abraham ædi-
ficaſſe ſacra docet volumina. Poſtremo *Theopo-
lis* eſt dicta: Juſtiniani Imperio, Romani eam cùm
reliqua Syria, per L. Scipionem victo Antio-
cho, recepere: floruitque ſub eorum Imperio an-
nos ferme mille. Deinde unà cùm Hyeroſoli-
6 ma, capta à Saracenis: demum poſt annos 100.
ſedente Urbano II. iterum una cùm ipſa re-
cuperata à Principibus Chriſtianis, & Boëmun-
do tradita. Rurſus autem à Salathino trium ſpa-
tio menſium expugnata, neque hactenus unquam
7 recepta; In qua expugnatione memorabile faci-
nus fuit Virginum cujuſdam Cænobii Religioſi,
quæ videntes omnia cæde compleri, nec pudi-
citiæ parci, adhortatione inter ſe mutua, gladiis
vultus ſibi dehoneſtarunt, ac manante cruore
Libidinem averterunt à Barbaris, unaque omnes
tutatæ ſunt *Volaterr. l.* 11.

(*d*) *Primus Antiochiæ Sedem fixit.*

Hic prima Cathedra Principis Apoſtolorum,
8 Chriſtianique primum appellati, cùm antea
diſcipuli dicerentur *Volater. l.* 11. *in Syria*.
Sub Antiocheno Patriarcha 20. Provinciæ, 14.
Metropolitani, 53. Epiſcopi, & in ea Urbe 366.
Templa fuere. Habebat ſex Urbes ſub duobus
Primatibus, quorum alter Trinopolitanus, ideſt
Baldacenſis, quę Civitas olim Babylon eſt ap-
pellata; alter verò Ancenſis, qui Perſidis Pri-
mas appellabatur. Ex quo obſervare licet, Pri-
9 mates fuiſſe diſtinctos à Patriarchis, & Metro-
politanis, ad quam diſtinctionem ſe referre vi-
detur Textus *in cap. duo ſimul de Off. Jud. Ord.*
10 cui tamen adverſatur Textus *in can.* 1. 99. *diſt.*
Sed rectè explicatur ſupponendo, quod Prima-
tum erant varia genera: alii Primates erant ipſi
Patriarchæ majores; At aucta Chriſtianorum
copia, auctiſque non minus Epiſcopis, ac Me-
tropolitanis, nonnullis etiam Metropolitanis
conceſſum fuit, ut eſſent ſupra Metropolitanos
eſſentque Primates *can. nulli* 99. *diſt.* quia ſic
expediebat ob longinquitatem; hi quoque Exar-
chę dicebantur, & erant quaſi Patriarchæ; no-
men quippe *Exarchæ* ſumebatur pro Metropo-
litano frequenter *Synod. Sard. can.* 6. Iſtique
Judices dabant *can. Judices* 11. *q.* 1. *Dartis ad
Decret. par.* 1. *diſ.* 99.

(*e*) *Alexandriæ Sedem Marcus Evan-
gelista fundavit.*

Ut diximus, Apoſtoli rationem Imperii ve-
11 teris ſecuti ſunt, & quoniam erat Alexandriæ
Præfectus Aegypti, qui Provinciam cùm Im-
perio regebat ad ſimilitudinem Proconſulis per
legem ſibi ab Auguſto latam *Ulp. in l. unic.
ff. de Off. Præfect.* Ideo in hac Urbe Alexan-
driæ, quam Alexander Farina delineavit, in
qua Rex Ptolæmæus Muſæum conſtituerat, ad
cujus æmulationem Athenæum à Claudio Ro-
mæ factum fuerat teſte Tranquillo, ubi hiſtoriæ
ab eo editæ quotannis recitarentur, & ubi Dio-
cletianus uno menſe 17. Chriſtianorum millia
trucidavit: in hac Urbe factus eſt Patriarcha-
tus *Volater. verbo Ægyptus lib.* 11. Atque hic
Patriarchatus omnes Ægypti Provincias com-
prehendebat, quæ ſex aliquando, poſtea 10. nu-
mero extiterunt. Inter hæc nova Babylonia
ſuper Nilum fluvium, quæ *later* vocatur, in
qua ſedes Regulis eſt. Subjicitur quoque Da-
miata civitas pulcherrima, de quibus aliiſque ſub
ejus ditione videatur *Vitriacus l.* 5. *Hiſt. Hyeroſol.*

(*f*) *Conſtantinopolitanus.*

Urbs Bizantii in Thracia Aſiæ à Severo, &
ejus filio Antonio Antonia dicta *Volater. in verb.* 12
Thracia. Volunt Græci Conſtantinum erexiſſe
Eccleſiam Conſtantinopolitanam ad hunc hono-
rem ſimul ac eo tranſtulit ſedem Imperialem;
fuitque olim Paulus Diaconus *in l.* 7. *c.* 24. qui
aſſervit, Phocam Imperatorem, Bonifacio peten-
te, primum ſtatuiſſe Sedem Apoſtolicam eſſe de-
bere in Urbe Roma, & ante hanc Conſtitutio-
nem Primatum fuiſſe apud Conſtantinopolim,
quam de hoc nomine dictam volunt à Conſtan-
tino poſtquàm in Bizantium Imperium hic tran-
ſtulit. Confutatur late à Petro Gregorio *in Syn-
tagm. Jur. p.* 2. *l.* 15. *c.* 5. *n.* 6. Ideoque ſecun-
da Roma appellatur *in l. intra urbem C. de Ope-* 13
rib. pub. Ut jam ad erectionem Patriarchatus
tranſeamus ſciendum, florente Republica Roma-
na fuiſſe in Bizantio Prætorium Illiricianum
duplici Sede Metropolitana inſignitum, Bizan-
tio, & Theſſalonica; Unde eodem modo Chri-
ſtiani ſequuti hunc ordinem Imperii, eam volue-
runt eſſe ſedem Patriarchalem ita *Petrus Greg.
d. p.* 2. *cap.* 5. Anno igitur 383. habitum eſt
Concilium ſecundum Univerſale, in quo Regu-
la lata eſt, ut Conſtantinop. Epiſcopus poſt Pa-
triarcham Rom. primus eſſet *l.* 9. *Hiſtoria Tripart.
cap.* 3. *l. omnium C. de ſacroſ. Eccl.* Alii cen-
ſent, Juſtinianum id perviciſſe multis precibus
Anno 500. Sub hoc Patriarcha ſunt Cappadocia,
Aſia, Thracia, Macedonia, Galatia, Helle-
ſpontum, Lydia, Bythinia, Pamphilia, Ar-
menia; Paphlagonia, Theſſalia, Honarides,
Lycia, Caria, Cappatiama, Phrygia, Lycao-
nia, Piſidia, Peloponeſum, Heſtades, Creta,
Calabria, Lazica, Hellade. Sed hodie Patriar-
chatus honor in Titulum à Pontifice tribui-
tur, cùm tot Provinciæ ſub jugo immaniſſimi
Tyranni miſeram patiantur ſervitutem.

(*g*) *Hyeroſolymitanus.*

Urbis hujuſce deſcriptionem egregiè tradit
Volaterr. lib. 11. *Geograph.* Hic ſolum referemus
quod Petrus quidam Heremita Gallus Divinita-

tis in-

tis inſtinctu Urbanum II. impulit, ut de recipiendis Hyeroſolimis Concilum Lugduni celebraretur anno 1085. Negotium hi Principes ſuſcepere, Dux Normannorum, Comites Toloſæ, S. Ægidii, Flandriæ, Bleſiæ, Carnotenſum. Præterea Hugo Regis Gallorum frater; Gothofredus Bulion Dux Lotharingiæ cùm Balduino fratre: E Regno Siciliæ Boëmundus cùm Tancredo Cognati: ſumma Belli Gothofredo tradita: Alexius quoque Imperator ſuppetias dedit. Quare omnes Helleſpontum tranſmittentes Nicæam applicuere, quam per vim cæpere, inde Antiochiam redegere in poteſtatem, eamque Boëmundo regendam tradiderunt. Hyeroſolimam hinc verſus exercitu traducto, operibus expugnare contendunt, muros demum corona aggreſſi anno 1099. per vim recipiunt, eique Rege Gothofredum præfecere, ſed & Hedeſſam,
14 & Carras in Meſopotamia ſubjugarunt. Quare in omni Syriâ quatuor conſtituere Principatus, Hyeroſolimitanum, Anthiochenum, Hedeſſanum, Tripolinum. Igitur hæc Civitas ſub Vigilio Papa honore Patriarchali donata eſt; & quia erat inter limites Anthiocheni, & Alexandrini Patriatchæ, ab utroque placuit ſuffraganeos in hunc transferre Guileſm. Tyrius *l. 11. ſacri belli cap. 11.* Primuſque Patriarcha fuit Robertus Præſul Piſanus, quo tempore adhuc, & Gothofredus ibi regnabat, Blondellus *l. 4. de ead.* 2. Hic verò Patriarcha præſidet Cæſaræ ad mare Mediterraneum, ſecundo Galilææ, tertio Arabiæ.

Ultra hos Patriarchas, his temporibus apud Schymaticos alii reperiuntur. Nam Jacobitæ diſperſi per Civitates, Terras, & Oppida Syriæ in Oriente adorant Dioſcorum Pſeudopatriarcham, & habent Patriarcham Meſopotamiæ reſidentem in Urbe Caraniſt, ex relatione Vitriaci *in hiſt. cap. 76.* Neſtoriani partim Caldæi, partim Aſſirii ſub duobus Patriarchis vivunt. Primus habet ſuũ
15 Titulum in Babylonia, alter in Confiniis Perſiæ reſidet in Scert. Fuit ex his olim Senior Sulaca Ordinis S. Baſilii, qui fuit à Julio III. confirmatus, ſed cùm Roma rediiſſet à Turcis occiſus eſt. Huic ſucceſſit Abdeſu, qui venit ad Concil. Trident. Romæque Pio IV. præſtitit Obedientiam *Vitriacus ib.* Tandem Armena Natio longè diſſiſſima duobus Patriachis ſubjicitur, unus eſt Armeniæ minoris reſidens in Civitate *Sis* in Cilicia ſub Turcarum Imperio. Imò & in Armenia minor e multi alii Patriarchæ creati reperiuntur; apud Maronitas in monte Libano ſuus reperitur Patriarcha.

(*h*) *Poteſtas Patriarcharum hæc eſt.*

16 Patriarchæ Crucem ante ſe deferre poſſunt ubique, excepta Roma, vel ubicumque ſit Pontifex, quia ubicumque eſt Pontifex ibi eſt Romana Civitas *Garcias de Benef. p. 5. cap. 1. n.* 387. At in præſentia Legati, aut Cardinalis prohibetur *Fragoſus part. 2. diſp. 16. 571.* Con-
17 ſtat autem Crux Patriarchalis duplici ligno tranſverſo, quorum ſuperius brevius eſt, & in hoc diſtinguitur à Cruce Archiepiſcopi; atque ulterius diſtinguitur quia Archiepiſcopus eam deferre poteſt ſolum in ſua Provincia *Germon. de ſacr. immun. L. 3. cap. 7. n. 29.*

(*i*) *Præter Majores Patriarchas.*

Debemus illud tenere quod eſt apud *Petrum*
18 *Gregor. in Syntag. de Primat.* non omnes Archiepiſcopos eſſe Primates, aut Patriarchas minores.

19 In Occidente autem eſt Patriarcha Aquilejenſis; ſed everſa Aquileja Iſtriæ Metropoli ab Attila, Decreto Synodi Gradenſis anno 580.
20 Patriarchatus tranſlatus eſt. Huic ſimilis eſt Patriarcha Forojulienſis; etenim poſt direptam Aquilejam Forojulium Venetiarum fuit Metropolis, ut Paulus Diaconus *L. 11. cap. 14.* aſſerit; ſed poſtea cùm inter ſe de finibus certarent, Venetia, & Iſtria Gradenſi, Longobardia verò Forojulienſi eſt attributa *Leo IX. Epiſt. XI.*

Ar Venetiarum Urbs Patriarchatum adepta eſt anno 1451. beneficio Nicolai V. ut refert Ughellius Tomo *V. Italia ſacra* & D. Laurentium Juſtinianum primum inſtituit Patriarcham; quamvis Choppinus *L. 2. de Sacra Pol.* 521. erectum Patriarchatum hunc affirmet ab Eugenio IV. ann. D. 1350.

(*l*) *Epiſcopi.*

Sunt Epiſcopi à Chriſto inſtituti, quo die Diſcipulis congregatis in unum, Januis clauſis Dominus ad eos intrans inſufflavit, ut convenit inter omnes.

21 Variæ ſolent excitari quæſtiones: an Epiſcopatus ſit de Jure Divino? Dicendum quoad Ordinem eſſe de Jure Divino, & quoad Inſtitutionem; ſecus quoad modum Juriſdictionis, qui pendet à Pontifice. Secundo: An ſit Ordo diſtinctus à Præsbyteratu? Quam dubitationem ad tractatum de Presbyteris reiicimus.

22 Variæ fuerunt Epiſcoporum appellatioues. Olim dicebantur Summi Pontifices, Concilium Tolet. 6. *in principio (ibi) convenientibus nobis Hiſpaniarum, Galliarumque Pontificibus Summis.* Interdum Summi Sacerdotes *can. Sacramentum 2. q. 5.* Frequenter Apoſtolorum ſucceſſores *can. dominus 93. diſt.* Nonnumquam Sancti *can. non nos diſt. 40.* Tandem Sanctiſſimi *Auth. de Sanct. Epiſcop. de collat. 9.*

(*m*) *Erigitur autem.*

Non poteſt Epiſcopatus inſtitui in Vico,
23 in Oppido, in Suburbio. Interim tamen negari non debet, in Oppidis quoque olim erectos fuiſſe Epiſcopatus prævalente Principum ſæcularium auctoritate. Sic diviſa in duas Provincias Cappadocia Valentis Imperio, Baſilius Cæſareenſis Metropolitanus Seſimum Vicum erexit in Cathedralem Eccleſiam, & Gregorium Nazianzenum in ea ordinavit Epiſcopum. Joann.

XXII.

Digitized by Google

24 XXII. in Extr. *Salvator*, & *in Extrav. Na-
per de Præb.* ob amplitudinem Toloſani Epiſco-
patus alias Sedes Epiſcopales erexit in Villis:
plura alia exempla adducit *Cuiac. l.* 15. *Ob-
ſerv.* 18. quem ſequitur *Gonzal. in cap.* 2. *de Priv.*

(n) A Summo Pontifice.

Videatur de Erectione, à quo fieri debeat, Man-
doſius *in praxi ſignaturæ Gratiæ verbo erectio*.
Cauſæ autem quibus inducitur Pontifex ad no-
vam hanc erectionem, ſunt populi excreſcen-
25 tia in aliqua Provincia, & idem *Mandoſius*
narrat efflagitante Catholico Rege Philippo, ere-
ctos fuiſſe in Flandra 11. Epiſcopatus, eo
quod Orator Theologus Romam miſſus expo-
ſuit Pontifici ita creviſſe populos in illis Pro-
vinciis, ut unus Paſtor non poſſet omnium
vultus inſpicere: quare id fuit à Pontifice
conceſſum. Alia inſuper cauſa eſſe poteſt Red-
dituum ubertas vigore Textus *in cap. quoniam
de vit. & honeſt. Clericorum*. Atque hæ ſup-
plicationes Erectionum hodie in *ſignatura*
proponuntur.

(o) Poteſtas Epiſcopi.

Primis Eccleſiæ ſæculis exercebant Epiſcopi
26 ſuam auctoritatem etiam in Laicos in quibuſcum-
que cauſis etiam Civilibus *Concil. Carth. III.
can.* 9. in quo canone referuntur privatorum
Chriſtianorum cauſæ, quæ ab Apoſtolo expe-
diebantur, & præceptum Epiſcopis videtur in
Epiſtola 1. *ad Rom. c.* 6. ubi ita ratiocinatur,
D. Paulus: Neſcitis quoniam Angelos judica-
mus? quanto magis ſæcularia; & de D. Au-
guſtino legitur apud *Baronium anno* 398. Cau-
ſas inter Laicos quoque emergentes terminaſſe.

(p) Poteſtas ex lege Iuriſdictionis.

Hæc exercetur ex *cap. conquerente X. de
Offic. Ordinarii* tum in cauſis contentioſæ Ju-
27 riſdictionis, cum lis intentatur; tum in cauſis
Juriſdictionis voluntariæ cum agitur de Benefi-
ciis conferendis, de Abſolutione à Cenſuris,
de Deſpenſationibus Epiſcopo permiſſis, qui
& ſervili, & adſcriptitia conditione liberat
can. ſi ſervus diſt. 44. *Azor. p.* 2. *l.* 3. *cap.* 33.

Atque ad hanc legem redigitur poteſtas cir-
ca contractus, circa Matrimonia, circa hæredum
negligentiam, circa delicta. De ſingulis breviter.

Quod ad Contractus attinet: interdum adſtrin-
git Laicos promiſſis ſtare; interdum corrigit con-
tractus Laicorũ. Quod adſtringat promiſſis ſtare,
jam explico: Finge pacto nudo aliquid promiſſũ,
quæ via, quæ ratio tenenda eſt, ut promiſſionis
implementum ſequatur? Numquid poſſum agere
in Judicio? Sed ex pacto nudo actio non ori-
tur, & non ſolum actio nulla derivatur de Ju-
re Civili, ſed nec de Jure Canonico. Scio an-
tiquiores interpetres contrarium ſentire. Res
tamen ita ſe habet *nulla actio oritur ex pacto nu-
do*, inſpecta quoque Eccleſiaſtica Juris pruden-
tia, quod ſuſtinet *Germon. l.* 1. *Imm. cap.* 3.
Mendoſius de pactis q. 9. nec auctoritates deſunt,
quibus id comprobetur. Extat Text. *in cap. ſi
cautio de Fide inſtrum.* qui videtur tranſcriptus
ex *l. cùm de indebito §. ult. de Probat.* Acce-
dit ratio, quia noluerunt Legiſlatores, tot eſſe
cauſas obligandi, ne nimia facilitate homines
obligarentur, & dum effuſo ſermone ſe jactant,
in ſui periculum inciderent; ſi enim ex omni-
bus contractibus ſeu conventionibus Jure, & Ju-
dicio liceret experiri, nullus eſſet Controverſia-
rum finis: Atqui hæc eadem ratio militat etiam
de Jure Canonico *Clem. diſpendioſam de Judic.*
ſi igitur Actio non oritur de Jure Canonico ex
pacto nudo, quodnam ſupereſt confugium? *In-* 28
venit jus Canonicum auxilium *Evangelicæ de-
nunciationis, & officium Judicis*, perquæ duo
Epiſcopus etiam adſtringit per Cenſuras adimple-
re. Non poſſunt hæc duo remedia rectè intel-
ligi niſi rem altius à ſuis principiis explice-
mus. Ex Chriſti igitur Præcepto: *ſi peccaverit
in te frater tuus, vade, & corripe eum, & ſi
te non audierit dic Eccleſiæ* quotieſcumque com-
miſſum fuerit noxium crimen, Blaſphemia, Hæ-
reſis, furtum, expoſtulatio, querimonia, locum
habet adverſus delinquentem, denunciatio, 29
qua Epiſcopo Criminis indicia prodantur, Exem-
plum ſubminiſtrat hiſtoria, quæ videri poteſt
in cap. Novit de Judic. Convenerat inter Philip- 30
pum Regem Galliæ, & Joannem Angliæ Prin-
cipem, ut cauſa Comitatus Pictavienſis, quem
Joannes in feudum acceperat, certa pacta inita
ſervarentur; Philippus eadem fregit, eumdem-
que Comitatum armis occupavit; Joannes quod
armis efficere non potuit, nec precibus aſſequi,
negotium Innocentio denunciavit. En exem-
plum Denunciationis, quæ prius Philippo fa-
cta fuit privatim, deinde coram Pontifice Epi-
ſcopo univerſali. Talis expoſtulatio denuncia-
tio eſt, de qua obſervandum; his temporibus
penè exoleviſſe, quia Præceptum Chriſti erat
affirmativum, ut notat *Quintinus Æduus ad hunc
Text.* Ideo varios caſus, in quibus denuncia-
tio neceſſaria non eſt, explicat *Laym. de Correct.
fratern. tract.* 4. *lib.* 3.

Verum effectus Denunciationis factæ Epi-
ſcopo, eſt, ut poſtea Epiſcopus procedat ex Of- 33
ficio, non quia hic ſit effectus, quem De-
nunciatio intendebat, quia tendebat ad Corre-
ctionem: Sed Epiſcopus ad officium procedit
in conſequentiam, eleganter *Quint. Æduus in
d. cap. novit n.* 78. Sed quid ſit procedere ex
Officio, non protinus intelligitur. Hanc quo- 32
que rem ſuis principiis explicare oportet. Ele-
ganter ait *Bald. in Rubr. de Jur. Jurand.* tria
ſunt Jura, *Bonum* ideſt Exceptio: *Melius*, ideſt
Officium judicis: *Optimum*, ideſt Actio. Offi-
cium judicis eſt Juſtitiæ, & virtutis *Actio*, quia
Judex debet opem ferre Populis, & ideo om-
nes Artifices vocant ſuas Actiones Officium,
ut ait *Valla lib.* 4. *Elegant.* Melius *Cicero l.* 1.
de Offic. Eſt inquit *Officium, quod lege, vel na-*

tura

turæ adimplere cogimur. Ultra hæc officium judicis, aut ſponte nullius imploratione à judice exercetur: aut imploratur, cùm deficit actio.

Primum officium dicitur nobile; ſecundum dicitur mercenarium *cap. judicis de off. jud. l. ædiles 25. §. item ſciendum ff. de Ædil. edict.*
33 Hoc amplius obſervandum: diverſum eſſe officium judicis, ab actione. Officium Judicis ex æquitate proponitur *Anaclet. ad Tit. de off. Iud. §. 1. n. 20.* Ideoque non videntur in obligatione quæ officio judicis præſtantur *l. qui per colluſionem in fine ff. de act. empti*. At actio debitum perſequitur *l. nihil 51. ff. de obl. & act.* Officium Iudicis facti eſt, nec pacto tollitur de non
34 petendo *l. 7. §. ſi paciſcar ff. de pactis. l. 4. ff. de eo quod certo loco*. At hoc pacto, tollitur actio *l. 7. §. pactorum ff. de Pactis*. Diſpoſita officio judicis, reſpuunt appellationem, juxta caſum textus in *l. ſcire ff. de excuſ.* In his quæ jure actionis veniunt, ad moram ſufficit interpellatio extrajudicialis *l. qui Romæ 121. §. cohæredes ff. de V. obl.* ſecus ubi agitur de officio Iudicis *l. 44. in princ. ff. damno inf. Alciat Lib. 2. Parad. cap. 10.* His omnibus ſuppoſitis: nunc aſſertio ſuperior expeditè, promptèque intelligetur. Cùm pacto aliquid fuit promiſſum, denunciandus eſt Epiſcopo promittens, ſi adimplere recuſet, & Epiſcopus ſequuta denunciatione procedit ex officio. Varia exempla adducit *Quintinus Æd. loc. cit.*

Sed non ſolum promiſſa adimplère cogit Epiſcopus, ſed contractus quoque corrigit, præmiſſa denunciatione. Ideoque ſi quis intra dimidium juſti pretii læſus fuerit, quoniam actione deſtituitur *cap. 2. de emption.* cogit Epiſcopus contrahentes ad æqualitatem *Layman in Tract. de Empt. & Vend.* Quod verò attinet ad Matrimonium, hæc inſpectio duas continet partes: prima eſt an ſolus Epiſcopus habeat cauſarum Matrimonialium cognitionem: ſecunda an in impedimentis diſpenſare queat?

Si de prima interroges. Cauſas Matrimoniales ſpectare ad Tribunal Epiſcopi eſt decretum à *Trident. ſeſſ. 24. de Ref. Mat. can.*
35 *12. Si quis dixerit cauſas Matrimoniales non ſpectare ad judices Eccleſiaſticos Anathema ſit.* Sed admodum dubium eſt, an ſæcularis Iudex ſaltem incidenter Cauſam Matrimonialem diſpicere, & definire poſſit? Caſus eſſet, ſi inter diſceptan-
36 dum de cauſa hæreditatis delatæ coram judice ſæculari, forte ſuboritur controverſia, an hæres ſit legitimus? In quo articulo illud certum eſt, talem legitimitatis incidentiam ab Epiſcopo judicandam *Barboſ. de Off. & Pot. Ep. All. 84.* comprobat *Text. in c. tua de ord. cognit. Text. in cap. lator, in c. cauſam extra qui fil. ſint legit.* Sed ulterius quæri poteſt, an ſit in hoc caſu judicium dividendum ita, ut ſuum articulum definiat uterque Judex? Ita plane; Ec-
37 cleſiaſticus in primis ſuam profert ſententiam, & deinceps ſæcularis primam altercationem dirimet, *cap. tuam in fin de ord. cognit. l. de quare 74. ff. de Jud.* Sed fingamus è contrario, Epiſcopum habere cauſam principalem ſpiritualem, & incidere diſputationem de hæreditate; ad 38
quem ſpectat de hæreditate judicare? Epiſcopus etiam de hæreditate ſententiam pronunciat, ut eſt *Text. in c. 1. extra qui fil. ſint legit.* Diſcriminis ratio cur Epiſcopus de incidentia profana cognoſcat: non ſæcularis de Eccleſiaſtica, hæc adducitur à *Canedo in practicis q. 30.* quia Eccleſiaſticus reſpectu cauſæ temporalis eſt tantum incompetens: ſæcularis reſpectu Eccleſiaſticæ cauſæ, eſt incapax *Guttieres Lib. 3. Pract. quæſt. 20.*

Tranſeamus ad impedimenta Matrimonii? In non dirimentibus poteſt Epiſcopus diſpenſare 39
Piaſ. in Prax. Melius *Barb. loc. inſr. cit.* affirmans ex rigore Juris id Epiſcopo non competere, ſed ex conſuetudine *Bonacc. q. 3. punct. 15. n. 1. de Matrim.* Si ſit ſermo de dirimentibus, ad hæc diſpenſanda minimè extenditur *cap. cùm inferior de Majorit. & Obed.* Videantur varii caſus, in quibus nihilominus Epiſcopus diſpenſat apud *Barb. all. 35. de Offic. Epiſc. Parte 2. n. 2. & ſeq.*

Nunc tertium caput declarandum eſt: quid poſſit Epiſcopus circa delicta. In primis Epiſcopus eſt Inquiſitor Ordinarius in delicto hæreſis 40
ita, ut non impediatur proceſſum efformare, licet adſit in Diœceſi Inquiſitor delegatus à Se- 41
de Apoſtolica, & ipſe quoque procedat; ſed in hoc caſu vel ſeparatim, vel conjunctim cùm Inquiſitore proceſſum conficere poteſt ad Text. in *cap. per hoc de hæret. in 6.* ſi tamen ſeorſim procedant, debent ſibi communicare acta, & ſimul uterque proferre ſententiam: & ſi fuerint diſcordes, inſtructam cauſam remittere ad Sedem Apoſtolicam. Ita docet *Piaſ. in Prax. Epiſc.* 42
p. 2. c. 4. Ultra hæreſim ad hoc Tribunal ſpectat ſimonia, apoſtaſia; uſuræ, ſortilegia, perjuria *cap. 1. de off. ord.* Ex delictis autem generatim ſumptis quædam ſunt *mixti fori*, quæ vel ad ſæcularem: vel ad Eccleſiaſticum judicem ſpectant. Ex rigore Juris ſunt *mixti fori* ſtuprum, inceſtus, adulterium, ſacrilegium *cap. cùm ſit generale de for. compet.* Eſſe hæc delicta mixti fori defendit *Jul. Cartar. deciſ. 77. per tot.* Et de præventione Judicis Eccleſiaſtici *Theſaur. deciſ. 148. n. 4. Bermon. Tract. de publ. concub. Tit. de ſtupro n. 41.*

Ut autem delicta quædam ſpectant ad Tribunal Epiſcopi, ita etiam puniendi modus: & ideo Epiſcopus habere poteſt familiam armatam *can. ſtatuimus 16. q. 1. can. quoniam 18. diſt.* 43
unde officiales, & apparitores habere poteſt *can. omnes baſilicæ 16. q. 3.* Non deſunt tamen, qui familia armata Epiſcopum uti non poſſe aſſe- 44
ruerunt, *Suarez de Pace pract. Prel. 2.* Sed obſervare decet cùm Barboſa *alleg. 107. P. 3.* id indubitatum ex Concil. Trid. *ſeſſ. 25. de Ref. c 3.*

Ulterius habet fiſcum, de quo eſt Text. in *can.* 45
ſi quis 22. 17. q. 4. cap. quia diverſitatem de conceſſ. Preb. & ibi gloſſa verbo præter. Fiſco proinde applicantur bona patrimonialia Cleri-

corum

corum hæreticorum ut docet Farinac. *de hæret.*
q. 100. Fiſco applicantur pœnæ pecuniariæ cùm
obligatione eas erogandi ad pios uſus *ex Trid.*
ſeſſ. 25. *de Reform. cap.* 3.

Hic nondum finis. Epiſcopus etiam habet car-
cerem, cùm ad cuſtodiam delinquentium tum ad
46 pœnam *cap.* 3. *de pœnis in* 6. Nam habet merum
Imperium *cap.* 1. *de off. ord.* ideſt obtinuit Jus
animadvertendi in facinoroſos. Olim in ſignum
meri Imperii fuit introductum in Imperio Orien-
tali, ut Magiſtratui, cui publicè rerum geren-
47 darum poteſtas dabatur, gladius una cùm S. Evan-
gelio traderetur, atque in eo juraret. Cur autem
Jus gladii dicatur merum Imperium, ex hiſto-
ria deducitur; Nam cùm nemo antiquitus gla-
dium gereret, niſi Princeps. unde Vitellius ſol-
vit è latere pugionem, & eum dedit primo
Conſuli, *Suet. in vita Vitell.* Hinc ergò prove-
nit cur Jus gladii dicatur *in l. imperium* 3. *ff.*
48 *de juriſd.* quia gladium gerere erat ſymbolum
ſupremæ Dignitatis, & ideo Trajanus Præfectum
Prætorio gladio cinxit dicens: *Accipe hunc enſem,*
ſi juſtè imperavero, pro me; ſi male, contra me
utaris. E contrario miſtum Imperium de per-
ſonarum ſtatu, & poſſeſſione, vel dominio Ju-
riſdictio eſt, quæ tamen ſine coercitione modica
non exercetur *l.* 3. *in fine ff. de off. ejus cui mand.*
& ideo miſtum dicitur. Eleganter hac de re
Joachim Steph. de Juriſd. l. 3. *c* 4. *Gonzales,*
Quintin. Æduus.

Ultra hæc omnia, Epiſcopus poteſt etiam ad
49 delicta punienda ſæculare brachium implorare.
Brachium idem ſignificat ac potentiam: &
ideo Reges unguntur humeris, & brachio *cap.*
un. de Sacr. Unct. oleo Catechumenorum; ta-
metſi Carolus Magnus à capite ad pedes uſque
fuerit inunctus, Hallerius de *Sacr. Elect. pag*
1533. Unde imploratio brachii ſæcularis eſt
rogatio, qua Epiſcopus petit ſubminiſtrari ſibi
potentiam ſæcularem. Id originem habuit à
50 moribus Romanorum, apud quos, tentatis omni-
bus remediis, invocabatur à ſuperioribus Magiſ-
tratibus manus militaris *l. ſi quis C. de Epiſ. &*
Cler. Aurel. lib. 3. *Sent. c.* 4. Videantur exem-
pla apud *Livium l.* 24. *apud Valer. Max. l.* 1.
c. 13. & ideo tale auxilium vocatur poteſtas ſæ-
cularis, *cap. ut officium de hæret. in* 6. aliquan-
do publicum auxilium, *cap.* 1. *de offic. Ordin.*

Remedium hujuſmodi debet ſubminiſtrari à
51 ſæculari, ex officio, & ex neceſſitate; *ex offi-*
cio, quia mutua charitatis eſt fundamentum
noſtræ Religionis. Ulterius quia Principes ſunt
Eccleſiæ defenſores *c. boni Principis diſt.* 96. *c.*
tributum, *c. Præterea* 23. *q.* 8. *can. Maximini*
23. *q.* 3. Quia cùm Papa Imperatorem confir-
mat, Gladii temporalis executionem illi com-
mittit dicens: *Accipe gladium deſuper B. Petri*
52 *Apoſtoli corpore ſumptum per manus noſtras &c.*
(& paulo poſt) *in defenſionem Sanctæ Romanæ*
Eccleſiæ ordinatum, ad vindictam malefactorum,
& laudem verò Bonorum: ita in Pontificali *cap.*
de Conſecr. Imperat. Et idem Imperator dum

coronatur, promittit defendere Eccleſiam quo-
tieſcumque rogatus fuerit, *can. tibi Domino diſt.*
63. *Clem* 1. *de jur. jur.* Ex neceſſitate juris quo- 53
que obligatur; ſub, pœna Juris Eccleſiaſtici, *cap.*
ad abolendam §. *pen. cap. Excommunicamus* §.
moneantur de hæret. cap. dilecto de ſent. exc. in 6.
Trid. ſeſſ. 25. *de Ref. c* 5 *Barboſ. P* 3. *alleg.* 107.
de off. & pot Epiſc Marth p. 1. *c.* 52. *n.* 4. quod
verum eſt niſi juſta de cauſa Princeps recuſet,
& caſus adducit nonnullos *Gonzal. & Pereyra a*
Caſtro de manu Regia c 52. *L.* 2. *Tit.* 8. *p.* 2.
Cancer. l. 2. *Tit. de Libert. Regnic. cap.* 17. Dif-
fert autem talis imploratio à traditione Curiæ
ſæculari, quia per traditionem ſe Eccleſiaſticus
Iudex ſpoliat juriſdictione *cap. ſuper eo de hær.*
in 6. at verò ſecus eſt in imploratione.

Sicut autem Epiſcopus ſæcularem judicem
implorat; ita viciſſim laica poteſtas Eccleſiam
invocat *cap.* 1. *de Offic Ordin. Caſtro de manu Re-*
gia d. p. 2. *Cancer. c.* 15. *T. de Implor. Brach. ſæcul.*

(q) *Curare.*

DISSERTATIO UNICA.

An Epiſcopus non ſolum pia, ſed profana etiam ultima diſpoſitionis curare executionem poſſit?

Quod aſſerimus in noſtro Titulo; Epiſcopo
jus eſſe curandi, jubendique executionem om-
nium ultimarum voluntatum, præeunte Fagna-
no aſſerimus in *cap. nos quidem de Teſtam. n.* 10.
his verbis: *Verùm Innoc. hic n.* 2. *ait, defen-* 54
ſionem teſtamentorum ad Epiſcopum pertinere quoad
pias cauſas. & idem videri etiam in non piis.
Itemque præeunte Barboſa *P.* 3. *alleg.* 82. *de*
Offic. & Pot. Ep. ſub n 15. ibi: *Epiſcopo incum-*
incumbere hanc curam etiam ſi legata non ſit pia.

Hanc ipſam tuentur ſententiam *Gratian. T.* 3.
diſcept. 363. *Guttierez Pract. Lib.* 1. *q.* 44. *n.* 4.
Cened. ad Decret. collect. 114. *n.* 1. *Pereira de*
manu Regia P. 1. *cap.* 16. *Diana Moral. Reſol. P.* 1.
Tract. 2. *Reſol.* 98. *Carpius de execut. teſtam. L.*
1. *cap.* 21. *Marta de Juriſd. P.* 2. *cap.* 10. Et
hujus ſententiæ hic ſenſus eſt; quod hæc cauſa
ſit mixti fori, deturque locus præventioni *Co-*
varr. in cap. ſi heredes 6. *de Teſtam. n.* 1. *Pirhingus*
ad T. de Teſtam. n. 115. *Anaclet. ibid.* §. 23. *n* 768.

PROB. I. Quia negligens executor, graviter
peccat *Navarr. in manuali cap.* 25. *n.* 65. *Suarez*
de Conſur diſput. 4. *ſect.* 5. *n.* 10. At ratione
peccati laicus efficitur de juriſdictione Epiſcopi
cap. novit verſ. non enim de Iud. Ita argumen-
tatur Barboſa *ubi ſupra n.* 17 confert Text. *in*
Clement. quia contingit de Relig. dom.

PROB. II. Ultima voluntas pia dicitur, *l. quidam*
§. *illo C. de neceſſ. ſerv.* elegans locus Quintiliani
Decl. 311. cujus verba ſunt: *Iubet ſcrutari etiam*
defuncti voluntatem, qua nihil in noſtro animo ſa-
cratius eſſe debet.

PROBATUR III. Quia, defendere deſtitu-
tos humanis auxiliis, Epiſcopi eſt, Text.
in cap, ſuper de V. S. can. 1. *diſt.* 87.
Sed deſtitutus humanis auxiliis, eſt defun-

ctus;

ctus; ad quod adducitur Text. *in can. defenſionis* 87. *diſt.* Confirmatur ex *l.* 1 C, *de Sacroſ. Eccl. & can. ultima voluntas §. ſed alius* 13. *q.* 2.

PROBATUR IV. Ex generalitate Textus *in cap. ſi heredes* extra *de Teſtam.* cujus verba ſunt *ſi hæredes juſſa Teſtatoris non adimpleverint, ab Epiſcopo loci illius omnis res, quæ his relicta ſunt, canonicè interdicatur.*

PROBATUR V. Ex can. Silveſter 11. *quaſt.* 1. dum ait, nolentem adimplere voluntatem Teſtatoris, quiſquis ille eſt, Epiſcopi judicio eſſe coercendum; adde ibi quod Gloſſa notat in verbo *in veſtro judicio.*

PROBATUR VI. Ex cap. Joannes extra de Teſtam, ubi ſi executores negligant ultra legata pia creditoribus ſatisfacere, ab Epiſcopo coguntur; ergò ultra legata pia Epiſcopus defenſionem teſtamentorum ſuſcipere valet.

Antequam verò difficultatibus ſatisfaciamus, ſciendum eſt, ſufficere in præſentia ad hanc Epiſcopi auctoritatem ſuſtinendam, ut ſaltem locus ſit præventioni, videlicet ut actor intentet actionem ſuam, vel coram Judice ſæculari, vel coram Epiſcopo, tametſi teſtamentum ſit profanum: & in hoc caſu datur locus præventioni, *Oliva de foro Eccleſ. par.* 3. *q.* 35. Rurſus ſupra tradita intelligenda ſunt in hoc ſenſu, ut poſſit agi negligente executore, vel hærede; nam ad exequendum executor habet annum, *Auth. hoc amplius C. de Fideic.* & ſpacium ſex menſium quoad pia legata *Auth. de Eccl. Tit. §. ſi autem legatum coll.* 9. *Oliva de for. Eccleſ.* 3. *part. q.*
55 35. Et alterius notandum eſt interdum relinqui executores à Teſtatore, interdum dari à Lege, interdum nullos eſſe executores, ipſumque exequi hæredem; & in his omnibus caſibus poſita negligentia, Epiſcopus procedit, aut compellit executores. *Text. in cap. licet de voto, Auth. de hared. & falc. §. ſi quis coll.* 1. *Barboſa d. alleg. Amoſtazzo de cauſ. piis Lib.* 1. *cap.* 12.

Objic. 1, Text. in *can. Epiſcopus* 88. *diſt.* ibi *Epiſcopus tuitionem teſtamentorum non ſuſcipiat:* ergò non ſuccedit in executione teſtamenti profani.

Varii varia protulerunt in explicationem hujus conſtitutionis; mihi arridet expoſitio quorumdam antiquorum, qui verbum illud *tuitionem* ab intuendo derivant, quaſi ſignificet, inſpectionem. Et ſenſus eſt, ut Epiſcopus non interſit actui aperiendi Tabulas teſtamenti: qui actus eſt, utpote profanus, eliciendus coram Judice ſæculari, *l. conſulta C. de Teſtam.*

Objic. 2. Munus quoque tutoris exercere eſt opus pietatis; atqui munus tutoris Epiſcopo prohibetur; & adeo prohibetur, ut primis Eccleſiæ ſæculis teſtator, ſi tutorem reliquiſſet Epiſcopum, privaretur Eccleſiaſtica ſepultura, ut probat *Baron. ex Concil. Africano temporibus D. Cypriani Anno* 253.

Sed facile reſpondetur, nam tutelæ adminiſtrator per plures annos varia, & profana negotia adminiſtrat, & exercet: executio autem piæ voluntatis brevi tempore expediri, & adimpleri poteſt.

Objic. 3. Si Epiſcopus ſuccederet in executione, ſuccederet ut legitimus executor, *Nov. de Eccl. Titulis §. ſi autem executores*, ſed exiſtente executore aſſignato jam à teſtatore non eſt locus legitimo *l. inteſtato ff. de legitim. Tut.* ergò &c.

Reſp. Cùm diſtinctione: non eſt locus executori legitimo, exiſtente teſtamentario, ſi negligentia non differat executionem ultra annum, concedo; at ſi differat, devolvitur ad Epiſcopum executio ſupremæ voluntatis, *l. nulli C. de Epiſc. & Cl. cap. nos quidem de Teſtam.*

Objic. 4. Teſtamentum eſt res profana, ut ſuppoſuimus: diſtinguitur enim à teſtamento ad pias cauſas. At Epiſcopus debet omnino à profanis quibuſcumque rebus abſtinere, *can. Epiſcopus, can. perlatum* 88. *diſt.* ergò ad eum non ſpectat cura teſtamentorum.

Reſp. Per ſupra tradita; nam teſtatoris extrema voluntas pia videtur, quæcumque ſit, etiam ad cauſas non pias, *l.* 1. *C. de Sacroſ. Eccl. can. ultima voluntas §. ſed alius* 13. *q.* 2. & concernit peccatum non obſervare extremam voluntatem, & hanc ob cauſam multæ in Jure Canonico ſunt circa diſpoſitiones ſupremas proditæ conſtitutiones. Ecce, ſi legatum nudis verbis relinquatur, tamen ſolvendum eſt, *cap. indicante de Teſtam.* culpam eſſe gravem non adimplere extremam voluntatem, textus eſt in *cap. ultima voluntas* 13. *q.* 2. *Fragoſ. de regim. Eccleſiaſt.* 3. *p. l.* 5. *§.* 5. *n.* 151.

Hactenus demonſtratum eſt, quid poſſit Epiſcopus in ultimis diſpoſitionibus profanis; Nunc breviter de piis voluntatibus, quarum cura (ut omnes conſentiunt) ad Epiſcopum ſpectat, eo quod cauſæ piæ ſunt fori Eccleſiaſtici, *Concil. Trid. ſeſſ.* 22. *de Ref. cap.* 8. ibi: *Epiſcopi etiam tamquam Sedis Apoſtolicæ delegati in caſibus a iure conceſſis omnium piarum diſpoſitionum &c. ſint executores.* Hac de re ſunt Textus 56
perſpicui *in cap. nos quidem de Teſtam. in can. admonere* 16. *q.* 2. *Caniſius in cap. ſi haredes, de Teſtam. n.* 4. *in fine.*

(r) *Erant.*

De Chorepiſcopis.

Perſeverant adhuc in Oriente Chorepiſcopi;
ſed in Patriarchatu Alexandrino deletis Epiſco- 57
pis, ſoli Chorepiſcopi curam Patriarchæ in adminiſtratione levant, *Petrus de Marca Lib.* 2. *cap.* 14. *de concord. Sacerd. & Imper. Florens ad Lib.* 2. *Decret. Tit. de translat. Epiſcop. pag.* 112.

DE ELECTIONE PONTIFICIS, PATRIARCHÆ, ARCHIEPISCOPI, ET EPISCOPI.

TITULUS X.

EST (*a*) electio delectus, ſeu vocatio idoneę Perſonę ad dignitatem; De qua duo videnda ſunt: qui eligere: & quomodo eligere poſſint.

Pontificem (*b*), à prima etiam Inſtitutione Eccleſiæ, Clericorum collegium eligebat, & populi teſtimonium, & nominatio accedebat; fuitque introductum à [*c*] Valentiniano, ut Imperatores [*d*] confirmarent Pontificem; donec Conſtantinus [*e*] Pronepos Heraclii, temporibus Benedicti II. reſtituit Clero, & populo liberam eligendi facultatem. Sed cùm in populo ſeditiones coorirentur [*f*] Nicolaus II. declaravit apoſtaticum, qui non eligeretur à Cardinalibus, *can. ſi quis pecunia* 79. *diſt.* mox Alexander III. *in Lateran.* 3. ſancivit, ſolam fore canonicam illam electionem, in qua Pontifex eligeretur à duabus partibus Cardinalium. (*g*) Tandem à Gregorio X. *in Lugdun.* 2. clauſura Conclavis inventa eſt, quam debent ingredi Cardinales elapſis diebus 10. à morte Pontificis, debetque fieri in palatio, ubi Pontifex habitavit, *cap. ubi periculum de Elect. in* 6.

Aliorum (*h*) omnium electio vel conſideratur poſt reſervationem (*i*) Regulæ 2. Cancellariæ, vel de Jure communi. Poſt hanc reſervationem omnes Prælati à Pontifice eliguntur: niſi ſint, vel (*k*) Concordata, ut inter Fridericũ III. alioſque Germaniæ Principes, cùm Sede Apoſtolica, *Bulla ad ſacram Anno* 1441: qua conceſſum eſt Germanis Prelatos eligere ſecundũ Jus commune. Vel ſint Privilegia [*l*] ut Principes nominent Epiſcopum.

De Jure communi Prelatus eligitur à Capitulo, nempe à (*m*) Canonicis.

Modi eligendi ſunt tres *ex cap. quia propter de Elect.* Scrutinium ſcilicet, Compromiſſũ, & Inſpiratio. [*n*] Scrutinio eligitur, cùm tres (*o*) aſſumuntur è Collegio, qui ſingulorum vota exquirant, & ille cenſetur electus (*p*) in quem major, & ſanior pars Capituli conſenſerit. Hìc adnotandum, diſpoſitiones *c. quia propter* in collatione beneficiorũ [*q*] non obſervari *Fagn. in d. cap. quia propter.* Niſi ad ſcrutinium Canonici conſentiant, eligere poſſunt per compromiſſum (*r*) quod fit quando Capitulares transferunt facultatem eligendi in unum, aut plures. Etiam hoc compromiſſum jungi poteſt cùm ſcrutinio, ſi compromiſſarii prius vota exquirant, deinde eligant.

Inſpiratione (*ſ*) verò eligitur Prelatus, cùm omnes impulſu prope Divino, in unum conſentiunt: veluti D. Nicolaus, Ambroſius, & Severinus electi ſunt, *can. ſtatuimus diſt.* 23.

Non eſt omittendum, Cardinales etiam his modis uti poſſe; ſed & conſuetus eſt alter modus per (*t*) adorationem, de quo in notis. SUM-

Digitized by Google

SUMMARIUM.

Electio præſtat Succeſſioni. 1.
Maxime in Prælatura. 2.
Valentinianus quomodo cœperit in Electione Pontiſicum partes habere. 3.
Imperatores Confirmandi Jus quando uſurpaverint: explicantur varii canones. 4.
Conſtantinus Heraclii Pronepos, ob Benedictum ſecundum, reſtituit liberam eligendi Poteſtatē. 5.
Mos antiquus mittendiComamRomano Pontiſici. 6.
Electio Cardinalibus demandata, & quando. 7.
Conclavis notitia per brevis, ex probatiſſimis auctoribus compilata. 8.
Inferiorum Prælatorum electio ad quos olim juxta canones ſpectaret: late expenditur. 9.
Reſervatio regula ſecunda Cancellariæ, & ejus verba. 10.
Electio, ſeu Proviſio Cathedralium olim erat Pontiſicis. 11.
Quomodo jam Pontifex Epiſcopos deſignet. 12.
Concordata circa Electiones. 13.
Privilegia circa proviſiones Cathedralium. 14.
Canonici vox quid denotet. 15.
Canonici dicti quia jurabant in canones quattuor Conciliorum. 16.
Electio, qua ſuffragium ſuum unus alteri monſtrat, ſuſtinetur. 17.
Electio nocte facta an valeat. 18.
Electio, in qua unum votum ſupernumerarium ſit, valet. 19.
Electio in paritate Votorum an valeat Jure, diſputatur Canonum hinc inde auctoritatibus. 20
Interpretatio ad Textum in can. ſorte 63. diſt. 21.
Forma aſſumendi tres de Collegio juxta cap. quia propter, an ſit in uſu? 22.
De digno, & digniore, circa electionem. 23.
Propoſitio damnata ab Inn. XI. 24.
Forma cap. quia propter, in collatione Beneficiorum locum non habet. 25.
De Forma Compromiſſi. 26.
Prima conditio Compromiſſi, ut re non integra non retractetur. 27.
Secunda conditio Compromiſſi, ut in muliere non fiat. 28.
Electio per compromiſſum valet, cùm à Compromiſſario pronunciatur. 20.
Compromiſſum in unum non fit. 30.
De Compromiſſo cùm Scrutinio. 31.
De Electione per Inſpirationem. 32.
De Electione per Adorationem. 33.

EXPLICATIONES.

(a) *Eſt Electio.*

SEmper Canones Electionem Succeſſioni prætulerunt, etiam in beneficiis inferioribus. Ut nullus jure conſanguinitatis beneficia acquirat *Pictav. Concil.* mandat in *cap. 1. de*
1 *Præb.* Nequis jure hæreditario præbendas vindicet, jubet Innoc. III. in *can. Apoſtolica 8. q. 1.* In Anglia corruptela invaluerat, ut præsbyteris patribus filii in beneficiis ſuccederent tempore Honorii III. narrat Hallierus de *Hierarch. Juriſd. L. 4. §. 3.* quod improbatur in *cap. ad exſtirpandas, de fili. presb.*

Sed & jure ſucceſſionis dignitates parare abſonum eſt. Electio eſt diſpenſatio, ait Leo in *can. miramur diſt. 61.* Aliorum Judicio Dignitas acquiritur, ait tex. in *in can. Epiſcopum diſt. 61.* Audi Exemplum Moyſes — Moyſes amicus Dei cùm poſſet filiis ſuis propriam relinquere dignitatem, extraneus tamen de alia Tribu eligitur Jeſus Nave, ſive Joſue, de Tribu Ephraim; quod exemplum conſiderat tex. in *can. Moyſes VIII. q. 1.* Unde in *can. 27. Apoſt.* ibi: *Neque enim Eccleſiam Dei conferre debet iis hæredes.*

Specialis quoque eſt ratio, cur Eccleſiæ Præ-
2 lati debeant per Electionem Curam gregis ſuſcipere; Nam Chriſti figura fuit Melchiſedech, qui ſine Genealogia deſcribitur ad Hæb. *cap. 7.* ut intelligeremus, Chriſtianos Sacerdotes debere non naſci, ſed fieri: unde Deus per Iſajam loquens de novo Teſtamento: *Aſſumam*, ait, *ex eis Sacerdotes, & Clericos. cap. 66.*

(b) *Pontificem à prima inſtitutione.*

De hac re eſt tex. *in can. Plebis 63. diſt.* Videatur *Gonz. in Titul. de Elect. pag 245. n. 12.* ubi erudite multa cumulat.

(c) *A Valentiniano.*

Hanc hiſtoriam latè explicat *Baronius Anno 367. n. 3.* Reipſa poſt Liberii obitum Sedes vacaverat dies ſex: & in ejus locum Damaſus 3
Hyſpanus fuerat legitimè ſubrogatus. Urſicinus verò eodem Anno fuit in Pontificem acclamatus. Cœperat enim in Clero Romano diſſenſio ex ſubſtitutione Felicis (à nobis alio loco explicata) latenter ſerpens: novi Pontificis occaſione recruduit, dum alii ex parte Felicis, alii ex parte Liberii conarentur ordinare Pontificem. Itum eſt à majori, ſaniorique ad Damaſum, qui licet fuiſſet ex partibus Felicis, Liberius tamen eum Vicarium conſtituerat. In

hoc

hoc ſchiſmate Imperator Orientis Valentinianus favit Damaſo, Urſicino rejecto, *Spondanus ibid. Gonz. ubi ſupra*.

(d) Imperatores confirmarent.

Hoc jus confirmandi Pontificem fuit uſurpatum, ut bene obſervat Reierlinch in verbo *Pontifex pag.* 536. aut conceſſum ex Privilegio; Et in hoc ſenſu intelliguntur hyſtoriç à Gra-
4 tiano relatç *in can Agath. in can. Hadrian.* 63.
diſt. in cujus ſpecie Hadrian. Papa cùm univerſa Synodo Carolo Regi tradidit Jus, & poteſtatem eligendi Pontificem. Et rurſus Leo Pontifex Othoni Regi Theuthonicorum in perpetuum facultatem eligendi Succeſſorem indulſit (quamquam Leo eſſet Intruſus.) Juſtinianus per Annos 550. decrevit, nullum alium Pontificem in Eccleſia futurum, niſi quem ipſe confirmaſſet: & tempore Regis Odoacris recitatum Romç ſtatutum, cujus Concluſio his verbis continetur: *ſi Pontificem de hac luce tranſire contigerit, ſine noſtra Conſultatione non celebretur Electio tex. in can. bene* 96. *diſt.*, latè de his *Gonz. ubi ſupra*, & hoc etiam Regibus Galliç quidam conceſſum volunt à Martino V. Sed Bulla, quam adducunt, apocrifa eſt, ut probat *Spondanus*.

(e) Conſtantinus Heraclii Pronepos.

Contigit hoc Anno 694. (Mortuo namque Leone IV. *Kal. Julii*, Benedictus creatus eſt ejus
5 nominis Secundus, patria Romanus, filius Jo-
aonis pietate, doctrinaque clariſſimi. Quod Conſtantinus in hunc Pontificem ſigna ediderit ſum-
6 mç exiſtimationis, vel ex hoc colligitur, quod
Juſtiniani, & Heraclii filiorum ejuſdem Conſtantini Comas, capilloſque ad eum miſerit. Et hoc antiquitus ſignificabat oblationem filii ita, ut qui Comam acciperet, Patris nomen conſequeretur. Quam ob cauſam Paulus Diaconus *L.* 6. *cap.* 53. narrat, Carolum Principem Francorum Pipinum filium ſuum ad Luitprandum direxiſſe, ut ejus, juxta morem, capillum ſuſciperet, qui ejus Cæſariem incidens ei Pater effectus eſt. Itaque voluit Conſtantinus, ut filii ſui ſcirent, ſe Romanum Pontificem habere peculiarem parentem *Baron. Tit.* 10. *Anno* 869. *n.* 73. Non mirum igitur ſi concoſſerit, ut qui deinceps eligeretur, mox nulla expectata Imperatoris confirmatione conſecraretur.

(f) Nicolaus II.

Textus eſt in *can. ſi quis pecunia* 79. *diſt. tex.*
7 *in can. in nomine diſt.* 23. In quo tex. difficul-
tatem faciunt hæc verba: *Salva debita reverentia Henrici Regis Germaniæ*; Ex quo apparet, non ſpectaſſe ad Cardinales liberam Electionem tempore Nicolai II. Cui difficultati ſatisfaciendum eſt per ea, quæ narrat *Spondanus Anno* 1059. *n.* 6. Tale nempe decretum fuiſſe depravatum à *Suiberto Antipapa* in favorem Henrici, ut teſtatur *Cardinalis Deuſdedit* contra Invaſores, & Schiſmaticos tempore illius Schiſmatis. Re ipſa tamen Concilium Lateranenſe jus antiquum Imperatorum prorogandum putavit in Henricum, & filium ejus, eo quod hujus Regis ope maximè præcedenti Schiſmati finis impoſitus eſſet inter Nicolaum, & Minejum dictum Papam Benedictum; latius differentem vide *Spond. ad Ann.* 1059. *n.* 2. *&* 6.

(g) Tandem Gregorius X.

Multa congerit gloſſa de Conclavi in *cap. ubi periculum de Elect. in* 6. Magis tamen conſen-
tanea noſtris temporibus cumulat *Jul. Lavorus* 8
in ſuo Tract. de Conclavi, *& can. Electione*. Ne quid intactum relinquatur: eſt propriè Conclave locus occluſus multis clavibus. Duplex Conclave, Clauſum, & non Clauſum, eo quod, ut ait Donatus, eſt reiſpa quilibet ſeparatus locus in interioribus tectis: vel locus, intra quem loca multa, & cubicula Clauſa ſunt; ſumiturque etiam pro triclinio, unde *Martialis l.* 5. *Ep.* 45. *Quem Thermis modo quarere, & Theatris, & Conclavibus omnibus ſolebas*.

Et ideo reipſa Conclave, ſine Clauſura adhibitum eſt tempore Honorii III. Anno 1216. Cæleſtini IV. Anno 1245. Clemen. IV. Anno 1265. Et hoc modo excuſari poſſunt, qui volunt, Conclave cæpiſſe Anno 827. licet enim antiquitus Romanus Pontifex eligeretur aut in Laterano, aut in alia Eccleſia: unde Eugenius III. fuit electus in Eccleſia S. Cæſarii, Bonifacius I. in Baſilica Julii, & Eleutherius in Baſilica Conſtantiniana Anno 419. & Valerianus à Clero, & populo in Laterano, ut refert *Jul. Lavorius*; Nihilominus non repugnat potuiſſe eligi etiam in alio ſecreto loco. Hinc intelligitur *Platina in Vita* Euſebii, qui videtur velle, fuiſſe Conclave ab Anno 1118. aliter *Volater. in Antropol. l.* 22. Ut cumque ſe res habeat, certe Conclave clauſum inſtituit Gregorius in Lugdunenſi II. eo quod Petri Sedes 33. menſibus vacaverat ob factiones Cardinalium, quibus anſam dederunt literæ variorum Principum; atque hoc decretum factum eſt Anno 1271.

Fit Conclave in Palatio Vaticani obſtructum parietibus lateritiis, duabus relictis feneſtellis, aut tribus, ut tempore Urbani VIII. adiotra demiſſis Rotis, ut Monialium *ex Bulla Pii IV. §. poſt Concl.* Cellulæ ibidem conſtruuntur ſingulæ ſingulis Cardinalibus; Gregorius X. prohibet ne intermedius ſit paries. At Clem. VII. in Bulla *Licet* §. 4. permiſit ſimplicem cortinam. Hodie panni adhibentur *Lavor. tr.* 3. *cap.* 4. Antequam Conclave Cardinales ingrediantur, hæc omnia ſunt premittenda. Sequta enim Pontificis morte, Cardinalis Quçſtor ad ejus cubiculum ſe confert: ad ſtratum accedens eum advocat ſemel, atque iterum, Medicuſque rogatu

Quæ-

Digitized by Google

Quæſtoris pulsſi tangit. Morte cognita Proceſſus efformatur; mox accepto anulo Piſcatorio, juber in partes frangi, quo olim Pōtifex Brevia obſignabat, frangique pariter imperar plumbeum ſigillum Bullarum, Ghirurgis relicto cadavere ut Balſamo illiniant. Conficitur Inventarium cujuſque rei quæ in Palatio reperiatur. Noctu cadaver in Vaticanum adducitur, cumque fuerit in Sacello S. Sixti repoſitum, Cardinalis Decanus ad ſequentem diem Comitia indicit; ubi ventum eſt à Cardinalibus in locum Conſiſtorii, omnes ex diſpoſitione Pii IV. jurant obſervare Bullas Electionem concerneutes; oſtenditur à Qneſtore jam fractus Anulus, & interim de Romæ regimine deliberatur, eligiturque per vota ſecreta Generalis S. Romanæ Eccleſię, Locum tenens Gubernator Rom. Suburbii, & Conclavis, & Commiſſarius ejuſdem, propterea quod morte Pontificis vacarunt Eccleſiaſtici Magiſtratus. Ultra hęc eliguntur tres Cardinales ad Conclave conſtruendum impenſis Camerę. Hic nondum finis. Sacrum Collegium certiores facit de morte Cardinales abſentes, Duces, Reges, Imperatorem his fermè verbis.

Reverendiſs. in Chriſto, & D. P. N. &c.

Miſeratione Divina Epiſcopi, Preſbyteri, & Diaconi S. R. E. Cardin. Rev. Coll. & fratri noſtro Chariſſimo ſalutem, & ſinceram in Domino charitatem.

Etſi aliorum ſermone, & literis ad R. D. V. perlatum eſſe arbitramur, Sanctiſs. P. D. N. N. &c. non ſine per magno noſtrum merore obiiſſe; nos tamen decere exiſtimavimus, & noſtris item literis nunciare, tum ut noſtro ſatis officio faciamus, tum ut Domin. veſtram hortemur, ut pro ſua Pietate, proque ea perſona, quam ſuſtinet quamprimum poterit huc accurrat ad novam Pontificis electionem. Nos enim cùm primum ſolemnes Exequias demortui Animæ perſolverimus, Conclave ingrediemur, ac Spiritu Sancto cooperante dabimus omnem operam, ut ea electio acceleretur, & ex univerſa Eccleſia commodo ſuccedat. Datum Romæ, ſub ſigillis &c.

Altera die Comitiorum incipiet Novemdiale ad ſuffragium, & exequias ex Pii IV. Bulla. Die tertio prope Novendialis finem Conclavis Cellulę diſtribuuntur per ſortem. Hoc peracto tempore Conclave ingrediuutur primumque omnium Bullarum obſervantia juratur à ſingulis.

Varia de potu ciboque olim à Gregorio X. ſtatuta, de quibus eſt *tex. in cap. ubi periculum de Elect. in 6.* Varia per Gregorium XV. innovata, de quibus apud *Lavorium in d. tract. de Concl.*

Duo ſunt in Conclavi Sacella: unum Paulinum pro re Sacra peragenda; alterum Sixti IV pro Electione.

Electio tres actus continet, Anteſcrutinium, Scrutinium, & Poſcrutinium; qua diviſione utitur Bulla Gregorii XV.: quę incipit *Æterni*. In Anteſcrutinio debent Schedulę inveniri, quarum figura hęc eſt apud *Lavorium*.

Ego N. Cardinalis NN.		
O		O
Eligo in Summum Pontificem Eminentiſſimum Dominum meum Cardinalem NN.		
O		O

Quæ ſchedulæ ſunt typis impreſſæ. Secundus Anteſcrutinii actus eſt exarare nomen publicè in oculis omnium, accedendo ad duas Tabulas inſtructas rebus opportnuis. Tertius actus Anteſcrutinii eſt illas Schedulas claudere ad latitudinem unius digiti, eaſque interius obſignare in locis Sigilli, quę ſunt illę rotunditates in Schedula poſitę.

Scrutinii actus hi ſunt, ſuam Schedulam in Calicem proiicere, in quo ea die fuerit conſecratum; mox unuſquiſque jurat in hanc formam, quę Tabula affixa ad Altare deſcripta legetur.

Teſtor Chriſtum Dominum, qui me judicaturus eſt, me eligere quem ſecundum Deum judico eligi debere, & quod idem in acceſſu poſtulo.

Infirmi verò ſuum votum in Capſulam ponunt. Alter actus eſt operire Calicem cùm patena, & miſcere Schedulas; deinnumerare, & poſtremo euulgari per Scrutatores tres antecedenter deputatos. Poſtcrutinium eſt acceſſus, ut voluit Greg. XV. Ut intelligatur modus hic eligendi ſupponatur jam publicatum Scrutinium pendente Electione. Cardinales audita nominatione iſtius, illiuſque ſurſus in Schedula ad id parata loco verbi *eligo* ſcribunt *accedo*; Cętera omnino reperies, ut in Schemate ſuperius poſito &c.

Et quia contingere poteſt, ut per acceſſum electio ſequatur, quę per Scrutinium effectum non habuit, ſtatim facto Scrutinio fit acceſſus ex Bulla Gregorii XV. confirmat Lavor. tract. *de Concl. t. 4. c.* 10. in quo per acceſſum eadem ſervantur quę in Scrurinio.

Hoc modo fit electio Pontificis per Scrutinium & ita fuerunt electi Inn. V. Adr. V. Nicol. III. Martin. IV. Hon IV. Nicol. IV. Cęleſt. V. Bonif. VIII. Bened. XII. Clem. VI. Inn. VIII. Alex. VI. Pius II. Jul. II. Leo X.

Antequam ad alia progrediamur; libet hic dubitationem de Epulis Cardinalium in Conclavi exiſtentium diiudicare; Pius enim IV. ſic habet: *Cardinales autem primo ipſo die, quo Conclave fuerint ingreſſi tam in prandio, quam in Cœna uno ferculo contenti ſint, & eſſe debent*, hic ineſt difficultas. An ſcilicet ſi variis ferculis utantur Cardinales delinquant in Bullam?

Placet

Placet Sententia Dianæ in *tr. de coll. tempore Concil. Reſ.* 17. in qua traditur, verba illa *ſint*, *& eſſe debeant* eſſe conſilium, & non præceptum *can. ejus diſt.* 5. *can. veſtimenta diſt.* 1. *Suarez de Euchar. diſp.* 81. *ſect.* 8. *§. tantum Math. c.* 3. *Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?* Joan. 13. & *vos debetis alter alterius lavare pedes.* Et *non debuimus dimittere Tob.* 10.

(*h*) *Aliorum omnium Electio.*

Olim ſpectabat ad Pontificem tamquam ſucceſſorem Petri, *can. omnes diſt.* 21. *can.* 1. *diſt.* 22. Exempla varia tradit Bellarminus 1. *tom.*
9 *Contr. L.* 2. *de Pontif. Rom. cap.* 18. *Fermoſ. in cap. cùm Eccleſia de Cauſ. poſſeſ.* Cùm tamen populus Electionibus his capit ſe ingerere, interdum à toto Clero, & populo, vel ſaltem à Clero cùm conſenſu populi fieri Electio cæpit, *can. in nomine* 23. *diſt. cap. nullus invitus* 61. *diſt. can. plebis* 63. *diſt. can. Metropolitano* 10. *cap. clerici* 27. *cap.* 28. *ead. diſt.* Accedere tamen debebat confirmatio Metropolitani *can. nulla* 62. *diſt. can. pono* 66. *diſt. c. licet* 8. *q.* Sed quia populi Acclamationes interdum promovebant Homines Doctrinæ expertes: ſtatutum fuit, ne Electionibus amplius intereſſent, *can. non eſt permittendum, can. non licet* 63. *diſt.* & ex eo tempore Regibus nonnullis privilegia nominandi concedi cœperunt, ut Carolo Regi Francorum *can. Adrianus diſt.* 63. & Hiſpanis Regibus *can. cùm longe* 63. *diſt.* Quin etiam interdum ipſi auctoritate propria electionem faciebant, ut de Conſtantio Conſtantini Magni filio, & aliis ante Valentinianum narrat *Petrus Gregorius ad Decret. in tract. de Elect. c.* 5. *n.* 5. Cui tamen renunciavit Valentinianus *in can. Valentinianus* 63. *diſt.* Aliquando verò Principibus conceſſum eſt, ut Electio à Clericis facta valida non ſit, niſi eorum accedat conſenſus *cap. quia igitur cap. nobis de Jur. patr. cap. lectis* 63. *diſt. can. Abbatem* 18. *q.* 2. *cap. quod ſunt de Elect.* Sed quia Principes, pro arbitrii temeritate, indignos etiam promovebant: in generali Synodo ſtatutum eſt ne quis Inveſtituras Epiſcopatuum de Regum manu deſumeret *can. quoniam inveſtituras* 16. *q.* 6. *cap. cùm terra* 14. *cap. quiſquis, cap. Sacroſancta Romana cap. maſſana de Elect.* Notat Baronius *Lib.* 9. *Ann. anno* 816. *Petr. Greg. ubi ſupra.*

Igitur excluſis Laicis, ſucceſſit tempus in quo remanſit poteſtas eligendi penes Clericos *can. obeuntis* 93. *diſt.* & ſimul etiam penes Religioſas Diœceſes. *Burſatt. conſ.* 126. Deinde Clerici à Religioſis fuere ſeparati, & Canonici à Clericis: & relicta facultas eligendi ſolis Canonicis *cap.* 1. *cap. cùm terra de Elect.* notat *Petrus Greg. ibid. Garcias de Benef. p.* 5. *c.* 4. *n.* 6. Et ideo ſoli Canonici, non Cappellani, vel perpetui Beneficiarii hoc jus habent. Imo nec ſoli Canonici, ſed illi qui tantum vocem habent in Capitulo: quare excluduntur qui ſunt in pupillari ætate *Fermoſ. in d. cap. cùm Eccleſia de cauſ. Poſſ. n.* 9.

(*i*) *Poſt reſervationem* 2. *Regulæ Cancellariæ.*

Verba ſunt. *Item reſervavit generaliter omnes Patriarchales Eccleſias, Primatiales, Archiepiſcopales, Epiſcopales, nec non omnia Monaſteria virorum, valorem annuum ducentorum Florenorum auri communi æſtimatione excedentium, & voluit, quod exceſſus hujuſmodi in literis exponatur. Ac etiam reſervavit Dignitates, & Beneficia omnia quo ad Collationem, Præſentationem, Electionem pertinentia ad Patriarcham, Primatem, Archiepiſcopum, Epiſcopum, & Abbatem, quæ poſt illorum obitum vacant &c.* 10

Ad cujus explicationem ſupponere oportet, quod proviſio Cathedralium olim pertinebat ad 11
ſolum Romanum Pontificem, ut eſt *tex. in can.* 1. *in can.* 2. 22. *diſt. Gloſ. in cap. quanquam de Elect. in* 6. *Bertach. de Epiſc. L.* 1. *p.* 3. *n.* 1. Etenim probat *Bellarm.* 1. *tom. Controv.* 5. *c.* 8. & *tom.* 2. *Controv. L.* 1. *c.* 8. quod Electio Epiſcoporum non pertinet Jure Divino ad Clerum, ſed ad Summum Pontificem, ut vel ipſe eligat, vel præſcribat eligendi modum. Proviſio verò inferiorum Eccleſiarum olim pertinebat ad Epiſcopum *Burſat. conſ.* 125. Sed poſtea tractu temporis fuit à Pontifice data poteſtas cuilibet Collegio eligendi ſibi Prælatum, *cap. ne pro defectu, cap. quia propter de Elect.* Demum earum proviſio eſt jam Sedi Apoſtolicæ reſervata per iſtam Regulam; Ita tamen, ut Principes Epiſcopum nominent, ac præſentent. Quocirca proviſiones Epiſcopatuum hodie ſunt Juris Patronatus. De Rege Hyſpaniæ eſt elegās *tex. in can. cùm longe* 63. *diſt. ex Concil. Tolet.* 2. nam temporibus Gothorum in Hyſpania Electio Epiſcoporum ad Reges ſpectabat *Villalpand. Comm. in Concilia Toletana c.* 34. Mox aliter fieri cæpit; nam Regi nunciata morte Epiſcopi, ab eo petita licentia ſucceſſorem eligendi, Capitulum promovebat, & deinde Regi præſentabat. *Garc. p.* 5. *cap.* 1. *n.* 217. Jam vero Præſentatio fit à 12
Rege, cujus Juris fundamentum eſt privilegium Apoſtolicum, quod habent Reges Hyſpaniæ; Et cùm hac de re fuiſſet Controverſia, Xiſtus IV. Regibus Caſtellæ id perpetuo indulſit: Hadrianus IV. Carolo Imperatori; & ſcripſit *Gonz. in Hiſtoria de Salamanca L.* 3. *cap.* 18. De Regibus Galliæ obtinentibus idem privilegium teſtatur *Cabaſſ. in ſcientia Canon. L.* 1 *cap.* 7. *n.* 5. De Italiæ Principibus idem affirmat *Azor. p.* 2. *L.* 3. *c.* 27. *Inſt. Moral.*

In illis tamen locis, ubi Regalia obtinent, debent Epiſcopi, poſt Confirmationem Sedis Apoſtolicæ, manus Regiæ relaxationem petere per juramentum, quod præſtatur in manibus Officialis Principis *Fran. Zipeus in Analyticis juris Eccleſiarum L.* 1. *cap. de Elect.*

(k) *Con-*

Digitized by Google

[*k*] *Concordata*.

De concordatis quibuſdam.

Concordata inter Legatum Sedis Apoſtolicæ, & Imperatorem Fridericum III. ac Principes
13 Germaniæ, approbata per Nicolaum V. Anno 1447. 14. Kal. Aprilis referuntur à Caniſio *in fine ſuorum Operum pag.* 772.

(*l*) *Vel*.

De jure nominandi eligendos.

14 Reges Neapolitani habent facultatem nominandi in 40. primariis Eccleſiis, quas Cathedrales vocant, *Fermoſ. q. 3. in d. cap. cum Eccleſia extra de Cauſ. poſſ. & propr.*

De Rege Angliæ tradit Baldus in *L. 1. C. de prec. Imper. offer.*

De Rege Hungariæ tradit Boer. *dec.* 32.

(*m*) *Canonici*.

De appellatione Canonici.

Unde dicantur Canonici non ſatis expeditum. Azorius *L. 3. p. 2. cap.* 11. exiſtimat, Canonicos dici à portione canonica, quæ eis tanquam ſtipendium diſtribui ſolebat. Reliquis autem Clericis aliquid erogabatur ex oblationibus: unde illa portio dicitur præbenda. Sed hæc appella-
15 tionis origo, ni fallor, derivatur à quadam conſuetudine Eccleſiæ. Omnes Epiſcopi in Cathedrali Cathedram habebant, ex qua rudimenta Fidei docebant: Inde Conſtantinopoli Templum erectum eſt, *Sophia* dictum; ſed non docebant
16 ſoli, verum adſtantibus etiam Presbyteris, & Diaconis *can. Eccleſia* 16. *q.* 1. Hi verò in Canones quatuor Conciliorum jurabant ſtatim ac cooptabantur: unde à tali juramento probabile eſt fluxiſſe Canonici vocem; hæc obſervatio eſt *apud Joachimum Stephanum*.

(*n*) *Scrutinio*.

De modo eligendi per ſcrutinium.

17 Hic variæ quæſtiones occurrere ſolent. Eſt ne irrita electio, ſi unus eligentium ſuffragium ſuum ſocio oſtendat? Eſſe validam affirmat *Sayrus deciſ. 4. de Elect. Fermoſin. de Elect. in cap. quia propter n.* 12.

18 Sed an noctu electio fieri poteſt? Negat Barboſa *in d. cap. quia propter n.* 30. niſi magna adſit neceſſitas; & tunc tria luminaria ſunt accendenda: alias clam dicitur electio facta, *Lavor. var. tom. 4. cap. 18. n.* 10. noctiſque appellatio intelligitur poſt datum veſpere ſignum ad ſalutationem Angelicam, *Fermoſ d. cap. n.* 4. Sed
19 vota inutilia reddüntne inutilem electionem? Paſſerinus in *cap.* 18. *de Elect. q. 7. n.* 24. negative reſpondet, adducens tex. *in cap. in electionibus de Elect. in* 6. Confirmatur à *Cucebo L. 1. de Elect. n.* 214. *&* 215. Sigiſmundo *de Elect. dub* 28. *n.* 2. Samuel *tract. 1 diſp. 5. Controv. 3. n.* 5. Rota *in Tudertina Canonicatus* 13. *Februarii* 1604. *Lavor. cap.* 10. *n.* 6. *&* 64. *Navarr.* 02
L. 1. conſ. 7. de Elect. Rodriq *t. 2. q. 52. art,* 13.
Poteſt inſuper quæri, quod utpote difficilius, altiorem promeretur indaginem.

DISSERTATIO UNICA.

Utrum Canonici in paritate votorum ad aliud ſcrutinium poſſint accedere?

Quæſtionem nunc excutiemus inſuetam quidem in ſcholis agitari, fereque peregrinam; agitandam, tamen utpote magno ſtrepitu expenſam in foro, dignamque omnino, ut ad ſua revocetur principia.

Jam defendo, contingente votorum æqualitate, novi ſcrutinii faciendi jus eſſe.

Ita ſenſerunt *Layman. QQ. Canon. q. 77. verſ. idemque eſt. Rota apud Garciam coram Aldobrandino P. V. cap. 4. n.* 166. *Cobelius de Regim cap. 40. n.* 78. *Goffredus in ſumma Tit. de elect. n.* 32. *Marta Tomo* 3. *Compil. deciſ. Tit. de elect. cap.* 37. *Navarrus Lib.* 3. *Conſil.* 5. *pag.* 552. *Paſſerin. de elect. cap. 18. n. 35. & cap. 48. n.* 38. *Rota Parte IX. deciſ. 210. n. 1. in fine. Rota apud Pitonium diſcept. 4. n. 34. Lotherius Lib. 3. q. 17. n. 169. & 103. & Rota coram Lancetta apud Pitonium ibid. n. 108. & coram Otobono deciſ. 37. n.* 27.

Probatur I. In paritate votorum, vere non eligitur, *can. ſi duo 70. diſt. cap 1 de his, quæ fiunt a maiori parte Cap.* At electores functi dicuntur officio ſuo, facta electione, *cap. cum inter prope finem de elect.* igitur adhuc eligendi jus eſt. Urgetque, eo magis hæc ratio, quia mens canonum eſt jus electionis illæſum, ſervare, *cap. cum Vintonienſ* 25. *in fine de elect.*

Probatur II. Quia ſine culpa, nemo excidit jure ſuo, *can. inventum 16. q. 7. can. geſta diſt. 74. can. ſatis diſt.* 56. atqui paritas in diſſenſu culpa vacat; *cap. duobus de reſcript. in* 6. ergo *&c.* ſi iterum eligentes in eumdem impingerent offenſionis lapidem, hæc pertinacia culpam redoleret: eſſetque locus devolutioni ex doct ina *Lotherii Lib. 3. de Benef. q. 17. n.* 103. huc ſpectant textus *in cap. ult. de conſuet. in* 6. Gloſſa pulcherrima *in cap. 57. verbo non conſenſerit in fine de elect.* ibi: *ſi iterum taliter eligant, tunc priventur jure eligendi*, & textus in *cap. poſtulaſtis* 25. *de conceſſ. præb.*

Probatur III. Quia quod diſponit ſuperior neglecto electorum jure, robore caret firmitatis, *cap. quod ſicut 28. de El.* ibi: *infirmanda erit penitus electio.*

Probatur IV. Quia priori electione infirma, eadem perſona rectè iterum eligitur, *cap. ſuper eo de Elect.*

Probatur V. Quia ſi paritas ſuffragiorum ſuſtulit jus iterandi electionem, vel ſuperior gratificari debebit, vel locus erit Sorti. Neutrum

ſub-

Digitized by Google

ſubſiſtit. Superior ut ſtatuat gratificando, præexiſtere debet electio; Quę non datur in hac ſpecie, nam gratificatio acceſſorium eſt ad actum electionis, ut optime *Lotherius ibid. n.* 176. Sortes reprobatę ſunt *cap. final. de ſortileg.* niſi id jure ſpeciali permittatur, ut oſtendit Garcias *P. 5. de Benef. cap.* 4. explicans Bullam *Leonis X. n.* 206. Remedium illud, de quo *Plutarchus in Scipione;* cum dubium foret, quis ex duobus militibus murum Carthaginis primus aſcendiſſet, utrumque corona donandi, quòd Scipio adhibuit: in beneficiis, quæ dividi non poſſunt, *cap. majoribus de Prabend.* locum non habet.

Non obſtat 1. textus in *can. ſi forte 63. diſt.* ubi votorum paritas, dat locum gratificationi.

Reſpondetur, hoc intelligi pertinacia paritatis
21 exiſtente, *Paſſerin. de elect. cap. 10. n. 19. Lotber. ubi ſupra n. 103. Rota apud Pitonium diſcept. 4. coram Caccia n.* 35. Et in hoc caſu ſolus Papa gratificabitur, *eadem deciſio n. 35. & cap. quia propter de elect. c. venerabilem §. quod autem ibid.*

Non obſtat 2. textus in *cap. publicato de elect.* ubi, variare electores non poſſunt.

Reſp. ibi ſupponi publicatam electionem, ergo agitur de electione jam ſecuta. At in paritate Canonici nil egerunt. *Pitonius dicta diſcept. 4. n. 51. ex Panormitano in cap. poſtulaſtis n. 14. de conceſſ. pręb.*

Non obſtat 3. textus *in cap. congregatio de elect.* ubi, non concordante Capitulo, devolvitur electio ad Superiorem.

Reſp. paritate contingente, adhuc electionem dari poſſe. Devolutio autem pęna eſt, *cap. dilecto, & ibi Gonzal. de ſupplend. negligent. Pralat. cap. ne pro defectu eod.* Ad ſummum ergo ſuperior provideret jure devoluto; non gratificaretur, *Lotber. ubi ſupra n.* 195. At devolutio ſine pęna nec Epiſcopo, nec Capitulo contingit, *cap. poſtulaſtis de conceſſ. prab.* & millies reiterari poteſt ſcrutinium donec ſequatur electio. Sed poteſt adiri Superior, ut præfigat terminum, quo elapſo, devolutio ſequitur, *Samuel de elect. Tract. 1. diſp. 8. Contr. 30. n. 19. Rota coram Caccia apud Pitonium diſcept. 4. n.* 39. Aliter id explicat *Theſaurus deciſ.* 1.

Et in hoc articulo patrocinio ſuſcepto D. Sorellii Clerici Emporienſis, propitiam retuli ſententiam a Judicibus delegatis a Sede Apoſtolica *Illuſtriſſimo D. Quaratesio Vicario Feſulano, & Illuſtriſſimo, ac Reverendiſſimo D. Thoma Gherardeſca* Metropolitanæ Florentinæ Eccleſiæ Archiepiſcopo. Quem diù Superi ſervent incolumem: Paſtorem integerrimum, ac vigilantem. Cujus animi dotes, vitæque inſtitutum religioſiſſimum ſtupidus ſit, qui non perſpiciat, perditus qui non ſtudeat imitari.

[o] *Tres.*

De tribus ſerutatoribus.

Forma de aſſumendis tribus è Collegio, an
22 ſit hodie obſervanda, dubium eſt. Affirmat *Barbaſaus in verb. Electio: affirmatque Paſſerinus de Elect. pag. 134. Rot. p. 4. recent deciſ. 312. & deciſ.* 754. Negat Cabaſſ. in Scientia Canonica *L. 1. c. 7. n. 4 in fin. Mirand. in Manual. tom. 2. q. 33. tr.* 15. qui tradunt, formam illam trium vota colligentium abrogatam eſſe ex *Concilio Trid. ſeſſ. 25. cap. 6. de Ref.*

(p) *In.*

Dignus eſt eligendus.

Hic locum habet illa quæſtio diù, multumque vexata, an poſſint electores omiſſo digniore eligere minus dignum? Sed & ſi hinc inde multum 23
certatum fuerit: & quàvis Tambur. *L. 8. in Decal. tr. 3. c. 4. de diſtrib. Benef. n. 5. Rochus Pedraza, aliique apud Dianam 2. part. tract. Miſcell 1. Reſ. 41. & Joann. Pontius in Curſu Theol. diſp. 59. q. 1. concl. 4. Valaſio tom. 1. verbo Beneficii reſ. 111. & Serra 2. c. 2. q. 63. art.* 2. hanc aſſertionem ſecuti fuerint, poſſe eligi dignos, excluſis dignioribus. Fuit tamen in propoſitione 47. 24
Innoc. X I. damnata hæc propoſitio. Et idem obtinet de illis, qui habent juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, uti ſunt Abbates, Vicarii, Priores exempti, Prælati Regulares; tex. *in can. licet 8. q.* 1. Cardena *d. prop. 47. pag. 58. Garz. p. 9. cap. 2. n.* 217.

(q) *In.*

Forma cap. quia propter de elect. *in beneficiis ſimplicibus locum non habet.*

Quod tradunt communiter omnes. *Fagnan. in cap. quia propter n. 55. Franciſcus Marta deciſ. 922. Fermoſin. in eund. tex. & in tract. de rap. tract. 1. q. 8. n. 12. Rot. in Laudon. Decanatt.* 25
15. Decemb. 1627. coràm Pirovano, Miranda in man. Pral. tom. 2 q. 23. art. 3. Diana par. 8. tract. 4. reſ. 60. Rot. par. 6. recent. deciſ. 289. n. 3. & par. 9. recent: deciſ. 14. n. 3. Laym. in quaſt can. cap. 12. q. 78.

Ratio eſt, quia ubi agitur de modico præjudicio, non eſt neceſſaria tanta ſolemnitas.

(r) *Per.*

De Compromiſſo.

Quæ forma ſervatur etiam in Pontificis electione; atque ita electus fuit Joannes XXII. Anno 1316. Viterbii: Clemens IV. Anno 1265. &
Gregorius X. Anno 1271. Exemplum formæ 26
compromiſſi tale eſt.

In Nomine Dei Amen. Anno 1589. Menſe Octobri die 24. Nos Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi Cardinales S. R. E. omnes, & ſinguli in Conclavi exiſtentes, videlicet N. N. N. eligimus per viam procedere compromiſſi, & unanimiter, concorditer nemine diſcrepante elegimus Compromiſſarios N. N. N. *Cardinales &c. quibus damus plenariam facultatem, & poteſtatem providendi S. R. E. de Paſtore.*

Multa ſunt à Jure tradita circa compromiſſũ.

Pri-

27 Primo quod Compromiſſio facta de Electione peragenda, re non integra non poteſt retractari
28 *cap. in cauſis de Elect.* Secundo quod fieri nequit in muliere *cap. in dilecti filii de arbitris*. Tertio
29 Electio per Compromiſſum valet quando à Compromiſſario pronunciatur *cap. ſicut de Elect. in*
30 *6.* Quarto non poteſt fieri Compromiſſum in unum tantum Hon. III. *ex Ortone de Elect. cap. 4.* Quinto non poteſt compromiſſarius pronuncia-
31 re Electum *illum*, in cujus ſcrutinio non concurrit pars major Capituli *cap. ſi cui de Elect. in 6.* ſi Compromiſſo adiungatur ſcrutinium.

(*ſ*) *Inſpiratione.*

32 Per Inſpirationem eligere poſſunt etiam Cardinales poſt Bullam Gregorii XV. per verbum *eligo* intelligibili voce, aut ſcripto prolatum, dum prius ab aliquo interrogantur, dũmodo ſequantur alii per idem verbum, ita *Lavor. tit.* 4. Et olim ita fuerunt electi Gregorius XXI. Anno 1270. Joannes XXI. Anno 1275. ita Chriſtiani elegerunt Diaconos tempore Apſtolorum.

(*t*) *Per Adorationem.*

Ante Bullam Gregorii XV. voce tenus, & omnium conſenſu aliquem ſalutabant, & venera- 33
bantur in Pontificem, & ſic fuit electus Clemens VII. Paulus III. Marcellus II. Paulus IV. Pius V. Clemens VIII. & Paulus V. atque ita videbatur permiſſum ab Alexandro III. in Concil. Lateran. Siquidem voluit, ut Electio ſequuta cenſeretur in Pontificem ubicumque duæ partes in aliquem conſpiraſſent, quomodocumque appareret de illorum voluntate. Sed Gregorius XV. id ſuſtulit, & mutavit, ut docet *Lavor. tit. 4. cap. 10.*

QVI ELIGI POSSINT IN PONTIFICEM, PATRIARCHAM, ATQVE EPISCOPVM.

TITULUS. XI.

PRECEPTI Juris eſt, Pontificem eligendum è numero Cardinalium *can. Oportebat diſt.* 79. Interim tamen electio non infringitur, ſi contigerit in (*a*) extraneum conferri Pontificatum, ut fuit electus Eugenius III. & à D. Bonaventura Gregorius X. Ultra hæc eligendus in Pontificem in hæreſi (*b*) notoria eſſe non debet, nàm electio reſcinditur; neque etiam is eſſe, qui (*c*) de ſimonia queat accuſari, Julius II. *conſt. 3. cùm nam divino*; Nec debet inhabilis eſſe alio Juris divini impedimento, ut ſi (*d*) mulier ſit; Quod ſi quis infans, ſi quis amens fuerit, ineligibilis natura ipſa conſtituitur, Laym. *Quæſt. can. q.* 123.

Eligendi in Epiſcopos (*e*) legitimè ſint nati; (*f*) trigeſimum ætatis annum exegerint; Non ſint (*g*) illiterati, non (*h*) irregulares, non (*i*) infames, non illaqueati cenſuris, & denique (*k*) in Subdiaconatu ſint, ut poſſint eligi.

SUMMARIUM.

Divinâ Providentia ſemper caveri probabile eſt, ut nullus hæreticus ad ſolium celſiſſimum Pontificatus evehatur. 1.
Interpetratio Bullæ Julii II. 2.
Confutatio inſulſiſſimæ Fabulæ Joannis VIII. Feminæ. 3.
Confutatio Baronii proponitur quæ inconcuſſa manet. 4.
Quando cœperit hæc Fabula. 5.
Græci voluerunt retorquere in Romanam Eccleſiam quod ipſis obijciebat Leo IX. 6.
Ante Leonem IX. nullus Græcus auctor de hac Fabula mentionem fecit. 7.
Primus fuit Marianus Scotus qui hanc fabellam conſcripſit. 8.
Altera egregia Leonis Allatii confutatio. 9.
Elegans ratio qua hæretici convincuntur. 10.
Ex Circumſtantia detegitur error, & Cavillatio

hæreticorum. 11.
Ex alia itidem Circumſtantia. 12.
Ex alia rurſus. 13.
Difficultas ex Concilio Conſtantienſi plane futilis. 14.
Alia mendacia de Sella perforata; de via quæ declinatur Roma; de Statua in Baſilica Senenſi refutantur. 15.
Convincuntur hæretici ſuis ipſis propoſitionibus. 16.
Difficultas facile diluitur de numero cronologico Pontificum ſub nomine Joannis. 17.
Hæc omnia ad confutationem Spanhemii propoſita ſunt. 18.
Illegitimus eſt irregularis. 19.
Oſtenditur hoc aliqua eruditione. 20.
Occulte illegitimus an eligi poſſit. 21.
In Gallia ætas ad Epiſcopatum ſufficit XXVII. Annorum. 22.
Epiſcopus olim utriuſque Teſtamenti, Scientiam debebat callere. 23.
Quid de Literatura Epiſcopi diſponat Tridentinum. 24.
Hodiè Examen requiritur juxta formam à Clem. VIII. præſcriptam. 25.
Spes, Electum ſcientia ornatu poſſe decorari, ſuſtinet Electionem ut valida ſit. 26.
Qui nam ſint Irregulares. 27.
De infamibus. 28.
Elegans Lampridii hiſtoria. 29.
Infames an ſint removendi à dignitatibus jam quæſitis: vera diſtinctio proponitur. 30.
Quid ſit infamia Juris. 31.
Quid infamia facti. 32.
Collatio Beneficii facta infami non eſt nulla ipſo Jure. 33.
Actus Collationis facta infami prodeſt ad Jus conferendi præſcribendum. 34.
Examinatur quæſtio à pacuis in puncto Juris ventilata. 35.
Ex delicto occulto infamia non incurritur ſufficiens ad excludendum aliquem ab electione. 36.
Occulte iterans Baptiſmum fit irregularis. 37.
Exempla quibus patet delicta occulta producere irregularitatem. 38.
Irregularitas debet eſſe in Jure expreſſa. 39.
Eligendi in Epiſcopos debent in Ordine Subdiaconatus exiſtere. 40.

EXPLICATIONES.

(a) *In extraneum:*

LIcet extra ſacrum Collegium Cardinalium eligi poſſit Pontifex, & hoc, ex hiſtoriis comprobetur; Attamen potius de Collegio, quam extra illud eligendus eſt Paſtor univerſalis *Manfred. deciſ.* 299. *Cober. Privil.* 1. *cap.* 16. *de Not. Card. Fragoſ. p.* 2. *Lib.* 1. *diſp.* 1. §. 1. *de Reg.*

(b) *In hæreſi notoria.*

Addimus in hæreſi notoria. Non tamen con-
cedimus Pontificem labe hæreſis infici poſſe; ſed
juxta quorundam Sententiam loquimur. In
quo obſervare datur, poſſe contingere, ut fiat
Pontifex lapſus in hæreſim, ſed in hæreſim
occultam; Neque obſtat fore incertum an ſit in
Eccleſia verus Pontifex. Reſpondetur namque,
propter publicam ignorationem futurum, ut
Deus ſuppleat, qui in neceſſariis non deficit,
ad hoc, ut omnia ejus acta, ac Decreta perin-
1 do vera ſint, ac ſi eſſet Pontifex; neque Deus
permittet, ut ex Cathedra hæreſim proponat.
Verum tamen valde probabile eſt, Divina pro-
videntia caveri, ne unquam hæreticus eligatur,
ita *Laym. in quæſt. Canon.*

(c) *De Simonia:*

Late ad interpretationem Bullæ Julii II. diſ-
ſerit *Gamma. n.* 35. qui concludit, tunc locum
habituram hanc Conſtitutionem, cùm Simonia
erit notoria, hoc eſt cùm de illa conſtabit pu- 2
blice *Laur. in verb. Pap. elect. pag.* 363.

(d) *Ut ſi ſit mulier.*

Apud hæreticos hiſtoriæ loco circumfertur Fa-
bula de Joanna VIII. quam ſupponunt ſediſſe
inter Leonem IV. & Bened. III. ideſt Anno
854. & hanc ex Moguntiaco natali ſolo oriun-
dam, appellatamque antea Joannam Angliam, 3
ab aliis Agnetem; adduntque, hanc in pupil-
lari ætate, literarum ſtudio incenſam deductam
Athenas habitu virili, hinc Conſtantinopolim,
inde Romam, profeſſamque ibi ſacras literas,
erecta extrà muros Urbis Schola, & mortuo
Leone IV. à Clero, & populo electam, & ſu-
peratis in Pontificatu Annis duobus occubuiſſe,
eique Benedictum III. ſubſtitutum. Quę nar-
ratio eſt apud Spanhemium in Libro, quem in-
ſcribit de *Papa Joanna VIII. fœmina.*

Ad Confutationem tàm inſulſæ fabulæ, hic
ſolum adducam argumenta pauca ex multis, nam
eorum eſt copia maxima. Prima Confutatio
eſt Baronii, quæ ſtabit perpetuo inextricabilis. 4
Leo IX. qui fuit Anno 1054. eo tempore regna-
bat, quo Michael Cerularius Conſtantinopoli-
tanus Patriarcha Romanam Eccleſiam ſcriptis
oppugnabat. Hunc in Epiſtola eidem exarata
confutavit Leo: utque magis audaciam contun-
deret, inter alia hæc dixit, quandam fæminam
fuiſſe *Pontificem conſtitutam*, ex quo debebat
intelligere, qui errores contingerent ubi Sedes 5
Apoſtolica non conſuleretur, voluitque Leo in-

tellige-

telligere, aut de *Nicata Eunuco*, tempore Im-
peratoris Copronimi; aut de *Ignatio* tempore
Theodori; aut de vere fœmina Patriarcha, quæ
ſedit tempore *Arechiſis* Beneventani Principis.
Arechiſes enim cùm id comperiſſet, nuncios
eò miſit, per quos mulier dejecta eſt Anno 1026.
6 Hinc, ait Baronius, cæpit origo fabulæ. Cùm
Græci ſemper de Primatu contenderint, cùm
ſemper Latinis infeſti fuerint, cumque Leo hunc
Patriarcham in ſua Epiſtola Pontificem vocave-
rit; nonne credibile eſt; voluiſſe Græcos hoc
retorquere in Sedem Apoſtolicam? Baronius
Anno 870. n. 1. 2. 3. & 4.

Quæ omnis conjectura egregiè ex eo confir-
7 matur, quod ante Leonem IX. & poſt eum
etiam 281. Annis nullus ſcriptor mentionem
fecerit de ficto hoc Joanne, nullum adducit
Spanhemius; Et certe ſi fuerat, inveniſſet; quia
poſt Leonem 600. Chronographos citat, qui de
Joanna mentionem faciunt; Primuſque fuit *Ma-
rianus Scotus*, ideſt anno 1254. Hic mentionem
8 de Joanna fecit. Si vere id contigiſſet, nonne
jam antea Græci hiſtorici Zonaras, Nicephorus,
Nicetas, quinimo Barlaamus ejus rei mentionem
feciſſet? hic enim multis ſcriptis Romanam
Eccleſiam deprimere conatus eſt; hic ſcrip-
ſit contra Papæ Primatum; & tamen potius
hæc verba pronunciat; *Benedictum poſt Leonem
præfuiſſe Romanæ Eccleſiæ*, in Dialogo con-
tra Latinos. Hæc eſt prima confutatio primum-
que argumentum ita dilatatum, quia una res
plures ad ſe vocavit.

Secundū argumentum eſt, Certe hic Joannes fuiſ-
ſet tempore Photii Patriarchæ Conſtantinopolita-
ni, quia uterque fuit nono ſæculo. Iā verò diſrum-
9 pi medius maluiſſet Photius, quàm Næniam hanc
Pontificum gloriæ periculoſam omittere. Nullæ
enim hiſtoriæ tacent, quam fuerit inimicus Ec-
cleſiæ adeo ut ad defectionem à Sede Apoſtoli-
ca Principes plurimos compulerit. Satis eſt hoc
dixiſse, quod auſus eſt excommunicare Roma-
num Pontificem. Nonne igitur debebat Photius
mentionem facere de hoc Joanne? Et tamen
ipſe Photius in Libro, in quo enumerat Roma-
nos Pontifices, Leoni IV. ſtatim ſubnectit Bene-
dictum III. Quin potius in Breviario *Synodi 8.
Conſtantini*. in qua Photius damnatus fuit, pa-
10 lam affixo in Portica magnæ Eccleſiæ; ſtatim
poſt Leonem enumeratur Benedictus.

Tertium argumentum ex circumſtantiis ejus
temporis deſumitur, Certum eſt, ſub Leone
IV. fuiſſe excommunicatum Anaſtaſium quem-
dam, Presbyterum; ſed hic tamen, mortuo
Leone, fuit electus antipapa, factionem ejus de-
fendentibus Legatis Imperatoris, ut teſtatur *Si-
11 gisbertus*. Jam verò ſi Joanna ſucceſſiſſet poſt
Leonem, quis ſibi perſuadeat, Anaſtaſium An-
tipapam nihil movisse, ſed expectaſſe donec
mortua Joanna Benedictus ſuccederet? Alia cir-
cumſtantia eſt confirmatio electionis, quæ per
Imperatores obſignabatur.

Jam tempore Joannæ, ſi hæc electa fuiſſet, de-
cretum electionis mitti debuiſſet Lothario, qui
uſque ad annum, quo electa fuerit Joanna, vi- 12
xit, & paucis poſt menſibus in monaſterio Pru-
mienſi occubuit. Sed in Tomo VIII. Concil.
& alibi apparet, Lotharium ſubſcripſiſſe con-
firmationi Benedicti; & ſi Joanna regnaſſet duo-
bus Annis, non potuiſſet Lotharius confirmare
electum Benedictum. Alia circumſtantia, quod
& Ethovulfus Rex Anglorum Romam profectus
ad offerenda munera, & tributa Angliæ Leo-
ni IV. (quem Pontificem interim mortuum 13
fuiſſe refert Athanaſius, aliique hiſtorici) obtu-
lit tributa Benedicto III. & inchoato Anno 855.
ad Regnum ſuum remeavit; Quod ſi ſediſſet
Joanna, talis annorum ſupputatio, & oblatio
tributi repugnaret.

Multa argumenta, & quidem inconcuſſa vi-
deantur apud Bellarminum de S. Pontifice *Lib.
3. cap. 24.* Unum reſtat ut quibuſdam cavilla-
tionibus occurratur.

Primò opponunt factum Concilii *Conſtantienſ.
ſeſſ.* 15. in quo fuit damnatus Joannes Hus. Jam
verò Joannes Hus in *cap. 7. & 13.* de Joanna 14
hæc ſcripſit, *De Joanna Papa Anglica muliere,
quæ Agna vel Agnes dicebatur*; fuerunt autem
damnatæ ejus propoſitiones; hæc autem Capi-
tula non apparent reprobata.

Reſp. In Conciliis non ſemper quædam pro-
poni, de quibus, aut approbandis; aut repro-
bandis deliberatio fiat, lex eſt *in can. Nicæna.
31. diſt.* ibi. *Et hæc quidem Paphnutius expo-
ſuit: Synoduſque laudavit ſententiam ejus: Et
nihil ex hac parte ſancivit.* Quid clarius?

Secundo opponitur, quod Pontifices eam viam
declinent in proceſſionibus, quæ ducit ad baſi-
licam Lateranenſem, quod in eadem via uſque
ad Xyſtum V. ſteterit ſtatua hujus Joannis. 15
Sed unus error gradus eſt ad infinitos. Quod
attinet ad viam, longe ante hanc Joannem obli-
quabatur, utpote anguſta, & incommoda ob an-
fractus, & ideo à Xyſto V. dilatata eſt. Quod
attinet ad ſtatuam, reſpondet Natalis *tom. 16.
Eccleſiaſtica Hiſtoria*, hoc ſimulacrum expreſſiſ-
ſe Ethnicum Sacerdotem, projectumque in Ti-
berim, fuiſſe mandato Xyſti V. Et fabulam hanc
fuiſſe ex ipſis Hæreticis convincam. Dicunt, Ni-
colaum I. decretum edidiſſe ut ubicumque ſcrip-
tum reperiretur Joannam VIII. fuiſſe, id vel
ferro, vel ſpongia deleretur. Quomodo ergo in 1
ſuis oculis Nicolaus toluiſſet hanc ſtatuam?

Opponunt 3. Anaſtaſium, qui vixit eo tem-
pore, quo Joannes hic VIII. fingitur Pontifi-
catum geſſiſſe; quique creationi multorum Pon-
tificum interfuit, qui hunc Joannem vel præ-
ceſſerunt, vel ſequuti ſunt; In gratiam Ponti-
ficum ſcribere poſt Leonem IV. creatum fuiſſe
Benedictum III. duoſque annos Joannis hujus,
Leoni IV. addidiſſe.

Reſpond. non ſolum Anaſtaſium, ſed etiam
MartinumPolonium, & Magdeburgenſes, & Bi-
bliandrum, qui perperam cenſent Joannem VIII.

ſediſſe, & quidem duobus annis, Leoni tribue-
re annos octo. Vere igitur, nil addit Anaſtaſius
Leoni in gratiam Pontificum.

Præterea Ado Viennenſis Epiſcopus ejus tem-
poris, docet nullum inter Leonem IV. & Be-
nedictum III. Joannem extitiſſe. Adhæret Zo-
naras, Cedrenus, Joannes Curopalates, tam pro-
digioſam hiſtoriam ſilentio prætereuntes.

Quod autem Magdeburgenſe, ajunt, Sigeber-
tum, Joannem feminam in Chronicis poſuiſſe;
tamen in antiquiſſimis manuſcriptis ejus men-
tio facta non reperitur: ut teſtatur doctiſſimus
Bellarminus *Lib. 3. de Summo Pontifice cap. 24.*

Quarto opponunt computationem annorum,
& Pontificum. Niſi, inquiunt, fuiſſet hæc fæ-
mina non eſſent Joannes num. XXII. Non eſſet
17 Joannes XXII. ille qui *Extravagantes* ſcripſit;
ſed XXI. Et, cùm Anno 1276. fuiſſet electus
Joannes XX, dici voluit XXI. & dictus eſt, ut
habet Cicconus in hoc Joanne: ergò quia in-
ter Leonem IV. & Benedictum III. fuit hæc
Joanna.

Sed reſp. opinionem Joannis XX. fuiſſe, quod
in numero Pontificum Joann. XVI. recenſeri
deberet, quem multi credebant Antipapam.
Reipſa tamen fuit verus Papa, & electus Idib.
18 Jun. Anno 995. ſed regnavit sex menſes, &
juxta ſupputationem Bullarii tom. 1. Concil.
p. 1. numeratur inter veros Pontifices.

(e) Eligendi.

Eligendus debet eſſe legitimus.

Et ratio eſt, quia Epiſcopatus eſt Ordo, &
qui eſt illegitimus, eſt irregularis, ut probat
19 Gibalinus *de Irregul. p. 1. cap. 3.* & ut defini-
tur in *cap. 1. de fil. presbyt. cap. per venerabi-
lem ibid.* Quoniam ex ea origine aliquam tur-
pitudinem, ac probrum videtur trahere fœtus:
accipit etenim ex ſcelere ſuum eſſe ſpurius, in
20 eoque agnoſcitur turpiſſimæ actionis dedecus;
in ſuo enim termino omnes notas imprimit actio.
Egregiè dictum eſt à Poeta Euripide in Hercule
furente *apud Plutarch. de Lib. educ.*

Niſi fundamenta ſtirpis jacta ſint probe.
Miſeros, neceſſe eſt, eſſe deinde nepotes.

Et hinc quoque oritur præſumptio paternæ
incontinentiæ, nomenque proverbium apud Græ-
cos repetitum *in can. ſi gens diſt. 56.* quoad ſen-
ſum, & ſignificatum.

Mali Corvi malum Ovum.

An verò illegitimus occulte eligi poſſit; du-
21 bium eſt. Nam *Caſtro L. 2. de Lege pænali cap.
ult. Con. 3.* ait, occultum illegitimum poſſe
ordinari, *Covarruvias in Clem. ſi furioſus 2. p. § 3.
n. 4.* ſed contraria opinio communis eſt, & paſ-
ſim recepta *Gibalin. loc. cit.*

(f) Trigeſimum.

De ætate ad Epiſcopatum requiſita.

In Gallia ſufficit ad Epiſcopatum incheatus
Annus 27 *Cabaſſut. in Scientia Canonica pag.* 22
147. Sed de Jure communi ætas eſt 30. Annorum
*can. 11. Synod. Neocæſar. & Synod. Agath. in
can. Epiſcopus 77. diſt. cap. cùm vetori, cap.
cùm in cunctis de Elect.* videndus *Gonzal. ad d.
tex.* ubi erudite; conſonat *tex. in can. Presby-
terum 56. diſt. in can. 1. diſt. 50.* Ratio eſt quia
Chriſtus 30. Annos natus eſt baptizatus, ac cæ-
pit Evangelium prædicare: & quia ex præſum-
ptione prudentia, & maturitas eo curſu an-
norum confecto incipit in homine, ut probat
Narbona de ætate. Hinc apud Romanos in ea
ætate Prætores conſtituebantur *Sueton. in Au-
guſt. c. 132.* quo alludit Ovidius.

Legibus eſt ætas unde petatur honos.

Et ideo licet *Thom. del bene in tom. 2. de Offic.
Inquiſ.* probet Inquiſitorum ætatem eſſe opor-
tere 40. Annorum, tamen Carena probat, ſuf-
ficere ætatem Annorum 30. eleganter *de Offic.
Inquiſ. 1. p. tit. 4. n. 18.* ut evenit in *Regnis
Hiſpaniæ.*

(g) Illiteratis.

De ſcientia Epiſcopis neceſſaria.

Epiſcopus debet novi, & veteris Teſtamenti 23
ſcientiam callere, quod ſignificat Mitra duabus
partibus obſecta, de qua ſcientia eſt *tex. in cap.
cùm nobis de Elect.* Tridentin. diſpoſuit in *ſeſſ. 22.
cap. 2. de Reform.* debere eſſe Doctores in Jure
Canonico, aut in Sacra Theologia, aut in ali- 24
qua Univerſitate Magiſtros, aut publico Aca-
demiæ teſtimonio idoneos declaratos ad alios
docendos, videndus *Garc. p. 2. cap. 4. de Benef.*

Illud hic addendum, Clem. VIII. ſtatuiſſe,
ut ad Epiſcopatus Italiæ aſſumendi debeant
examinari, & fieri Inquiſitio coram S. Pontifi-
ce, & Sacra Congregatione Cardinalium, alio- 25
rumque gravium, ac peritorum Prælatorum.
In Gallia verò, & Hiſpania coram S. R. E.
Cardinalibus Legatis ibi exiſtentibus: &, Lega-
tis deficientibus, coram Nunciis, Patriarchis,
Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis de
ſpeciali mandato Pontificis exiſtentibus, & aliis
Juris peritis. *Barboſ. in Collect. ad cap. cùm in
cunctis n. 20. de Elect.*

Nec omittendum, non fore nullam electio-
nem, ſi ſit ſpes, electum fore ſcientia prædi- 26
tum. *Rom. in cap. illiteratus 36. diſt. Lavorius
Tit. 4. c. 16. n. 22.*

(h) Non.

Irregularis non eligitur in Epiſcopum.

Hac una voce comprehenduntur bigami, qui
etiam ante Baptiſmum habuerint primam uxo-
rem, *can. acutius 28. q. 3.* nec non compre- 27
henduntur qui non ſunt ex parentibus catholi-
cis creati; ex Bulla Greg. XIV. *Lavor. Tit. 4.
cap. 16.* hermaphroditi, eunuchi, epilepti-
ci; Qui occiderunt, & alii apud Gibal. *de
Irregul.*

[i] In.

Digitized by Google

(*i*) *Infames.*

Infamis non eligitur.

Atque hoc adeo verum eſt, ut ad omnem
ſuſpicionem infamiæ evitandam, Gregor. VII.
28 ignobiles eligi non poſſe declaraverit *Lib. 9. Epiſt.*
2. apud Laur. *in Epit. Can. verb. Epiſcopus.*

Nam infamibus portæ dignitatum patere non
debent, *l. unic. C. de Inf.* & hoc verum eſt tam
de infamia facti, quam de infamia juris. Unde
29 Lampridius *in vita Alexandri* narrat, quod cùm
Præfectus eligendus erat, nomen ipſius publicè
proponebatur; Addo, quod infamia non ſolum
impedit præfici dignitatibus, ſed etiam removeri
facit *l. infamia C. de Decurion. Covar. Pract.*
30 *cap. 19. n. 5.* Sed hoc procedit ſolum in infamia
juris: nam infamia facti, licet repellat à
dignitatibus obtinendis, non tamen repellit à
quæſitis, Gargia *part. 7. cap. 8. n. 35.* & idem
dici debet de beneficiis, Sanchez *Precept. Decal.
l. 2. cap. 18. n. 28.* & infamis infamia facti non
eſt reipſa irregularis, ſed lato modo, *c. omnes,
cap. infames 6. q. 1.* Ad intelligentiam verò
31 ſupponendum, infamiam Juris eſſe, quæ irrogatur
per ſententiam, vel ipſo facto in caſibus,
in quibus Jure cavetur, *cap. illi, can. omnes 7.
q. 1.* Infamia facti, cùm aliquis eſt notatus de
32 aliquo crimine, & apud bonos, & graves viros
male audit. Hoc loco graviſſimæ quæſtiones excitari
ſolent; An collatio Beneficii facta infa-
33 mi ſit nulla ipſo Jure? In qua dicendum eſt,
non eſſe nullam ipſo Jure, ut probat *text. in
cap. inter dilectos de Exceſſ. Prælat.* Pullulat hinc
pariter quæſtio altera, quam placet ſequenti
diſſertatione ad trutinam revocare.

DISSERTATIO UNICA.

An occultum delictum inducat irregularitatem?

Negativæ ſententiæ adhæremus, eaque
34 Probatur 1. ex *cap. ex tenore* juncto *cap. fin.
de tempor. ordin.*

Probatur 2. quia non excluditur ab electione,
qui non caret populi teſtimonio, *can. plebs diſt.*
63. maluſque non præſumitur, *cap. 1. de ſcrutin.
in ord. cap. dudum de præſumpt.*

Probatur 3. ex *cap. 2. de Apoſtatis* ibi: *ſi verò
occultum eſt, promoveri poterit.*

Probatur 4. ex *cap. meminimus de accuſat.*
qui textus eſt pulcherrimus.

Probatur 5. Nam infamia præcedere debet in-
quiſitionem, *cap. qualiter, cap. cum oporteat de*
35 *accuſ.* & inquiſitus eligi non poteſt, *cap. licet
Heli de Simon.* notat Fagnan. *in cap. omnipotens
de accuſ. n. 26.*

Et Gibalinus de *Irregular. cap. 5. conſcit. 1.
n. 10.* ait: Quod admiſſione criminis *judicialiter*
infamia contrahitur; ſed impletur publicatione.

Et ideo hanc ſententiam tuetur Layman *Lib.* 36
1. Tract. 5. P. 5. cap. 4. his verbis: *Probabilior
ſententiæ eſt Gloſſa in cap. inquiſitionis de Accuſ.
Covarr. 2. Reſol. cap. 3. Quod per nullum crimen
occultum excepto homicidio. Adde tu violationem
Cenſuræ Eccleſiaſticæ, irregularitas contrahatur:*

Obſtat 1. Concil. Trident. *ſeſſ. 14. de Reform.
cap. 1.* ubi; occultum crimen parit irregularitatem.

Reſp. Textum loqui de ordinibus ſacris, qui
ab Epiſcopis, criminoſis etiam occultis interdicuntur,
non loqui de caſu electionis, & materiam
eſſe pœnalem, de qua in *can. pœna diſt. 1.
cap. odia de Reg. Jur. in 6. Fagnan. in cap. ad
aures de temp. ord. n. 14.*

Objic. 2. Qui Baptiſmum iteratò contulit,
vel ſuſcipit, etiam occulte, fit irregularis, *can.* 37
eos de conſ. diſt. 4. can. afros 98. diſt.

Reſp. Quidquid aſſerat Gonzal. *in cap. ex
tuarum de Tempor. ordin.* numquam ex his Textibus
probari, ob delictum occultum contrahi
irregularitatem; Et tex. *in can. afros* ad hanc
ſententiam detorqueri nullo modo poteſt, ut ex
litera colligitur; Præterquamquod illi text.
evagantur ultrà articulos præſentis Controverſiæ;
in qua quæritur. An Infamia occulta pariat
irregularitatem. Et licet dentur delicta
plurima, etiam occulta, quæ producunt irregularitatem:
Ut ſi quis non ordinatus dolo 38
malo adminiſtret Sacramenta, *cap. 1. & 2. de
Cleric. Ordin.* Ut ſi quis ordinetur per ſaltum,
vel ſine Confirmatione, vel furtivè unum, vel
plures gradus accipiat, *cap. unic. de Cler. per ſalt.
cap. 1. & 2. de eo, qui furtive:* Ut ſi quis violaret
cenſuras, celebrando in excommunicatione
majori, *cap. ſi celebret de Cleric. excomm.*
Ut ex homicidio occultò, *cap. ſicut, cap. ad
audientiam de homicid.* Quæ tamen delicta ex
communi ſententia continent ſpecialitatem. Nihilominus
idem in infamia occulta contingere,
adhuc expreſſum non eſt in Jure: & irregu- 39
laritas non extenditur, niſi in Jure; expreſſa
habeatur: nec admittit inductiones, & ſimilitudinis
argumentum *cap. is qui de ſent. excom.
in 6.*

Qui plura deſiderat, videat Gargiam *p. 7.
cap. 1. de Benef.* & repetentes *ad textum in cap.
ad aures de temp. Ordin. & Covarr. L. 3. reſol.
cap. 3. num. 2.* & Gibal. *de Irreg. cap. 5.
conſ. 1.*

(*k*) *Et denique.*

Eligendus gradu ſacro inſignitus eſſe debet.

Innocentius III. *in cap. à multis extra de*

ætat.

ætat. & qualit. in can. nullus diſt. 60. Trid. ſeſſ. 22. cap. 4. Gregor. XIV. in Bulla edita *die 15. Maii* , Anno 1500. Diana *p. 12. tract. de Conſecr. Epiſc. reſ. 53.* ex quibus patet, non poſſe eligi quemquam in Epiſcopum, niſi gradu ſacro inſignitum, licet poſtulari poſſit, *cap. Oſius 61. diſt.* Multa congerit Gonzales in *d. cap.* à *multis de ætat. & qualitat. &c.*

DE POSTULATIONE PRÆLATORUM.

TITULUS XII.

NON tamen, omnibus excluſis ab electione, præcluditur aditus ad alia remedia confugiendi. Si inhabilitas diſpenſatione tolli poſſit, locus datur [*a*] Poſtulationi; Quare Poſtulatio eſt actus, quo petitur à Superiore impedimentum diſpenſari. Superior (*b*) erat olim Concilium; nunc (*c*) Pontifex: & quoniam variis modis fit Poſtulatio; dividitur in ſolemnem, & ſimplicem. In [*d*] ſolemni, ſervata forma *cap. quia propter de Elect.* præcedit ſcrutinium, ut eliciatur ad poſtulandum conſenſus; cujus effectus eſt, ut Poſtulatus ſtatim admiſsà Poſtulatione cenſeatur Epiſcopus. In (*e*) ſimplici non fit ea forma ſcrutinium; ſed effectus Poſtulationis eſt, ut ea admiſsà, ſit poſtea deveniendum ad Electionem. Alio quoque modo ſimplex eſt Poſtulatio; ſi eligatur cùm obligatione licentiam à Superiore petendi. Satis hæc de Poſtulatione, quoniam ab (*f*) aula penè receſſit his temporibus,

SUMMARIUM.

QUÆnam inhabilitas diſpenſatione tolli poſſit ope Poſtulationis: elegans Regula. 1.
Quinam eſſet olim ſuperior diſpenſationis 2.
Pontifici nunc Poſtulatio præſentatur. 3.
Quinam debeant conſentire Poſtulationi. 4.
De ſimplici Poſtulatione. 5.
Cardinales poſtulantur. 6.
Cardinalatus magna dignitas. 7.
Poſtulationis uſus receſſit fere ab Aula. 8.

EXPLI-

EXPLICATIONES.

(a) *Locus datur Poſtulationi.*

1 ADdo regulam ad cognoſcendum quæ nam inhabilitas diſpenſatione tolli poſſit, quam tradit *Gonz. in cap. ult. de Poſtul. Præl. n.* 7. quod ſcilicet illi poſtulari non poſſint, qui ob animi, aut corporis vitium eligi nequeunt *cap. ſcriptum* 40. *de Elect.* uno verbo, defectus diſpenſabilis eſſe debet: Ecce, cæcitas, amentia, ſexus, infantia diſpenſari non poſſunt, ideoque his caſib. locus non erit Poſtulationi.

(b) *Superior erat Concilium.*

2 Regula tamen erat, eum eſſe Superiorem, qui facultatem habebat diſpenſandi. Si defectus requirebat diſpenſationem à Sede Apoſtolica, Superior erat Pontifex; Si defectus poterat tolli à Superiore Metropolitano, aut Patriarcha, aut ſimplici Epiſcopo, ab eis petebatur *Lavor. de Elect. tit.* 4. *c.* 13.

(c) *Nunc Pontifex.*

Poſtquam enim Romano Pontifici confirmandi Epiſcopos facultas tantum competit, illi Po-
3 ſtulatio præſentanda eſt; Potiſſima quoque ratione, ſi contigerit, Epiſcopum eſſe poſtulandum ad novam Eccleſiam, quia hæc diſſolutio myſtici Matrimonii, eſt de cauſis majoribus, quæ ab alio, quàm à Pontifice non cognoſcuntur *Gonz. in cap. ult. de poſt. Præl. n.* 8. *pag.* 210. Accedit quod pro Regula traditur à *Laym. in quaſt. Can. quaſt.* 3. *de Poſt.* eum eſſe Superiorem Poſtulationis, qui eſt Confirmationis: Cùm ergò ex *Regula ſecunda Cancellariæ* Confirmatio reſervata ſit Pontifici, &, ex Concordatis etiam in his locis, in quibus in uſu eſt Electio Canonica, ut his temporibus in Germania; ille erit Poſtulationis Superior. Et hoc idem continget in Nominationibus, quæ hodie à Regibus fiunt: ſolùm quippe Sedi Apoſtolicæ nominatio exhibetur, ex eadem Regula Cancellariæ, & Nominatio ſpecies eſt Poſtulationis *Cuc. in Inſt. titul. de Poſtul. in fine.*

(d) *In ſolemni.*

Non tamen requiritur, ut omnes conſentiant, aliquem Poſtulandum, ſed ſufficit, ut major 4
pars *cap. ſcriptum de Elect. Lavo. de Elect. tit.* 4. *c.* 15. accedit Sacra Congregatio Anno 1618. menſe Decembris, qua id declaratum eſt.

(e) *In ſimplici.*

Pro Regula tradit *Lavor. de Elect. tit.* 4. *c.*
13. Simplicem eſſe, cùm petitur ab aliquo Su- 5
periore, ad quem non ſpectat munus Confirmationis. Reipſa tamen quando aliquis eligitur cùm obligatione petendi licentiam, non eſt vera Poſtulatio, ſed quædam Electionis ſpecies; licentiam namque dare, non eſt diſpenſare. Exemplum autem hujus Poſtulationis eſt 6
in Cardinalibus S. Romanæ Eccleſiæ, quia ipſi Epiſcopatum acceptare nequeunt, aut alias Romanam Eccleſiam deſerere abſque Romani Pontificis permiſſu, quia Cardinales præſto eſſe debent Romano Pontifici, eumque conſiliis adiuvare. Et inde inferri poſſet, quod per aſſumptionem Cardinalis ad Epiſcopatum, vacare debeat Cardinalatus, per *tex. in cap. de multa* 28. *de Præb.* Sed vere ceſſat hæc illatio, cùm cenſeatur & ſit Cardinalatus major Dignitas. Aliud 7
exemplum eſt in Abbatibus Religionum; hi pariter petere debent licentiam à ſuo Superiore *Laym. in can. quaſt.* 12. *de Poſt.*

(f) *Receſſit ab aula.*

His verbis loquitur *Garc.* 3. *p. de Benefic. cap.* 11. *n.* 11. *Mandoſ. Reg.* 2. *Cancell. in Præfat;* 8
Lambert. 1. *p.* 2. *lib.* 9. 7. *art.* 2. *n.* 6. *in fin.* eo tamen modo, quo ſupra explicatum eſt, in iis ſcilicet Regnis, in quibus non habet locum Electio Canonica, ut in Hyſpania, Gallia, Italia. Cæterum Alexander IV. & Gregorius XI. in Conſtit. *Virtute* conceſſit Fratribus Prædicatoribus poſſe poſtulare illum, de quo Electio fieri non potuit, ut habet *Paſſerin. de Elect. p.* 1.

DE

DE CONFIRMATIONE PRÆLATORUM.

TITVLVS. XIII.

SEQVTA Electione, debet Electus intra *(a)* unum menſem conſentire; quo elapſo tres (*b*) alii menſes ad petendam Confirmationem indulgentur. Ad (*c*) Confirmandum nullum eſt præfinitum tempus. (*d*) Petebatur olim Confirmatio à ſuis Superioribus; nunc à ſolo Pontifice, ſive eligantur Canonice, ut in Germania: ſive nominentur à Regibus Epiſcopi, ut fieri frequentius ſolet his temporibus. Fit (*e*) Confirmatio interdum per Sententiam, interdum extrajudicialiter. Effectus (*f*) eſt, ut contractum cenſeatur cum Eccleſia Spirituale Connubium, & Confirmati poſſint illicò quæ (*g*) ſunt Juriſdictionis exercere. Ad Ordinis verò poteſtatem exercendam Conſecratio requiritur.

SUMMARIUM.

EXplicatur Tempus conſentiendi Electioni. 1.
Jus ad rem, Electione nondum acceptata, an acquiratur. 2.
De quorumdam locorum Conſuetudine, Electum intronizandi. 3.
Præſentatus per actum Præſentationis acquirit Jus ad Rem. 4.
Quando nam Jus in re acquiratur. 5.
Ritus petendæ Confirmationis in Muneribus quoque Civilibus Uſitatus. 6.
Confirmatio dicebatur Collaudatio. 7.
Exempla hiſtorica. 8.
Tempus petendæ Confirmationis. 9.
Pontifex confirmationem an poſſit denegare. 10.
Superiori nullum eſt præfinitum Tempus concedendæ Confirmationis. 11.
Ratio elegans hujuſce rei. 12.
Confirmatio olim in Conciliis petebatur. 13.
Confirmatio ſucceſſive ad quos ſpectaverit, ex hiſtoriis narratur. 14.
Quando nam per Sententiam fiat Confirmatio. 15.
Quando nam extraiudicialiter fiat Confirmatio. 16.
Contrahitur Matrimonium ſpirituale per Confirmationem. 17.
An propriè Parochus contrahat cùm ſua Eccleſia idem Spirituale Connubium. 18.
Epiſcopi Eccleſiarum, quas detinent Infideles per vim, & ſummam iniuriam: idem ſpirituale Matrimonium contraxere. 19.
Quæ nam ſint Juriſditionis. 20.
Quæ nam ſint Ordinis. 21.
Elegans, & fusè tractata quæſtio aliqua novitate: an Epiſcopus ſolum Confirmatus poſſit facultatem Ordines Conferendi tribuere alteri, & delegare. 22.
Epiſcopus confert exercitium Poteſtatis Ordinis. 23
Epiſcopus Confirmatus non potitur fructibus ante conſecrationem. 24.

EXPLICATIONES.

(*a*) *Intra unum menſem.*

1 INſinuatur enim ab Electoribus Electio, & ille, qui per ſuffragia deſignatus eſt Paſtor, à tempore talis inſinuationis intra menſem aſſenſum debet accommodare, *cap. quam ſit de Elect. in 6.* non tamen unus menſis ita præciſe, ac ex rigore ſumitur, ut non excuſent juſta impedimenta *Laym. quæſt. can. quæſt.* 148.

2 Diſputant hoc loco interpretes, an acquirat Electus Jus ad rem, etiamſi Electio nondum fuerit acceptata? Pro Affirmativa eſt *Felin. in cap. cùm Bertold. n. 2. & 3. & Roman. in cap. quam ſit §. 1. de Elect. in 6. n. 1.* Pro ne-

gativa eſt, *Mandoſ. n. 6. Reg. 32. q. 25. Zerol.*
in Praxi Epiſc. 1. *p. verb. Jus ad rem.* Unde
quibuſdam Eccleſiis Conſuetudo eſt, ut poſt con-
3 ſenſum electus introniżetur ad ſignificandum
Jus incohative acquiſitum *Laym. q.* 114. Cæte-
rum quod dicitur de Electione Epiſcoporum,
ad minora quoque Beneficia transfertur, ut Præ-
4 ſentatus per actum præſentationis acquirat Jus ad
rem, aut per acceptationem Gratiæ expectati-
væ *Garc. de Benef.* 4. *p. c.* 3. *n.* 20. E contra-
5 rio Jus in re acquiſitum cenſetur, cùm acquiri-
tur Beneficium per collationem acceptatam,
etiam ante adeptam poſſeſſionem *cap. ſi tibi abſen-
ti de Præb. in* 6. *Garc. dicta p.* 4 *cap.* 2.

(*b*) *Tres menſes ad petendam Confirmationem.*

6 Atque hic ritus petendæ Confirmationis, etiam
in aliis muneribus, & honoribus uſitatus fuit.
Ecce: de Jure Cæſareo receptum erat, ut ele-
cti Civitatum Defenſores à Præfecto Prætorio
confirmarentur *Auth. de Defenſoribus Civitatum*
7 *§. Jus*; Unde Confirmatio dicebatur collauda-
tio *l.* 1. *§. ſed verum ff. de ſervo corrupt* Sum-
ma enim ratione introducta eſt Confirmatio fa-
cta à Superiore; Ipſe enim poteſt repellere
electum: ſic L. Martius Tribunus militum cùm
Proprætor à militibus fuiſſet creatus contra mo-
tem, & uſum Romanorũ, quorum Duces crea-
8 bantur à populo, ideo Superior Senatus non
confirmavit *Val. l.* 2. *c.* 2. Quod ſi intra tres
menſes Confirmatio non petatur electus à Jure
acquiſito cadit, & vacat Sedes, & ad aliam e-
9 lectionem deveniendum eſt *Gonz. in cap* 3. *de
Elect. n.* 7. Conſonat *tex. in cap quoniam* 100.
diſt. Illud nihilominus æque verum eſt, quod
non poteſt Pontifex Confirmationem denegare,
quia debitum impendit, ubi in contrarium cau-
10 ſæ juſtitia aliter non ſuadeat *c. per de Elect. in* 6.

(*c*) *Ad concedendum.*

Quod ad Confirmationem concedendam nul-
11 lum ſit præfixum tempus Superiori certum eſt,
ut docet *Abbas in cap. per quam, citat. à Lavor.
tit.* 4. *cap* 25. Et ratio eſt, quia niſi Archiepi-
ſcopus Superior electum Epiſcopum confirmaſ-
ſet, peteret Capitulum à Superiore præſcribi
12 Archiepiſcopo terminum cùm intimatione, &
comminatione devolutionis, niſi Confirmatio
eo tempore aſſignato fuerit ſequuta *Groſſ. in Rub.
de Poſt. Præl. in* 6. & ſequitur *Garcias p.* 11.
de Benef. cap. 4. *per tot.*

(*d*) *Petebatur olim.*

Olim petebatur etiam in Conciliis ad eum fi-
nem peculiariter Congregatis. Poſtea viguit ea
13 diſciplina, ut ſi Electio eſſet Epiſcopi, à Me-
tropolitano *cap. cùm dilectis* 64. *de Elect.* Si Me-
tropolitani, à Patriarcha *cap. quia* 63. *diſt.* Si
Patriarchæ, à Pontifice fieret *cap. ſcriptum de
Elect. Camſ. in ſumma tit. de El.*

Ruſſus aliud tempus ſucceſſit, in quo nihilo-
minus Pontifex talem confirmationem faciebat,
ut Archiepiſcopi Capuani *cap. cùm nobis de
Elect.* Archiepiſcopi Rhemenſis, & Imperatoris
cap. venerabilem hoc tit. 14

Tandem ex Bulla *ad Sacram* Nicolaus V. ſi-
bi reſervavit confirmationem Epiſcoporum, qui
in Germania eligerentur Canonicè; Et aliis in
locis, ubi nominant Principes, eos inſtituit
Pontifex adinſtar Jurispatronatus *Azor. de Con-
firm. Cabaſſut. in ſcient. Can. tit. de Elect.*

(*e*) *Fit Confirmatio.*

Interdum Sententia locum habet, quando ap- 15
parent contradictores; & quomodo ſit pro-
cedendum præſcribitur *in cap. quam ſit de Elect.
in* 6. Aliquando fit extrajudicialiter; Quo mo-
do non requiritur forma, ſed ſufficit factum,
aut verbum, *Mantic. deciſ.* 261. *Lavor ubi ſup.* 16
Quomodo autem accipiendæ ſint ſolemnitates
annuli, Pannorũ, &c. quas adhiberi in Confirma-
tione affirmat *Laym. q.* 114. videatur *idem ibid.*

(*f*) *Effectus eſt, ut contrahatur.*

Hoc Matrimonium ſpirituale initiatur in Ele-
ctione, ratificatur in confirmatione, conſumma- 17
tur in conſecratione *Gonz. in cap.* 1. *de tranſl.
Ep. n.* 16. *p.* 37. Et ideo vacante Eccleſia Ca-
thedrali, Eccleſia dicitur vidùata *cap. quia
propter de Elect.* Quòd Matrimonium à Parocho
propriè non contrahatur, & ideo eidem Eccleſia 18
dicitur vacans *cap.* 1. *de conceſſ. Præb.* ex quo
ſequitur poſſe Epiſcopum cum Parocho di-
ſpenſare, ut relicta propria Parochia ad aliam
tranſeat: Archiepiſcopum verò non poſſe tran-
sferre Epiſcopum de una in aliam Eccleſiam,
quia conſecratio reddit hoc Matrimonium con-
ſummatum, quæ ratio in Parocho deeſt *Germon.
l.* 2. *Anim. cap.* 10. Atque hoc idem Matri- 19
monium datur inter Epiſcopos titulares, & Ec-
cleſias exiſtentes in Regionibus Infidelium,
cùm illi propriè ſint Epiſcopi *Trid. ſeſſ.* 14. *de
ref. cap.* 2. Hinc Epiſcopis in ſignum contracti
Matrimonii, tempore Inſtitutionis, traditur
annulus *cap. Clerici de vit. & honeſt. Cleric.*

(*g*) *Quæ ſunt Juriſdictionis exercere.*

Ad regulam ſtatuendam de poteſtate Juriſdi-
ctionis ſatis eſt conſiderare, quæ ſint poteſtatis 20.
Ordinis; quæ requirant caracterem Epiſcopalem
impreſſum in Conſecratione, ſtatim apparebit
cætera omnia eſſe poteſtatis Juriſdictionis. Sunt
igitur poteſtatis Ordinis Sacrum Chriſma con-
ficere, Ordinis, & Confirmationis Sacramenta
conferre, Virgines conſecrare atque altaria; &
Eccleſias *cap. tranſmiſſum de Elect. Cabaſſ. l.*
1. *cap.* 7. *p.* 21. *in Scient. Can.* Ergò econtra-

rio cæ-

tio cætera ŏmnia huic Epiſcopo permittuntur: permittitur excommunicare, ſine Conſecratione. *cap transmiſſa de Elect.* interdicere, Viſitare, Synodum congregare *Azor. de confirmat. p. 2. Lib. 3. c. 20. 5. q.* Eccleſias minores conjungere, annectere, dividere, voti, & Juramenti vincula ſolvere, imo hæc efficere quamvis nondum Sacerdos ſit, conſtitutiones condere, Cauſas audire, & cognoſcere, reſervare ſibi peccatorum abſolutiones *Azor. ib* ordinandi, Conſecrandi, abſolvendi à peccatis licentiam quoque dare poteſt nondum recepta conſecratione *Laym. q. 153. Cabaſſ. L. 1. cap. 7. p. 21, n. 7.* Sed hæc ultima pars diſputationi, & Controverſiæ dat locum. Ratio dubitandi eſt, quia qui per alium facit per ſe ipſum facere videtur: & ſi Epiſcopus non poteſt ſine Conſecratione Ordinare, Conſecrare, quomodo hanc facultatem aliis committere poterit?

Sit nihilominus noſtra Concluſio.

EPISCOPUS VEL SOLUM CONFIRMATUS PO-
22 TEST FACULTATEM ORDINES CONFE-
RENDI, AUT VASA BENEDICENDI ALTERI DELEGARE.

PROBATUR. I. Extant multæ auctoritates Juris Civilis, ex quibus patet, quod ob ſpeciales rationes contingit, aliquem plus Juris in alium transferre, quam ipſe habeat ex *l. non eſt novum ff. de acq. rer. dom. ex l. interdum ff. de acq. poſſ. & l. reperitur ff. ad l. falcid. ex l. ſi per imprudentiam 2. ff. de evict. ex l. ſi verò §. ult. ff. mandati, ex l. 1. C. ut action. ab hæred. l. quod noſtrum ff. de uſufr. leg.* Eſto igitur quod Epiſcopus confirmatus non habeat Jus Ordinandi: novum tamen non eſt, poſſe hoc Jus in alium transferre ob ſpeciales rationes mox referendas.

PROBATUR. II. Quia in poteſtate Ordinis duo conſiderantur: Caracter, unde emergit poteſtas Ordinandi: & legitimum exercitium Ordinationis; obſervant *Laym. & Abbas* qui hanc Sententiam tuentur *relatus in quæſt. 153.* Si caracterem conſideres, Epiſcopus poteſt Ordinare omnes totius Mundi fideles: at verò ſi legitimum exercitium, non poteſt niſi Diœceſanos; Ea ratione potiſſima quia legitimum exercitium eſt actus Juriſdictionis. Qua ſuppoſita Doctrina, quid ſequatur protinus intelligitur, nam, cum dare facultatem Ordinandi ſit actus Juriſdictionis, cumque Epiſcopus ſolum confirmatus poſſit ea gerere, quæ ſunt Juriſdictionis, quidni alteri Epiſcopo jam conſecrato poterit demandare poteſtatem Ordinandi?

PROBATUR. III. Ex cap. Suffraganeis 11. de Elect. juxta quem textum certum eſt, Metropolitanum, non recepto Pallio, non poſſe exercere quæ ſunt Ordinis, cujuſmodi eſſet conſecratio ſuffraganeorum; At Metropolitanus alteri talem poteſtatem demandare poteſt: ergò etiam idem poterit ubi agitur de Sacrorum Ordinum ſuſceptione, aut facultate abſolvendi.

PROBATUR. IV. Ex cap. cùm nullus de tempor. Ordin. in 6. ubi Vicarius, aut Sede Vacante Capitulum, dare poſſunt licentiam Ordinandi cum tamen ipſi nequeant ordinare.

PROBATUR. V. Ex cap. is cui in fin. de Elect. in 6. ibi *quicumque adminiſtrationem Cathedralis Eccleſiæ etiam in ſpiritualibus habuerit, niſi fuerit Epiſcopus, per alios faciat expedire quæ conſecrationem poſtulant.*

PROBATUR. VI. ex cap. 1. de Tranſlatione & ibi gloſſa verbo confirmaſſe.

SOLVUNTUR OBJECTIONES.

Objic. 1. Qui per alium facit per ſe ipſum facere videtur *cap. qui per alium de R. I. in 6:* ſed per ſe non poteſt confirmatus ordinare. ergò nec per alium.

Reſp. Totum concedendo; ſed aliud eſt dare poteſtatem Ordinis, aliud concedere exercitium poteſtatis Ordinis. Confirmatus ſolum 23
exercitium transfert, non verò poteſtatem Ordinis, qua Epiſcopus mandatarius ſuo jure confert Ordines, non alieno, ſi contigerit ſe alieni Epiſcopi nomine conſecrare.

Objic. 2. Obſtat, regula *cùm quid de R. I. in 6.* ibi *cùm quid una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti*, hoc contingeret ſi poſſet loco Confirmati, cui prohibetur ordinare, alter Epiſcopus ordines conferre ergò &c.

Reſp. Non prohiberi exercitium Poteſtatis transferre. Hoc ſi percipiamus, Sententia noſtra clara eſt, neque ullo modo, ab ea diſcedendum.

Objic. 3. cap. verum 7. de for. comp. ubi ad Juriſdictionem exercendã requiritur Conſecratio.

Reſp. In eo textu tractari de Feudis ſpectantibus ad Eccleſiam; Certe ante Conſecrationem de bonis Eccleſiæ Epiſcopus diſponere non poteſt, ut dicemus in ſequenti reſponſione.

Objic. 4. Epiſcopi Sacerdotes ante Conſecrationem diverſum ordinem à Presbyteris non obtinent *cap. nulla 62. diſt. can. ſicut diſt. 40. cap. ſuper de accuſ.* Imò ante Conſecrationem fructus Epiſcopatus non percipiunt, ſed relinquuntur apud Oeconomum *cap. quoniam 75. diſt. can. ſi quis 92. diſt.* & ſi non ſint Canonici, qui eorum curam habeant, Archiepiſcopo cuſtodia committitur *cap. non licet 12. q. 2.*

Reſp. Ob carentiam Conſecrationis Epiſcopus non differt ordine à Presbytero, at Eccleſia viduata non dicitur; Fructuum verò uſus illi interdicitur ſpeciali ratione, ut ad procurandam 24
ſuam Conſecrationem magis alliciatur.

Objic. 5. Cap. cùm olim de dol. & cont. ubi Epiſcopo Confirmato exercitium Juriſditionis interdicitur.

Reſp. In ſpecie hujus tex ſuper ipſam Confirmationem litem fuiſſe motam quo tempore omnia ſunt in ſuſpenſo.

DE

DE CONSECRATIONE PRÆLATORUM.

TITULUS XIV.

APPROBATA Electione veniendum eſt ad Conſecrationem (*a*) intra tres menſes, alioquin (*b*) fructus amittuntur: aut ad ſummum intra ſex, alioquin Jus omne deperditur *Trident. ſeſſ.* 23. *cap.* 2.

Ante (*c*) Conſecrationem Proceſsus efformatur juraturque ab Electo de (*d*) viſitandis liminibus Apoſtolorum.

Locus, ubi fieri debet Conſecratio, eſt Eccleſia Cathedralis, ad quam ſequuta fuit promotio; poteſt [*e*] nihilominus alia quoque adhiberi Eccleſia, quæ intra Diœceſim ſit. (*f*) Tempus, eſt Solis dies: Hora tertiæ lucis. [*g*] Miniſtri Conſecrationis, quando ſit Conſecratio extra Curiam obtinere debent Commiſſionem emanatam perliteras Apoſtolicas; quando ſit in Curia, mandatum à Camera, aut Commiſſionem vivę vocis oraculo à Pontifice. Conſecrator (*h*) debet eſſe Epiſcopus cùm (*i*) aliis duobus; licet ex diſpenſatione Pontificis unus ſufficiat, ut ſunt exempla non pauca.

Subſtantia [*k*] Conſecrationis conſiſtit in impoſitione manum, & verbis prolatis: *Accipe ſpiritum ſanctum*, licet in hoc (*l*) variæ ſint opiniones: Solemnitates (*m*) verò multæ pręſcribuntur in Pontificali.

Atque hęc ordinatio Epiſcopalis diſtincta [*n*] eſt ab aliis Ordinibus, & eſt Sacramentum: nec variatur niſi in paucis, cùm in Pontifice adhibetur [*o*] Tempore Conſecrationis Inventarium cenficiendum, quo Bona notantur propria Epiſcopi, & illa quæ ſpectant ad Eccleſiam.

Effectus eſt poteſtas Ordinis, quæ exerceri valet confeſtim à ſimplici Epiſcopo; Sed in Archiepiſcopis, & Patriarchis prius requiritur Pallium.

SUMMARIUM.

Omnia Tempora ad Conplementum Electionis conſtituta qua demum ſint. 1.

Qui non petit conſecrationem, fructus non lucratur, ſed quid obſervet Conſuetudo traditur. 2.

De Proceſſu ante Conſecrationem. 3.

In quo hic Proceſſus conſiſtat. 4.

Viſitationis Liminum Apoſtolorum obligatio quid ſit, qua origo, quomodo obliget. 5.

Cur die dominica Conſecratio fiat. 6.

Quiſnam de Jure Communi debeat Conſecrare. 7.

Hodiè quomodo Conſecratio celebretur. 8.

Petitur mandatum Apoſtolicum. 9.

Simplex ſacerdos nequit Epiſcopum Conſecrare. 10.

An omnes tres Epiſcopi ad Conſecrationem concurrant. 11.

Olim à Primate Metropolitani ordinabantur. 12

Diſpenſatio Refertur, ut unus Conſecrator ſit ſatis. 13.

Pius V. ſubrogavit ad Conſecrandum duos Abbates. 14.

Conſecratio Epiſcopalis eſt Sacramentum 15.

In quo conſiſtat ſubſtantia Conſecrationis Epiſcopalis. 16.
Variæ opiniones referuntur. 17.
Verior Sententia Bellarmini de Materia, & forma Conſecrationis. 18.
Ritus Conſecrandi apud Græcos. 19.
Hic Ritus non pugnat cum Ratione Sacramenti. 20.
Quæ nunc Solemnitates ſint Conſecrationis. 21.
Qui nunc Ritus apud Utopienſes, & Ruthenos. 22.
Per Canones, & Textus expenditur, quæſtio famigerata apud Theologos an Epiſcopatus ſit ordo diſtinctus à Presbyteratu, 23.
Ordo Presbiteratus non liberat à Patria Poteſtate 24.
Etſi Epiſcopatus ſit Ordo Diſtinctus à Ceteris non tamen numerus augetur ſacramentorum. 25.
Si Electus in Pontificem nondum ſit Epiſcopus debet Conſecrari. 26.
Qui nam præſint Conſecrationi Pontificis. 27.
Quo nam Pontifex Procedat ad coronationem. 28.
Quomodo expediatur Pontificis coronatio. 29.
Judæi Pontifici coronato Bibliam ſacram oſtendunt prolatis quibuſdam verbis. 30.
De Sede Stercoraria. 31.

EXPLICÀTIONES.

(a) *Intra tres menſes.*

Eleganter Gloſſa *in cap. ſi Electio verſ.*
aliam de Elect. in 6. collegit omnia tem-
1 pora ad promotionem Epiſcopalem con-
ſtituta. Unus menſis aſſignatur ad conſentien-
dum Electioni: tres poſt illam ad petendam
Confirmationem; Tres alii menſes ad Conſe-
crationem exiguntur *cap. quoniam* 100. *diſt.*
Tandem Pallium à die Conſecrationis peti de-
bet intra tres alios menſes.

(b) *A'loquin fructus amittant.*

Affirmat tamen Cabaſſut. *in ſcient. Can. l.*
2 1. *c.* 7. *n.* 9. ſanctionem hanc de fructibus
amittendis deſuetudine abrogatam.

(c) *Ante Conſecrationem proceſſus efformatur.*

Hac de re late Auguſt. Barboſ. *p.* 1. *c.* 2. *tit.*
2. *de Offi. & poteſt. Epiſcopi*. Eſt enim talis in-
3 quiſitio, ac Proceſſus efformandus ex præſcri-
pto Gregorii XIV. in Bulla, quæ incipit *Onus*;
Et conſiſtit, ut primò inveſtigetur ſuper æta-
4 te, an ſit 30. annorum; ſecundò ſuper nata-
libus; tertio an antea ſex menſibus in ſacro
Ordine fuerit conſtitutus juxta Trid. *ſeſſ.* 22.
cap. 1. Tertio an ſit Licentiatus in Sacra Theo-
logia, ac Doctor: quinto an ſit Boni nominis,
& à Criminis ſuſpicione immunis: ſexto an
ſit idoneus, & habilis ad onus Angelicis hu-
meris formidandum, recte, & firmiter ſuſti-
nendum. Taliſque Inquiſitio extra Curiam
fieri debet à Legato. Plura videnda *apud Bar-
boſ. loco citato*. Et tranſmiſſum Examen in
Conſiſtorio refertur à Cardinali, cui munus
incumbit.

(d) *De viſitandis liminibus Apoſtolorum.*

Unuſquiſque Epiſcopus Italiæ quolibet trien-
nio de ſtatu ſui Populi certiorem Apoſtolicam 5
Sedem reddere debet, aut per ſe, aut per alium;
Extra Italiā quolibet quadriennio; In remotio-
ribus Mundi partibus quolibet decennio. Extat
hac de re Bulla Xyſti V. quæ videri poteſt
apud *Piaſecium in praxi Epiſcopali*, quæ inci-
pit *Romanus Pontifex*; quamvis antiquius ſit
hoc præceptum, ut patet *ex can. juxta* 93. *diſt.*
cap. ego extra de Jurejur. & quod fieri debeat
hæc promiſſio ante Conſecrationem eſt in ea-
dem Bulla *Romanus*: & quod fiat per viam Ju-
ramenti, idem *Piaſecius* oſtendit ante dictam
Bullam *in proœmio*. Apoſtolorum verò Limina
ſunt DD. Petri, & Pauli Eccleſia, quæ ita
appellatur *can. ad Limina* 30. *q.* 1.

(e) *Poteſt nihilominus alia adhiberi Eccleſia.*

Ita docet *Laym. q. Canon. q.* 166. *& Bar-
boſ. loco ſupra citato*.

(f) *Tempus eſt ſcbis dies.*

Huius diei multæ ſunt prærogativæ, de qui- 6
bus *S. Leo Epiſt.* 81. *ad Dioſcor. c.* 1. *& ſerm.*
154. *de Temp. apud Auguſt. c. quo die* 75. *diſt.*
Triden. ſeſſ. 2. *in prin.* Inter quas illa potiſſima
eſt, quod eo die mandavit Apoſtolis Evange-
lium prædicare, & baptizare: In eumque diem
incidit Pentecoſtes, quo Spiritus Sanctus miſ-
ſus eſt, & ideo eo die fit Epiſcoporum Con-
ſecratio, *Euſeb. lib.* 18. *de P. e. Evang. cap.* 6.
& quolibet anno feſtum Conſecrationis Epiſco-
pi cum Octava celebrandum ſtatuit Gregorius,
& Felix Papa in *can. ſolemnitates de Conſecr.*
diſt. 1.

(g) *Miniſtri.*

Inſpecto Jure communi fieri deberet Conſe- 7
cratio à Metropolitano Electi tex. eſt *in can.*
Epiſcopi 24. *diſt.* Verum diſtinguitur, aut erat
conſecrandus Archiepiſcopus, & eo caſu omnes
ſuffra-

Digitized by Google

ſuffraganei ad eius Conſecrationem concurrebant
permiſſu Primatis accedente *Gibalin. in Synopſi
de Cenſuris n. 17. lit. E. can. qui in aliquo in
fin. 51. diſt. can. Metropolitano 63. diſt.* Aut
erat conſecrandus Epiſcopus ſimplex: tunc ve-
rò tres Epiſcopi debebant conſecrare, Metro-
politani juſſu intercedente *can. qui Epiſcopus
23. diſt. can. Epiſcopum, can. Illud 64. diſt.
Fragoſ. de Reg. p. 2. l. 8. diſp.* 18. Imò ſi plu-
res in Provincia reperiri poterant, Epiſcopi,
omnes conſecrationi novi Electi intererant *d.
can. qui Epiſcopus*, unde Cerinthius fuit ordi-
natus à ſexdecim Epiſcopis, *D. Cyprianus
Epiſt.* 51.

8 Hodie tamen Conſecratio Epiſcoporum non
ex Metropolitani juſſu, ſed mandato Pontificis
fit, ex quo Romanus Pontifex ſibi reſervavit
Cathedralium Eccleſiarum collationem; Et ideo
9 in Pontificali Romano legitur, quod antiquior
Epiſcopus, Conſecrationis debet petere man-
datum Apoſtolicum a Conſecrante his verbis
habetis mandatum: legiturque à Notario; Et ſi
in literis exprimatur quod Conſecrans ſibi fa-
ciat præſtari Juramentum fidelitatis, et præ-
ſtatur à genuflexo Conſecrando. Cujus forma
eſt, quod ſpondet fidelitatem Papæ, nec re-
velabit quod per Nuncios Legatos ſcit, eoſ-
que honorificè tractabit, & obſervare faciet
mandata, Regulas, Diſpoſitiones Apoſtolicæ
Sedis, hæreticos impugnabit, & ſimilia, quæ
in Pontificali leguntur. Ideoque Commiſſio in
ſcriptis, ſi extra Curiam fiat Conſecratio, ne-
ceſſaria eſt; At ſi in Curia, ſufficit mandatum
emanatum à Camera Apoſtolica: aut conceſſio
vivæ vocis Oraculo, de qua *Barboſ. in 1. vol.
de Offic. & Poteſt. Epiſcopi par. 1. cap. 5. pag.*
29.

(*h*) *Debet eſſe Epiſcopus.*

Unde ſimplex Sacerdos Conſecrare Epiſco-
10 pum nequit, ut docuit *Koninck. de Sacram.
diſp.* 20. *dub.* 0. *num.* 86. Sed Goff. *in can.
manus de Conſecr. diſt.* 5. *in can. pervenit diſt.*
95. aſſirmat, quemlibet mandato Pontificis poſ-
ſe: dummodo ſit Sacerdos. Contrarium docet,
Innoc. *in cap. quanto de Conſuet.* quod verius
eſſe, probat Dian. *Reſol.* 25. *in tract. de Con-
ſecr. Epiſc.* Nam Apoſtolus *ad Hebr.* 7. ait ma-
jorem à minori non benedici. Ratio accedit
quia Divino Jure Epiſcopus Presbytero ſupe-
rior eſt: ergò ſicut Diaconus Presbiterum ne-
quit ordinare ex delegatione Papæ, multomi-
nus Presbyter Epiſcopum. Quo factum, ut olim
Chorepiſcopi in duplici eſſent claſſe; Quidam
poterant ordinare, quidam non. Quæ diſtin-
ctio vix locum habuiſſet, ſi ſimplex Presbyter
capax eſſet hujus Ordinationis.

(*i*) *Cum aliis duobus.*

An re vera unus ſit Conſecrator diſputatur
apud noſtros? Quidam dicunt, omnes tres Epi-
ſcopos ad Conſecrationem concurrere. Quidam 11
unum eſſe Conſecratorem, ut videri poteſt apud
Dianam *in tractatu de Conſecratione*. Reſpi...
Hallerius de ſacr. Elect. art. 1. §. 4. probat
quod olim Metropolitani aut à Metropolitanis
vicinis ordinabantur, aut à Primate, ſeu Pa- 12
triarcha. Obſervatur etiam, quod *Canon.* 1.
Apoſtolorum ait: *Epiſcopus à duobus vel tribus
ordinatur*; quare non ſunt omnino tres neceſ-
ſarii. Accedit quod in Pontificali Romano,
unus ſemper vocatur Conſecrator, & in *can.
Epiſcopus* 23. *diſt.* ibi *uno ſuper eo fundendo be-
nedictionem*. Quod ſi tres omnes aſſint de ne-
ceſſitate Sacramenti, non potuiſſet aliquando
Pontifex diſpenſare, ut unus Epiſcopus ſuffi-
ceret, quod permiſſum eſt nam Gregorius XIII 13
conceſſit Patriarchæ Æthiopiæ, ut per unum ta-
lis perficeretur Conſecratio *Diana ibid.* Neque
obſtat fuiſſe Jacobum minore Conſecratum à tri-
bus Petro videlicet, & Jacobo minore, & Joan-
ne: & quod ſæpius ſacri Canones declarent
omiſſis tribus Conſecrationem irritam ut *Conci-
lium Regienſe can.* 1. *Itaque ordinationem, quam
Canones irritam definiunt, nos quoque evacuan-
dam eſſe cenſuimus, in qua prætermiſſa trium
præſentia &c.* Nam reſpondetur nullam eſſe or-
dinationem quoad effectum quoad exercitium;
Quin etiam ex facto Pii V. jam ſublata vide-
tur hæc diſputatio, qui loco priorum duorum
Epiſcoporum ſubrogavit duos Abbates, *Bar- 14
boſ. ſuper Trid. ſeſſ.* 23. *cap.* 2. *de reform.*

(*k*) *Subſtantia Conſecrationis.*

Certum eſt Conſecrationem Epiſcopalem eſ-
ſe Sacramentum, ut patet ex *Trid. ſeſſ.* 23.
can. 3. & 4. licet olim contrarium docuerit 15
Azor. *tom.* 2. *l.* 3. *cap* 27. *q.* 3. Sed ſi eſt Sa-
cramentum, ſuam materiam, formamque utpo-
te ſubſtantialia Sacramenti, habere debet, Sed
quænam hæc ſit, mox explicabimus.

(*l*) *In hoc variæ ſunt opiniones.*

Quænam ſit Conſecrationis ſubſtantia, fluctuans
ſatis eſt opinionum varietas. Ecce: Diana pu-
tat eſſe manuum extenſionem ſupra caput, un- 16
ctionem in capite, & in manibus, Baculum
Paſtoralem, Annulum traditionem Libri Evan-
geliorum, & denique Mitram: quibus traden-
dis verba adhibita contendit eſſe formas par-
tiales idemque contendit *Durandus lib. 2. rat.
cap.* 2. Iſambertus tres eſſe putat partiales ma-
terias, manuum impoſitionem, unctionem ca- 17
pitis, traditionem Baculi; conſonat Abelly
in Medulla tom. 2. *cap.* 7 *ſect.* 2. *de Sacram.
Ord. Hallerius de ſacris Elect. par.* 2. *ſect.* 7.
cap. 2. §. 12 putat impoſitionem manuum,
& Librum Evangeliorum eſſe materiam hujus
Sacramenti. Et formas partiales eſſe verba.
His tamen omiſſis verior ſententia eſt *Bel-*

lanus.

18 *larm. de Sacramento Ordinis*, *&* *Laym. eod. tit. cap.* 5. qua ſtatuitur, huius Sacramenti materiam eſſe manuum impoſitionem; formam verò eſſe verba *Accipe Spiritum Sanctum*; Quod patet ex D. Paulo *ad Timot. admoneo te, ut reſuſcites gratiam, quæ in te eſt per manuum impoſitionem*; patet ex Concilio Antiocheno *can.* 17. (his verbis) *ſi quis Epiſcopus per manuum impoſitionem Epiſcopatum acceperit*: Quod forma ſit *Accipe Spiritum Sanctum*, declaravit *Trid. ſeſſ.* 23. *can.* 4. Atque hic locus eſt expendendi Græcorum Epiſcoporum ordinationem.

19 Dum Epiſcopus in illa Eccleſia ordinatur, imponitur manus cum Pallio ſupra caput Conſecrandi ſub hac forma: *Divina gratia, quæ ſemper infirma ſanat, & imperfecta perficit, promovet N. Deo amabiliſſimum Presbyterum in Epiſcopum à Deo cuſtodita Civitatis N. Oremus igitur pro eo, ut veniat ſuper eum Gratia Sanctiſſimi Spiritus*. Deinde Pontifex aperit librum Evangeliorum, & imponit capiti, ac vertici illius, quia ordinatur ſimul una tenentibus aliis Pontificibus, & facta trina Cruce in capite illius, impoſitaque manu precatur dicens: *Domine Deus noſter &c.* Juxtà hanc ordinationē, unius manus extenſio, ſufficitnec requiritur, ut manus caput tangat, cum interponatur Pallium: nec adhibetur impoſitio Evangeliorum ſupra

20 caput, cùm jam per relatam formam ſit conſecratus. Quod verò quidam dicere poſſent, hanc qualumcumque diverſitatem Ordinationis pugnare cum ratione Sacramenti: egregie reſpondet Diana *reſ.* 78. *de conſ. Epiſcopi* diſtinguendo inter formas, ac materias ſpecificas, ac genericas, ut nos *ad Tit. de Sacramento Ordinis*.

(m) *Solemnitates multæ.*

In Pontificali tales præſcribuntur Ritus. Duo

21 Sacella parantur, unum Maius, alterum Minus; Illud, in quo fit Conſecratio, & in quo Abacus erit ornatus mappa, vaſis ad abluendum, urceolus cùm aqua Benedicta, Panis medulla, Calix cùm Hoſtia, Chriſma, & Veſtes Pontificiæ: debet tria Scabella indumentis ornata habere, unum pro Electo, reliqua pro duobus Epiſcopis aſſiſtentibus. In minori Sacello Conſecrandus induitur: Poſtea Miſſa canitur, in cujus aliqua parte Lytaniæ recitantur flexis genibus, ita orando: *ut hunc Electum Benedicere, & Sanctificare, & Conſecrare digneris*. Deinde poſt cantum alium: *per omnia ſecula &c. & Surſum corda &c.* faſcia capiti Electi innectitur & Conſecrator intonat: *Veni Creator Spiritus*. Tunc verò Electo caput inungitur Chriſmate, additis his verbis: *ungatur & Conſecretur caput tuum cæleſti Benedictione in Ordine Pontificali*; Et manus deinde junctæ, cinctæque mappula, unguntur à Pollice, uſque ad Indicem, totæque etiam, additis, his verbis: *Ungantur manus iſtæ de oleo ſanctificato & Chriſmate ſanctificationis, ſicut unxit Samuel David Regem, & Prophetas, ita ungantur & conſecrentur in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Poſt hæc ſequitur traditio Baculi Paſtoralis benedicti, verbis prolatis: *Accipe Baculum Paſtoralis Officii, ut ſis in corrigendis vitiis piè ſæviens, judicium ſine ira tenens, in fovendis virtutibus auditorum animos demulcens, in tranquillitate ſeveritatis Cenſuram non deſerens*. Ulterius procreditur Conſecrator, & tradit Annulum, dextraque imponens dicit: *Accipe Annulum; fidei ſcilicet ſignaculum, quatenus Sponſam Dei Sanctam, vid. Eccleſiam, intemerata fide ornatus illibate cuſtodias*. Neque hic finis ſolemnitatum; Nam Conſecrator accipit Librum Evangeliorum de ſcapulis Conſecrati, & tradit eum clauſum Electo illum tangenti, his verbis: *Accipe Evangelium, & vade, prædica populo tibi commiſſo; potens eſt enim Deus, ut tibi augeat Gratiam ſuam, qui vivit, & regnat &c.* Tum Conſecratus offert Epiſcopo, à quo accepit Conſecrationem, duo Intortitia accenſa, duos panes, duoſque Cados vini plenos, ex inſtitutione Melchiadis Papæ. Poſt hæc Mitra caput conſecrati præcingitur his verbis; *Imponimus Domine capiti hujus Antiſtitis, & Agoniſtæ, tui galeam munitionis, & ſalutis, &c.* Et tandem Conſecratus accipit chirothecas benedictas. Non omittendum, apud 22
Moſcovitas, Epiſcopos deferre Mitras nigras, & rotundas, excepto Norvegardenſi Epiſcopo. Ulterius cùm Baculus Epiſcopi debeat eſſe uncus ut trahantur ad Eccleſiam moroſi errant eſque *Gloſſ. in* § *fin. in cap. unic. de Sacr. uncti* Apud Ruthenos eſt in Crucis forma *Sigiſm. Liberus, Baro, in rebus Moſcovit*; de quibus, & earum ſignificatione plura tradit Petrus Gregorius *in Syntagmate de perſonis l. XV. cap.* 12. *& durandus in rat. Offic.*

(n) *Diſtincta eſt ab aliis Ordinibus, & Sacramentis.*

Hic oportet arduam examinare quæſtionem. An Epiſcopatus ſit Ordo diſtinctus, ab aliis, Quidam quippe putant, Caracterem Sacerdotalem extendi, ita ut ſit unus & idem ordo. Sit itaque noſtra Concluſio.

EPISCOPATUS EST AB OMNI ALIO ORDINE DISTINCTUS. 23

PROBATUR. I. Ex Trid. ſeſſ. 23. *can.* 7. ubi Concilium Tridentinum Anathemate percutit dicentes, in Eccleſia non eſſe Sacerdotio majorem Ordinem; atqui major Ordo præter Sacerdotium, eſt Epiſcopatus ergò.

Probatur. II. Ex can. Diaconos 12. *diſt.* 93. ubi præſcribitur quid conferat Ordo Diaconatus ac Gelaſius inculcat, ut Diaconus nihil eorum ſuo miniſterio applicet, quæ *primis Ordinibus decrevit antiquitas*, & Epiſcopatum & Presbiteratum

Digitized by Google

ratum vocat ordines plurali appellatione. Vides quam congruè inferatur inter Epiſcopatum & Presbiteratum diſtinctio.

PROBATUR. III. Quia Epiſcopi Conſecratio diſtincta eſt & peculiaris Ordinatio, facit Concilium Carthag. 4. *can.* 27. relatum *in can. Epiſcopus* 7. *q.* 1.

PROBATUR. IV. Et certior redditur opinio noſtra, ex *can. illud* 77 *diſt.* ubi Cajus Papa ſcribens Felici Epiſcopo ſalutarem edidit Conſtitutionem, ut ad Ordines Eccleſiaſticos aſcendant, qui merentur, id eſt, ut primum Oſtiarius, deinde Lector, poſtea Exorciſta, inde Acholytus, hinc Subdiaconus, deinde Diaconus, demum Presbyter, & exinde Epiſcopus ordinetur; Nonne expreſſe varietas ordinum recenſetur?

PROBATUR V. Et propoſita veritas oſtenditur
24 ex *can. ſi ſervus* 20. *diſt.* 54. juxta, quem Epiſcopalis Ordo liberat à patria poteſtate, & à conditione ſervili, vel adſcriptitia; ſed hoc idem Sacardorium non præſtat, quid quid dicatur *in can. ex antiquis ead. diſt.* Videatur *Authent. Presbyteror C. de Epiſc. & Cler.*

PROBATUR. VI. Cum adſtipuletur his omnibus Nicænum primum Concil. *in cap.* 4. relat *in can. Epiſc.* 64. *diſt.* ubi ſimiliter Ordinationem Epiſcoporum vocat Conſecrationem; Et hæc Conſecratio diſtinguitur

PROBATUR VII. Hisque adiungitur ratio efficax. Quia Ordo eſt poteſtas, ſeu gradus, ſecundum quem alius eſt alio ſuperior, vel inferior, ad conficiendum Sacramentum Eccleſiæ in Altari. Ita Ordinem deſcribit Diana ſup. citat. Sed talis eſt Epiſcopatus, confert enim poteſtatem Ordinandi Miniſtros Euchariſtiæ; ergò cur, ab Ordinis ratione debet excludi? Ideoque; hanc Sententiam tuetur *Hailler. de ſacr. Elect. ſect.* 1. *de num. Ordinum.*

PROBATUR. VIII. In Eccleſia ait Concil. Trident. eſſe Hyerarchiam Divina Ordinatione inſtitutam, conſtantem ex Epiſcopis, Presbyteris, & Miniſtris *Trid. de Sacr. Ord. can.* 6. *Extrav. unam ſanctam de major. & Obed.* Sed Hierarchia ſimilis Cæleſti Angelorum non poteſt eſſe niſi illa quæ novem Ordines continer ergò non debet Epiſcopatus diſtingui.

PROBATUR. IX. Quia ſi omiſſo Presbyteratu, aliquis in Subdiaconatus ordine conſtitutus in Epiſcopum ordinetur per ſaltum: attamen Epiſcopalem recipere caracterem videtur, ut multi putant, neque prorſus improbabile eſt; *Diana p.* 12 *Tractatu de Conſecr. Epiſcopi reſol.* 56. *Marquinu de Ordin. p.* 6. *cap.* 20. Sed poſita hac ſententia: certe cum deficiat caracter Presbyteri, non poteſt dici caracter Epiſcopalis unus & idem cum caractere Sacerdotii. Ergò noſtra quoque ſententia probabilitate non caret videtur rex. *in cap. dilectus de Temporibus ordinandorum.*

SOLVUNTUR OBJECTIONES.

Objic. 1. Si Epiſcopatus eſſet Ordo, plura, & majora numero eſſent ſacramenta, quam ſeptem: ſed hoc eſt falſum: ergò & id quod defenditur.

Reſp. Hanc difficultatẽ militare etiam in Subdiaconatu, & Diaconatu, hi quoque extant 25
Ordines, plura extant Sacramenta? Quare reſpondetur omnes Ordines convenire ad unum genus Sacramenti conſtituendum, à cæteris aliis diverſum, & ad finem longe diſparem ab aliis Sacramentis, nempè ad conficiendum Corpus Chriſti, ita *Laym. l.* 5. *tract.* 11. *cap.* 4. *in fin.*

Objic. 2. Ut eſſet Epiſcopatus Ordo ſeparatus, deberet eſſe poteſtas ſeparata conſecrandi, & miniſtrandi Euchariſtiam. Sed Epiſcopatus ita ſpectat ad Conſecrationem Eucariſtiæ, ut Presbyteratus: ergò non eſt Ordo ſeparatus à Presbyteratu.

Sed facile reſpondetur Epiſcopatum dirigi ad Sacrificium Miſſæ, nempè ad Sacerdotes ordinandos, quibus poteſtas ſit conficiendi Sanctiſſimam Euchariſtiam; in qua re noſcitur ſeparata poteſtas.

Objic. 3. Textus in *cap. à multis de ætat. & qualit.* ubi Primitiva Eccleſia ſolum Diaconatum, & Presbyteratum Ordines habuiſſe legitur ergò quia nõ eſt Epiſcopatus Ordo diſtinctus

Reſp. Ibi loqui dumtaxat Innocentium de Maioribus Ordinibus, ultra Epiſcopatum, in quibus ante Electionem debuit Epiſcopus exerceri, & præter Diaconatum, & Presbyteratum narrat in Primitiva Eccleſia nullos alios Ordines fuiſſe ſacros.

Objic. 4. Non poteſt quiſquam eſſe Epiſcopus, niſi fuerit antea Presbyter *Trid. ſeſſ.* 22. *de reform. c.* 2. Bulla *Gregorii IV. edita die* 15. *Mais* 1500 ergò quia Caracter Presbyteralis extenditur.

Reſp. Eſſe quidem illicitum ordinari ad Epiſcopatum ſine Caractere Sacerdotali; At validè Epiſcopatus Ordo ſuſcipitur *Marquen. de Ordin. c.* VII. *n.* 10.

Objic. 5. D. Hieron. *Epiſt.* 85. *ad Eva.* ubi idem eſſe affirmat Presbyteratum, & Epiſcopatum *can. quamquam* 2. *q.* 7.

Hæc difficultas tanta eſt, ut ex loco D. Hieronymi Novatores occaſionem arripuerint Epiſcopali Dignitati detrahendi; Et Aerius Hæreſiarca ita Presbyterum cùm Epiſcopo confudit, ut nihil inter eos differre neque Ordine, neque honore, neque Dignitata putarit; quinetiam Presbyterum æquè ac Epiſcopum in Throno ſedere poſſe: & quod magis eſt, manus imponere poſſe aſſerit: Cui reſp. *Spond.* *Anno* 58. *n.* 3. D. Hieronymum ad humilitatem illius ævi verè aurei reſpexiſſe, inquo cum mutuò Epiſcopus Presbyteri officia ſubiret, etiſſiam quoque nomina confundebantur; Reipſatamen diſtinctus Ordo fuit ex inſtitutione Chriſti Domini. Plura dicemus in titulo de ſimplici Presbytero.

(n.) Nec variatur cùm summo Pontifici adhibetur.

26 Hoc late probat Diana ſupracitatus. Etenim
ſi ille, qui Pontifex eligitur, non fuerit Epi-
ſcopus, Conſecrationem recipere debet eodem
fere modo; At aliqua diverſitas eſt in mini-
ſtris, qui plures ſunt.
Illi enim præſto eſſe debent Cardinales Epi-
27 ſcopi, duo Subdiaconi, Acolyti, & Prælati
Domeſtici, ut eſt in Pontificali. Et ulterius
præter Conſecrationem benedicendus eſt, & co-
ronandus. Benedicitur autem in Cappella S.
Gregorii, ubi ad reverentiam Cardinales exci-
28 pit, & inde prodeunti obviam procedit Mini-
ſter Cæremoniarum cum duobus arundinibus,
igneinque ſtuppæ admovet dicens *Pater ſancte,
ſic tranſit Gloria Mundi.* Mox finita Miſſa pro-
cedit ad Coronationem ad S. Petri Cathedram,
ubi ſublata Mitra Triregnum imponitur, eique
29 dicitur, *Accipe Thiaram Coronis ornatam; &
ſcias, te Patrem, & Principem, Rectorem Or-
bis, in Terra Vicarium Salvatoris noſtri, cui
eſt honor in ſaecula ſaeculorum.* Inde procedit ad
Lateranum vectus equo, quem ubi aſcendat,
ſi Princeps reperitur tenere debet *Stapham*, ut
fecit Conſtantinus. Cùm pervenerit ad mon-
tem Jordanem Judæi illi obviam veniunt genu- 30
flexi Bibliam offerentes; Quibus Pontifex *San-
ctam Legem laudo, veſtram obſervantiam, &
vanam interpretationem damno.* Cùm venerit
ad Lateranum deſcendens in porticu Eccleſiæ
mox ducitur ad marmoream Sedem, quæ dici-
tur Stercoraria ibique magis jacet, quam ſedeat;
tùm elevatur his vocibus: *Suſcitat de pulvere, 31
egenum, & de ſtercore erigit Pauperem.* Tandem
in Cappella S. Sylveſtri illi genuflexo ferula
traditur in ſignum correctionis, & Claves.

(o) Inventarium conficiendum.

Fit Inventarium tempore Conſecrationis; Et
ſi illud non fecerit Epiſcopus, propria bona
Eccleſiæ fiunt poſt ejus mortem, *Zonaras, &
Balſamon in can. 22. Calcedonenſis Conc.* Ana- 32
ſtaſius *Biblioth. in Nicolaum I.* duos Raven-
nathenſes Archiepiſcopos arguit, quod cautio-
nes, & indiculos falſaſſent, qui Conſecrationis
initio fieri ſoliti erant, in ſcrinio, Gregor. Tu-
ronenſis *l. 6. Hiſt.* cujuſdam Epiſcopi meminit,
qui deſcripſit argentum Eccleſiæ.

DE PALLIO.

TITULUS XV.

PALLIUM eſt amictus, qui humeris obvertitur in modum [*a*] Cinguli, [*b*] Crucibus intertextis, affixuſque tribus (*c*) acubus quem Græci dicunt ὠμοφόριον, nos Pallium.

Pallio (*d*) utebatur à principio ſolus Pontifex univerſalis Paſtor, & ideo geſtamen hoc humeris deſtinatum conficitur ex Ovis lana, (*e*) ut illa Ovis repræſentetur, quam Salvator ſuis humeris ad Ovile reduxit. Hinc in Eccleſiæ Cunabulis ſolus Pontifex Pallio utebatur, ſed [*f*] paulatim ex privilegio concedi Exarchis, Patriarchis deinde, & demum Metropolitanis cæpit.

His (*g*) omnibus Pallium neceſſarium eſt, ut licitè exercere queant quae ſunt Ordinis; nam licet Conſecratio poteſtatem in habitu conferat, non tamen in actu donec Pallium recipiatur; atque adeo [*h*] cum non tranſeat in ſucceſſorem, Electus illud à Pontifice (*i*) petere debet per ſcripturam; Preſtaturque antea Juramentum Fidelitatis.

Uſus vero (*k*) liber eſt Pontifici ſemper, & ubique; Archiepiſcopi illud gerere debent ſolum intra Eccleſiam in Miſſarum ſolemniis, & quibuſdam feſtivitatibus, de quibus *in Gloſſ. ad cap. 4. hoc. tit.*

SUM-

SUMMARIUM.

De Uſu Pallii Græcorum, et Romanorum. 1.
Criſtiani. Pallium ſumebant tamquam veræ ſapientiæ ſectatores. 2.
Per Ludibrium recenter ad fidem converſi notabantur dicterio: a Toga ad Pallium. 3.
De quo Pallio hic ſermo ſit. 4.
De Crucibus Pallii. 5.
De Acubus Pallii. 6.
Explicatur cur Pontifex ſolus uteretur olim Pallio. 7.
De ſtructura Pallii. 8.
De Priſco Pallio quorumdam Sententia. 9.
Et reiicitur. 10.
Ex qua materia nunc Pallium conficiatur. 11.
Ponitur ſupra D. Petri Sepulcrum. 12.
Olim Palliis appendebatur Paſtor ære aut argento ſculptus erraticam ovem ſuis humeris geſtans. 13.
Quando aliis Prælatis ultra Pontificem in uſu Pallium eſſe cœperit. 14.
Ex Privilegio Pallium quibuſdam concedi cœpit. 15.
Cur Patriarcha Græcorum inrequiſito Pontifice aliquando uterentur Pallio. 16.
Epiſcopus Bambergenſis Pallio utitur ex Privilegio. 17.
Refertur abuſus Alexandriæ circa Pallii acquiſitionem. 18.
Pallium in perſonam non tranſit. 19.
Exornatur hoc decretum hiſtoriis. 20.
Qua forma Pallium petatur. 21.
Olim petens Pallium ſe Romam transferebat. 22.
Exempla hiſtorica. 23.
Olim per Abuſum ab Imperatoribus recipiebatur. 24.
Ante Pallii receptionem juranda fidelitas eſt. 25.
Forma his Temporibus ad Jurandum præſcripta. 26.
Miſſarum ſolemnia ante Traditionem peraguntur. 27.
Patriarca ſedens in Pontificalibus illud tradit. 28.
Verba quæ his Temporibus proferuntur in traditione Pallii. 29.
Quibus verbis Tempore Alexandri tertii quibuſdam Epiſcopis Pallium fuerit datum. 30.
Ad quem Uſum tradatur. 31.
Quibus nam diebus utendum ſit Pallio. 32.
Hiſtoria cujuſdam Archiepiſcopi qui impetravit omni Tempore poſſe uti Pallio. 33.

EXPLICATIONES.

[a] *In modum Cinguli.*

VAriæ Pallii appellationes, Pallium veſtis erat propria Græcorum, ſicut Toga Romanorum; unde *Suet. in Auguſto* teſtatur, hunc Cæſarem Pallia, & Togas diſtribuiſſe pro munere; Imo mandavit, ut Græci Romano, Romani græco habitu uterentur. Quinetiam de Julio narrant, quod convivaretur per Provincias duobus in Tricliniis in uno quo ſagati, id eſt milites ſagum deferentes; Palliative, id eſt Græci, ac peregrini, in altero, quo togati diſcumberent. unde Romani a Græcis
1 uſum Pallii acceperunt temporibus Auguſti.

Philoſophorum quoque veſtis erat, ut tradit *Bayffus de re veſtiar.* Tandem Criſtiani ſtatim primis initiis tamquam veræ Sapientiæ ſectatores, Pallium ſumpſerunt. Et ideo cum Ter-
2 tullianus initio ſuſceptæ veræ Fidei Anno circiter 5. Imperii L. Septimii, Severi Antonini ejus filii, & Clodii Albini trium Auguſtorum, Pallio, rejecta Toga veſtiretur, a quodam inconſtantiæ notatus, ut ſolebant Gentiles, dicentes in ludibrium *a Toga ad Pallium*; orationem habuit in publico, Cartalline in qua
3 primo a vetuſtate Pallium commendat, deinde mutationem laudat: tertio laudat ſimplicitatem Pallii, quod ejus molitio ſolutim operiat, unoque circumiectu nil circumſtringens, de quibus extat ejuſdem Liber *De Pallio.*

Nos vero hoc loco de tali Pallio non lo- 4
quimur, cum hoc, de quo ſermo habetur, in modum cinguli humeris obvertatur.

(b) *Crucibus intertextis.*

Has Cruces purpureas eſſe oportere affirmat Durand. in rationali *L. 3. de Pallio.* Eaſdem nigras eſſe debere affirmat Caſſaneus *in Cathalogo Gloriæ mundi 4. p. conſid. 26.* cui conſentit 5
Archiep. Flor. in ſumm. 3. p. t. 2. c. 4. §. 2. Quæ quatuor Cruces ſignificant virtutes Cardinales, ſeu Politicas, Juſtitiam S. Fortitudinem, Temperantiam; atque Prudentiam. Is igitur qui Pallii gloria decoratur ſi cupit eſſe, qualis dicitur, in anteriori parte debet habere Juſtitiam, ut reddatur uniquique quod ſuum eſt: Prudentiam in poſteriori, ut caveat, quod cuique nocuum eſt: Fortitudinē a ſiniſtris, ut eū adverſa non deprimant: Tēpetantiā a dextris, ut eum proſpera non extollant.

(c) *Tribus Acubus.*

Infiguntur hæ in Pallio Sic ante pectus, &
ſuper ſiniſtrum humerum, & poſt tergum non 6
ad pungendum, id eſt ut loquitur Durand. *non propter hujus vitæ punctionem, ſed ad Planetam,*

Pal-

Palliumque jungendum. Unde quædam Infulæ
antiquitus in Planetis poſitæ erant, quibus acus
inferebantur, & Pallium ſimul cum Planeta
firmabatur; Poſſumus tamen per tres acus *Fidem*,
Spem, & Charitatem intelligere; ſine quibus
Pallium ab Epiſcopo rite detineri nequit. Su-
per dextrum humerum non infigitur acus, quo-
niam in eterna quirte nullus eſt afflictionis
aculeus. Acus vero aurea eſſe debet; ſed infe-
rius eſt acuta, & ſuperius rotunda lapidem
continens pretioſum, quia nimirum Bonus Pa-
ſtor propter unam Ovium in terris affligitur
ſed in Cælis coronatur eleganter Durandus *l*. 3.
c. 17.

[d] *Pallio utebatur ſolus Pontifex*.

Sed quomodo nam poteſt affirmari, Pallio
uti ſolum Pontificem conſueviſſe ſi Diaconi, &
Monachi olim Pallio utebantur? De Diaconis
fideliter narrat VValfrid. Strabo *de vaſis, &
veſtibus c*. 24. *Sylveſter ordinavit, ut Diaconi
Dalmaticis in Eccleſia uterentur, & Pallio li-
noſtrio eorum læva tegeretur*. De Monachis oc-
currit auctoritas *in c. ſi quis virorum* 30. *diſt*.
in verbo *Pallio utatur*. Nihilominus in ſenten-
tia permanendum. Solus Pontifex Pallio olim
utebatur Neque re ipſa Pallium, de quo men-
tio fit in adductis locis, illud eſt, de cujus
auctoritate, & uſu quærimus: ſed Diaconis erat
Stola Monachis erat *proprius habitus*, ita acci-
pit illum tex Baron *Tom*. 2. *Anno* 261. Nec ra-
tio deficit, cur hoc indumento ſolus decorari
Pontifex ſoleret, nam Pallio exprimitur il-
lud ornamentum duodecim gemmis præfulgens,
inter quas intermicabat myſticum illud *urim*,
& thummim quod rationale dicebatur quod
Deus *Exod*. 28. geſtari præſcripſit, ſolum a
7 priſcæ legis Pontifice Summo *Cabaſſ. in Ep.
adnot. Eccl*. & hac de re *Polidorus Vergilius l*.
4. *cap*. 12.

(e) *Conficitur ex Ovins lana*.

Eruditus Goar. de ſtructura, & forma Pal-
8 lii non parum ſollicitus fuit, & tamen multa
apud Hiſtoricos obſervanda omiſit. Priſcum Pal-
lium ex quorundam opinione indumentum
9 erat non laneum, ſed præclariſſimum, & ful-
gens, quod ad terram demittebatur; & hoc de-
duci videtur ex *Zonara* qui *in vita Conſtanti-
ni Copronimi* ait: *Anaſtaſium, inſiſtentem veſti-
giis Germani Patriarchæ, quoque per ejus calcaſſe,
ut eum admoneret, ne feſtinaret*. Et probari vi-
detur etiam ex *Pelagio* qui docet illud fuiſſe
veſtem Auguſtam, ita n. ſcribit *ad Sepaudum
Arelatenſem Epiſcopum; Pallium dirigentes, ut
in tanti loci faſtigio conſtitutus præclaro quoque
habitu decoreris* [*l*. 1. *pag*. 112.] Quod etiam
ſuaderi videtur ex hyſtoria *Liberat in c*. 13. *Brevi*
nam Felix Papa Sententiam damnationis latam
adverſus Acacium Patriarcham Conſtantinopo-
litanum, quam is recipere noluerat, juſſit Pal-
lio Acacii alligari, dum ipſe ad celebranda
ſacra procedebat, & ita factum eſt per quem-
dam Monachum Archimetenſem. Quinetiam
Joannes Diaconus, ex vita S. Gregorii affir-
mat, B. Gregorium in veteribus picturis videri
indutum Pallio, ex biſſo candente contexto,
& nullis acubus perforato; & ipſum circà Sca-
pulas fuiſſe devolutum, non autem confixum.

Videri adhuc poſſet Pallium fuiſſe genus Im-
peratorii indumenti, cujus uſum Imperatores
permiſerint Pontifici ex decreto *c. Conſtantinus*
96. *diſt. phrygium* ſignificari ibi pro Pallio *pu-
tat Baron*. Sed perperam, quin potius denotat 10
Mitram ſuperiore ſui parte clauſam, in parte
vero inſima circulum habentem aureum in mo-
dum Coronæ. Mitram illam Bonifacius *VIII*.
altero circulo aureo auxit, & Urbanus *V*. ter-
tio, ut patet ex verbis tex. *phrygium candido
nitore ſplendidum, ejus Sacratiſſimo vertici no-
ſtris manibus impoſuimus*. Et Innoc. *III. in
Sermone de S. Silveſtro* dixit, Papam, loco re-
gii Diadematis uti Phrygio. Putant alii in hoc
textu ſuperhumerale ſive *lorum* accipi pro Pal-
lio, ut *Balſam. medit*. 1. Tædet in his opinio-
nibus immorari prolixius: Refelluntur quippe
tales ſententiæ, ex loco *Max. Bon. de Veſt. Sa-
cerdot*. ibi *In lege gratiâ antiquum eſt illud no-
ſtrum Ephot. (ideſt Pallium) quod noſtri Pa-
triarchæ arbitrantur, a Lino, poſt Petrum II.
R. Pontifice inſtitutum*; Idemque confirmat Eu-
ſebius Cæſarienſis in *Sermone de Epiph* Quare,
& Apoſtolicum vocatur Pallium, quo etiam
Archiepiſcopi utuntur *can. porro de Conſ diſt*. 1.
& quod attinet ad ſtructuram debet eſſe ex
candida lana. Innoc. III. *l*. 1. *de Myſt. cap*.
63.

Re verà, Pallium texitur ex velleribus agno- 11
rum qui, in feſto S. Agnetis a religioſis ejuſ-
dem in Altari offeruntur, quos Canonici S.
Joannis Lateranenſis nutriendos recipiunt, ad
tonſionem uſque in Zonæ modum, è cujus cir-
culo impendet pectori faſcia, & alia ex ad-
verſo, inter humeros demittitur, utraque ha-
bens Crucem rubeam præter eas, quæ in cir-
culo humeris obvertuntur; Atque ita elabora-
tum, & mox benedictum ſupra urnam, tumu- 12
lumque D. Petri ponitur in pervigilio alicu-
jus ſolemnitatis noctèque expleta transfertur
in locum, ubi ſacra cuſtodiuntur *c. ſignificaſti
de elect*.

(e) *Ut Illa Ovis repræſentetur*.

Atque hæc diſignatio, ut officii ſui Præla-
tos continuò admoneret, uſurpatum more ve-
teri legimus, ut appenderetur palliis Paſtoris 13
argentea figura ſuis humeris impoſitam ovem ge-
ſtantis, ut Baron. narrat Anno 216. n. 55. &
Romana Eccleſia in Calicibus ſuis Dominum
Salvato em pingebat in ſpecie boni Paſtoris ere-
santem Ovem in humeris ad gregem paſcuis re-

Digitized by Google

Ruentem *Tertull. in lib. de pudic. c. 7.*

(*f*) *Paulatim ex privilegio.*

Quis vero Pontifex cœperit Pallium impertitis Prælatis quoque inferioribus, eſt varietas opinionum: Polyd. Virg. *l. 4. de invent. rer. c. 12.* tribuit Clem. 1. Rupert. *in l. 5. divin.*
14 *offic. c. 27.* affirmat uſum Pallii conceſſum a D. Petro Epiſcopo Trevirenſi; In Gallia verò narrant ante Zachariæ tempora Pallio uſum fuiſſe neminem. Res ita ſe habet: Primis Eccleſiæ ſæculis non fuiſſe Pallium, ex generali quopiam Decreto omnibus conceſſum: ſed ex privilegio ſolum, & ita ad concordiam diſſenſio
15 opinionum redigitur quia D. Petrus, D. Clemens, D. Marcus uſum Pallii ex indulto, & privilegio aliis communicarunt.

(*g*) *His omnibus.*

Nihilominus Anno Chriſti 934. *ind.* 7. operà Alberici, Romæ tyrannidem exercentis, grave Eccleſiæ Romanæ inflictum eſt vulnus, cum
16 Pontifex Joann. XI. per vim coactus eſt Theophilacto Patriarchæ Conſtantinopolitano concedere, ut Palliis uterentur Patriarchæ irrequiſito Pontifice. Ex quo turpi commercio mos inolevit, ut non ſolum Patriarchæ, ſed etiam Epiſcopi totius Græciæ Palliis uterentur Spond. Anno 934. Non deſunt tamen alii, quibus eſt jus legitimè utendi Pallio ex privilegio, veluti Epiſcopo Bambergenſi in Germania Exym.
17 in quæſt. Can. 9. 155. Exarchis quoque Pallium conceſſum eſt, ut Arelatenſi Epiſcopo *c. in Galliarum* 25. *q.* 2.

[*b*] *Cum Pallium a defuncto in ſucceſſorem non tranſeat.*

Conſuetudo erat olim Alexandriæ, ut ille
18 Epiſcopus qui defuncto ſuccedebat, excubias ageret, ſupra defuncti corpus, manumque dexteram mortui, ſuo capiti imponeret, & acciperet è collo mortui B. Marci Pallium, ut narrat *Liberat. Cartag. in Breviar. c. 20.* con-
19 firmat Lupus *in c. 27. Octava Synodi*; Sed ſtatutum eſt a Cæleſtino III. ut Pallium in perſonam non tranſeat *c. ad hæc 11. de autb. Pall.* Semper hoc convenire viſum eſt defunctos veſtibus propriæ dignitati congruentibus ſepeliendos, unde Lucan. *de rogo Pomp.* [illegible]:

Collegit veſtes, miſerique inſignia Magni,
Armaque, & impreſſas auro, quas fecerat olim,
Exuvias, pictaſque Togas, velamina ſummo
Ter conſpecta Jovi, funeſtoque intulit igni.

20 Eodemque alludit lex Solonis, quæ in Plutarco legitur. *Neſcivit immolari Taurum, aut plus tribus Palliis in funus imponere.* & Virg. *lib. 11. Aeneid.*

Hinc alii ſpolia occiſis direpta Latinis
Conjiciunt igni galeas, enſeſque decoros,
Frenaque, ferventeſque rotas.

Et Tacitus lib. 3. *Annal. de funere Germanici* ita ſcribit: *Atque ubi Colonias tranſgrederentur atrata Plebs, trabeati equites pro opibus loci veſtem, odores, aliaque funerum ſolemnia cremabant.*

(*i*) *A Pontifice petendum.*

Talis vero poſtulatio non indiget præſentia *c. optatum 100. diſt.* ſed legitimè per ſcripturam peti poteſt, ut probat Gibal. *in Synopſ.* 21
Cenſur. pag. mihi 455. & ſatis eſt, ut a die ſequutæ Conſecrationis intra tres menſes dirigantur preces de profeſſione fidei facienda, & accipiendo Pallio; Alioquin poſt trinam monitionem commiſſæ Dignitatis Jus expirat; Hæc enim privatio eſt latæ ſententiæ, ut deducitur ex *c. quoniam* 100. *diſt.* id enim ſonat verbum *careat*, ex Tiraq. *in l. ſi unquam verſ. revertatur n. 261. & 266. C. de revoc. don.*

Olim tamen præſentia opus erat, & de Ar- 22
chiepiſcopis Anglicanis, quod ſe conferrent ad Limina Apoſtolorum, teſtatur Baron. *Anno* 23
1070. *n.* 4. ubi narrat, Lanfrancum Archiepiſcopum Cantuarienſem ab Alexandro II. per Legatos Pallium obtinere non potuiſſe; & idem Anſelmo Archiepiſcopo ejuſdem Eccleſiæ contigiſſe refert idem Baron. *ſub urb. II. Anno* 1095. *n.* 1.

Non eſt omittendum Pallium fuiſſe quondam ab Imperatoribus non Jure ullo, ſed de facto acceptum, ut eſt in Breviar. *Liberat. c.* 20. 24
narrantis quod Anthymus Pſeudopatriarcha Conſtantinop. per Agapetum damnatus, videns, ſe de ſede pulſum Pallium Imperatori reddidit, Lupus *in c. 27. Oct. Syn.*

Antequam vero Pallium obtineatur juramentum fidelitatis præſtandum Sedi Apoſtolicæ, de quo juramento eſt text. *in c. ſignificaſti de Elect.* 25
in c. quamquam 23. diſt. in c. 8. diſt. 65. in c. 1. & per tot. 100. diſt. in c. de forma 25. q. 5. Trident. *ſeſſ. 24. cap.* 12. Ejus forma his temporibus uſitata habetur in Pontificali. 26

Ego N. electus Eccleſiæ N. ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero B. Petro Apoſtolo, Sanctæque Romanæ Eccleſiæ, & D. N. D. N. Papæ ſuiſque ſucceſſoribus canonicè intrantibus; Non ero in conſilio, aut conſenſu, vel facto ut vitam perdant, aut membrum, ſeu capiantur mala captione, aut in eos violenter quomodolibet ingerantur; vel injuria aliqua inferantur quovis quæſito colore. Conſilium vero, quod mihi credituri ſunt per ſe, aut Nuncios ſuos, ſeu literas ad eorum damnum me ſciente nemini pandam: Papatum Romanum, & regalia S. Petri adjutor eis ero ad retinendum, & defendendum, ſalvo meo Ordine, contra omnem hominem; Legatum Apoſtolicæ Sedis in eundo honorifice tractabo, & in ſuis neceſſitatibus adju-

vabo. Jura, honores privilegia, & auctoritatem
S. R. Ecc. D. N. Papae, & ſucceſſorum prædi-
ctorum conſervare, defendere, augere, promo-
vere curabo; Neque ero in conſilio, vel facto,
ſeu conventu, in quibus contra ipſum D. N. vel
eamdem Romanam Eccleſiam aliqua ſiniſtra &c.
Cum vero tradendum eſt Pallium: Patriar-
cha, vel alter, cui committitur id munus
27 ſtatuta die cum Electo convenit in Eccleſia ſua,
ſi commode fieri poteſt, vel alia ſuæ Diæceſis,
vel provinciæ commoda, in qua miſſarum
ſolemnia peragantur; Et facta Communione
per celebrantem, Pallium reponitur extenſum
in medio Altaris Serico conclectum: Deinde
Miſſarum Solemniis abſolutis, Patriarca indu-
tus amictu, ſtola, pluviali, & mitra, ſedens
ante Altare ſuper faldiſtorio juramentum illud
28 accipit ab Electo ornato omni ſupellectile per-
inde, ac ſi celebraturus eſſet, mitra tamen,
& chirotecis demptis. Tum vero ſurgit cum
mitra Patriarcha, imponit Pallium ſuper hu-
meros Electi dicens: *Ad honorem Omnipoten-*
29 *tis Dei, & B. Mariæ ſemper Virginis, ac BB.*
Apoſtolorum Petri, & Pauli: D. Noſtr. N. Pa-
pæ N. & S. R. E. nec non Eccleſiæ N. tibi com-
miſſæ tradimus tibi pallium de corpore B. Petri
ſumptum, in quo eſt plenitudo Pontificalis officii,
[cum Patriarcalis, vel Archiepiſcopalis nomi-
nis appellatione] *ut utaris eo intra Eccleſiam*
tuam certis diebus, qui exprimentur in privi-
legiis ab Apoſtolica Sede conceſſis in nomine Pa-
tris &c. Amen; Eoque accepto Patriarcha, vel
Archiepiſcopus ſic Electus, & Conſecratus,
benedicit Populo, ut eſt in Pontificali his tem-
poribus uſitato Clementis VIII. & Urbani
VIII. ex impreſſione Pariſienſi *Anno* 1683. *pag.* 3.
Tempore tamen Alexandri *III.* Epiſcopis illis,
qui quod ſecuti fuerant Fridericum Imperato-
rem, & Schiſmaticos Octavianum, Guidonem,
& Joannem, veniam ſupplices poſtularunt: hiſ-
que verbis tradita Pallia fuerunt.
In nomine Patris, & Filii, & Spiritus San-
30 *cti, & in honorem Dei Genitricis, & in hono-*
rem Apoſtolorum Petri, & Pauli, & S. R. E.
& D. Alex. Papa tradimus tibi Pallium ſum-
ptum de Beatiſſimo Corpore Petri Apoſtoli, ut eo 31
utaris in confectione Sacramentorum, & Corpo-
ris, & Sanguinis Domini, & Conſecrationem
Eccleſiarum, & Chriſmatis, & Ordinatione Cle-
ricorum, & celebratione Synodorum ſecundum
Eccleſiæ tuæ conſuetudinem Baron. Anno 1179. *n.* 4.

[*k*] *Uſus vero liber eſt.*

Priſca formula nuper recenſita uſum Pallii
declarat. Addendum (quod eſt in Pontificali)
ante habitum Pallium Electum non poſſe defer-
re Crucem ante ſe; Neque Pallii uſum per-
miſſum, niſi hiſce diebus: in nativitate Domini in
ſolemniis, S. Stephani, & S. Joannis Apoſtoli, 32
Circumciſionis, Epiphaniæ, Dominicæ in Pal-
mis, Feriæ 5. in Cæna Domini, Sabbathi San-
cti, Dominicæ Reſurrectionis cum duobus die-
bus, qui conſequuntur Dominicam in Albis, Aſ-
cenſionis Domini, Dominicae Pentecoſtes, Cor-
poris Chriſti, feſtivitatum S. M. Virginis,
Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ, SS. Omnium,
omnium Apoſtolorum, Dedicationis Eccleſia-
rum, feſtivitatum propriæ Eccleſiæ, Ordina-
tionis Clericorum, Conſecrationis Epiſcopo-
rum, & Virginum; Et iſti dies in Pontificali
adſcribuntur. Sed Baron. *Ann.* 933, *n.* 2. nar- 33
rat, Brunonem Archiepiſcopum Colonienſem,
fratrem Octonis XI. Germaniæ Regis ab Aga-
peto *II.* impetraſſe, ut non ſolum Pallio ute-
retur diebus hiſce, ſed quoties vellet; teſte
quoque Rotgero Monacho *in rebus præclare ge-*
ſtis ejuſdem Brunonis apud Surium 11. *Octob.*
Pro Coronide, Nova, ut arbitror, obſer-
vatio non omittenda, cur Pallium dicatur è
Corpore D. Petri deſumi?
Nimirum quia idem, & ſimile ſit illi, quo
Rom. Pontifex utitur per quem ſignificatur 34
communicatio ejuſdem Poteſtatis, & unitatis,
cujus eſt Caput, & Primas Rom. Pontifex
can. legitur 24. *q.* 1. cap. ſignificaſti de Elect.

DE TRAN-

DE TRANSLATIONE, ET RENUNCIATIONE.

TITULUS XVI.

MATRIMONIUM [*a*] ſpirituale contrahitur inter Epiſcopum, & Eccleſiam propriam, initiatum per Electionem, ratum per Confirmationem, abſolutum per Conſecrationem Palliique reſpective receptionem. Sed diſſolvitur (*b*) interdum, Translatione, & Renunciatione. Tranſlatio eſt de Sede in Sedem facta commutatio. Sed ut valida ſit, & permiſſio Sedis Apoſtolicæ (*c*) requiritur, & cauſa (*d*) Qui ſine permiſſu Pontificis, etiam poſt ſolā Electionē, aliò ſe tranſtulerit; carebit, in pænam, utraque (*e*) Eccleſia: & illa, quam per ſuperbiam deſpexit: & alterà, quam per ambitum concupivit. Quod etiam ad Beneficiatum quemlibet extenditur. Olim per Synodum Translatio admittebatur: [*f*] Nunc per ſolum Pontificem; (*g*) Neque hoc ſufficit, niſi præſto fuerint ulteriùs juſtæ cauſæ, quales erunt utilitas, aut neceſſitas. Eſt utilitas, [*h*] quotieſcumque ſperantur in alia Plebe fructus uberiores; Sic Petrus, ex Antiochena Sede ſe Romam tranſtulit: & alia occurrunt exempla *in can. Mutationes VII. q.* 1. Eſt neceſſitas (*i*) hoſtium metus *can. temporis VII. q.* 1. Aeris intemperies, & ejuſdem generis alia.

Renunciatio eſt propriæ Dignitatis abdicatio. An hęc admittenda eſſet, [*k*] olim magna contentione certatum; Sed obtinuit, eſſe licitum conſenſu Pontificis. [*m*] Non tamen Epiſcopus poterit de renunciando deliberare, niſi ob aliquam ex cauſis (*l*) ſex relatis in *cap. niſi de renunciat.*

Pontifex quoque (*n*) renunciare valet ex Decreto Bonifacii in *cap.* 1. *de renunc. in 6.*

SUMMARIUM.

Qui nam opinati ſint Tranſlationem Epiſcoporum Jure divino eſſe prohibitam. 1.
Nova interpetratio Textus in cap. inter corporalia de Translatione Rejectis aliis. 2.
Olim rigidiſſime Tranſlatio denegata. 3.
Tempore Evariſti quorumdam falsa opinio ad Tranſlationem Sedis Apoſtolica aſſenſum non exigi. 4.
Plerique in monaſterium potiusquam transferentur ad alias Eccleſias ſecedebant. 5.
Translatio utpote, e cauſis majoribus ad Sedem Apoſtolicam attinet. 6.
Cauſa deſideratur, quod ipſum hiſtoria exornatur. 7.
Se propria voluntate transferens quas Pænas incurrebat. 8.
Recipientes canonici Translatum ſine debita forma privantur eligendi facultate. 9.

Ad

Ad Tranſlationem ſimplicium ſufficit ſola auctoritas Epiſcopi. 10
Caſus Tranſlationum in ſimplici Beneficio. 11.
Requiritur Cauſa. 12.
Epiſcopus transferens ſine Cauſa quas pœnas incurrat. 13.
Erectio Beneficii malium ſtatum eſt alter Tranſlationis caſus. 14.
Solus Pontifex erectionem hanc facere poteſt. 15.
Eccleſia ſimplex erigi poteſt in curatam auctoritate Epiſcopi. 16.
Unio duorum Beneficiorum quot modis ſequatur. 17.
Regius conſenſus ad unionem in Gallia an exigatur. 18.
Tranſlatio per Synodum admittebatur. 19.
Examinatur Quæſtio an Pontifex tranferre poſſit Epiſcopum invitum. 20.
Negativa plauſibilior eſt. 21.
Regula quod invitus nemo contrahit exornatur. 22.
Pontifex eſt Dominus Beneficiorum. 23.
Hoc axioma exponitur. 24.
An ſi Epiſcopus ſine cauſa permutationi acquieverit permutatio ſit ſimoniaca diſputatio inter noſtros eſt. 25.
Duplex in Pontifice Poteſtas alia Ordinaria, alia abſoluta. 26.
Explicatur cauſa utilitatis. 27.
Hiſtorica exempla adducuntur. 28.
Explicatur cauſa neceſſitatis. 29.
Exemplis Pariter hiſtoricis hac cauſa illuſtratur. 30.
Argumenta quibus renunciatio vetita appareret, & expenduntur. 31.
Cauſa Renunciationis. 32.
Videri poſſit olim Renunciationem aliquam factam ſine conſenſu Apoſtolica Sedis. 33.
Et ſi olim aliqua Renunciationes ſequta fuerint inconſulto Pontifice attamen Innocent. III. huic abuſui proſpexit. 34.
Summus quoque Pontifex renunciare poteſt, & exemplis oſtenditur. 35.

EXPLICATIONES.

[a] *Matrimonium contrhaitur.*

DE hoc Matrimonio ſpirituali plura diximus *ad Titul. de Confirm. Prælat. litt. F. n.* 40.

[b] *Diſſolvitur.*

Tam multa eleganter congeſſit Gonzalez ad explicandam hanc diſſolutionem *in cap. 1. hoc tit. n.* 16. ut nihil fieri poſſit ornatius. Diſſolvi hoc matrimonium per Tranſlationem, tradit *Innoc. in cap. licet X. de translat.*

(c) *Permiſſio Sedis Apoſtolicæ.*

Probant. hoc innumeri text. *in cap. 1. & 2. X. de translat. in cap. in cauſis de elect. in can. mutationes VII. q. 1. in cap. quod tranſlationem, in cap. niſi ſpeciali de offic. Leg. in cap. venerabilis de conſecr. in cap. ſi Abbatem de elect. in 6.*

Nihilominus quorundam opinio fuit, jure
1 Divino translationem eſſe prohibitam; quia hoc Matrimonium Spirituale fortius eſt carnali, ut dicitur *in cap. inter corporalia de translat.* Non poteſt quoad vinculum, ullius vi, et auctoritate carnale diſſolvi; neque igitur ſpirituale poterit effringi, interveniente Pontificis auctoritate.

Hæc graviſſima difficultas diu torſit ingenia Interpretum, qui propterea lapidem omnem moverunt ut a ſuſpicione erroris Innocentium liberarent, quem in errorē incidiſſe credi non debet. Sed hactenus e magno numero Interpretrum non eſt, qui cumulate ſatisfecerit. Varii varia *Zoeſius ad hunc tit. n* 3. ad durationem refert verba Pontificis *in cap. 2. de* translat. dum ait ſpirituale eſſe fortius carnali. *B*ellarminus fortius Conjugium Prelati cum Eccleſia vocat; quia & habet vinculum cum univerſali Eccleſia: & cum illa, cui preficitur. *Gonzal hic n.* 16. affirmat, fortius eſſe hoc Matrimonium, quia diſſolutio hominibus denegatur. Si tamen mihi conceditur
ſenſum animi ingenue aperire, et aliquid novi excogitare; credo Zoeſii interpretationem retorquere; Quia ſi duratio fortius vinculum denotat, magis durat carnale connubium, quod fortius Animæ ſeparatione frangitur, & ideo carnale fortius erit. Bellarminus vero geminando matrimonium per plura, facit quod poterat fieri per pauciora: ſemperque viget eadem difficultas, cum ſemper in mentem veniat interrogandi, quomodo illud vinculum, quo coniungitur Prelatus cum particulari Eccleſia, ſit fortius carnali? Quid dicendum de eruditiſſimo Gonzalez? Hic impingit in arenam; cur enim non dixeris æque validum matrimonium carnale, ſi illud quoque homo non ſeparat: ſi utraque diſſolutio humanæ poteſtati denegatur? Ego igitur exiſtimo, Innocentium ſumma laude dignum eſſe, prolatamque ſententiam principiis juris conſonare; Etenim fortius eſt ſpirituale matrimonium, quam carnale, ſi carnale ratum inſpexeris. Poteſt enim alter ex conjugibus, ante quam matrimonium conſumaverit, etiam invita uxore, etiam ſine ulla cauſa ingredi Religionem, & ſic matri- 2

monium

Digitized by Google

monium diſſolvi, *cap. Verum*, *cap. ex parte de converſ. Conjugator. Trid. ſeſſ.* 24. *can.* 6.
Et quia ſine alia impellente cauſa matrimonium ratum diſſolvi poteſt ex ſola hominis voluntate: ideo ſi compararetur cum ſpirituali Conubio, infirmius erit matrimonium carnale, quam ſpirituale; Primo quia ſpirituale ſine cauſa non diſſolvitur, *can. mutationes VII. q.* 1. ſecundo quia ſola Coniugis voluntas non ſufficit, hoc eſt ſolius Prelati: ſed ſeparatio hæc Chriſti Vicario reſervatur. Quod multis exemplis oſtenditur; Hadrianus *II.* Actardum tranſtulit, petente Carolo Caluo Francorum Rege, ut patet ex ejuſdem Hadriani *Epiſt.* 2. Gregorius Magnus Joannem e Luſitana Eccleſia tranſtulit ad Squillitanam, *lib.* 2. *Epiſt.* 25. Alexander *V.* Cardinales Epiſcopos à Titulo in Titulum mutavit, cauſa Schiſmatis Clementini de quo *Lupus ad can.* 18. *Concil. Nicæni*: apud quem alia exempla non deſunt.

(d) Et cauſa.

Eccleſia Latina uſque ad tempora Formoſi
3 Papæ, rigidiſſime abſtinuit a transferendis Epiſcopis *Lupus ad can.* 25. *Conc. Nicæni*; Primuſque fuit Alexander *V.* qui Cardinales a Titulo in Titulum mutavit. Eſt quippe Translatio divortium, ſine Cauſis non faciendum.

Illud tamen obſervandum eſt quod tempori-
4 bus Evariſti quamplures exiſtimabant, ad translationem recte faciendam ſufficere juſtam cauſam: nec deſiderari Pontificis aſſenſum. *Gonzal. in cap. quanto de tranſlat. Epiſc. n.* 9. Re ipſa namque in *can. ſicut VII. q.* 1. ſub alternativa ponitur auctoritas Pontificis dum ait: *abſque inevitabili neceſſitate, aut Apoſtolica vel regulari mutatione*. Et ideo cum eſſet ambiguum, numquid requireretur Pontificis aſ-
5 ſenſus; plerique aut in Monaſterium ſecedebant, aut juſta cauſa compulſi, de permiſſione Apoſtolica non erant ſolliciti. Sed jam contra-
6 rium juſtiſſimè obſervatur, quia majores Cauſæ ſpectant ad ſedem Apoſtolicam; Quo circa, & conſenſus Apoſtolicus deſideratur, & cauſa.
7 Et quia ſine cauſa Epiſcopus S. Jacobi de Cubæ in Indiis Occidentalibus, erat translatus ad Scolaſticam Eccleſiæ Salamantinæ; ideo in Congregatione rerum Conſiſtorialium, habita die 28. Januar. 1649. deciſum eſt, ceſſionem non admittendam *Fagnan. hic n.* 15.

(e) Carebit, in pœnam, utraque.

Hæc pœna ſtatuitur *in cap. quanto X. hoc tit. in c. non oportet, & tot. Can. VII. q.* 1. *in c. ſi tranſlatus* §. *pen. XXI. q.* 2. *in can. petimus XI. q.* 1.
8 *in cap.* 1. *de Cleric non reſid.* Quin etiam olim laica communione privabatur, qui translationem hanc feciſſet, ut conſtat *ex Concil. Sardicen. in Oſii propoſitione. cap.* 1. dum ait: *ergo omnibus placet hujuſmodi pernicies auſterius vindicetur: nec laicam communionem habeat, qui talis eſt?* Univerſi dixerunt *placet*. Ratio pœnæ traditur in *d. cap. quanto*; quia delicta impunita non ſunt relinquenda; ſed qui relinquit Eccleſiam ſuperbiæ crimine ſe obſtringit: qui in aliam transfertur, avaritiæ labo inſpergitur; utrumque igitur delictum pari pœna puniendum, privatione videlicet Eccleſiæ utriuſque. Et hoc adeo verum eſt, ut ſi Canonici recipiant talem Epiſcopum, priventur Electionis
facultate pro illa vice, *Vicicus in Rat. part.* 1. *lib. Juris Pontif. pag. mihi* 246. *Barboſ. in cap. quanto hoc tit.* 9

Hoc tamen ita intelligitur, ut pœnam eamdem ſubeant Clerici, qui ſe transferunt de una ad aliam Eccleſiam, & commutant reſidentiam.

At non eſt neceſſarium, ut Sedem Apoſto-
licam conſulant, ſed ſufficit proprii Epiſcopi 10
auctoritas: Quemadmodum Coadiutores Epiſcopis dare ſolus Pontifex valet; At vero inferioribus Clericis etiam Epiſcopus *tit. de Cleric. ægrot. vel debilit. notat. Gabaſſut. ſcient. Canon. cap.* 22. *& probatur ex can. Epiſcopus VII. q.* 1.

Caſus autem Translationum in beneficiis inferioribus ſunt: primò permutatio: Si duo
Clerici velint invicem permutare Beneficia, 11
negocium eſt diſcutiendum coram Ordinario; alioquin ſimoniam eccleſiaſticam incurrunt, ut ait *Gibalin. de ſimon. q.* 14. *n.* 3. Et ſi Epiſcopus ſine cauſa neceſſitatis, aut utilitatis
acquieverit permutationi, ultra pœnam ſuſpen- 12
ſionis *ex conſtitutione LVIII. Pii V. apud Garg.* 13
cap. 4. *de reſignat. n.* 51. Beneficia, ſic permutata abſque cauſa, manebunt tamquam vacantia, reſervata Sedi Apoſtolicæ, ut eſt in eadem Piana Conſtitutione *apud eundem Garg.*
ibid. Secundus caſus eſt Erectio Beneficii ſeu 14
Eccleſiæ in alium ſtatum, ut cum Eccleſia Collelliata erigitur in Cathedralem; quod ta-
men Epiſcopus efficere non poteſt, ſed ſolus 15
Pontifex *cap.* 1. *X. ne Sed. vacant.* & conſonant text. *in cap. quod tranſlationem, & gloſſ.*
ibid. de Offic. Legat. At vero ſi Eccleſia ſim- 16
plex erigeretur in Curatam, & Parrochialem ex cauſa, hæc erectio pendet ab auctoritate Epiſcopi, *ita Rebuffus Tit. de erect. in Curat. Garg. part.* 12. *cap.* 5. *n.* 2. Cui tamen nocet Declaratio *Sacr. Congregat. Concil. ſuper cap.* 16. *Seſſ.* 23. *de reform.* quæ ſic ait: *nec Beneficia ſimplicia in Curata converti ab Ordinario poſſunt*. Sed, ut *Garg. ait*, poteſt Declaratio ſic accipi, ceſſante videl. cauſa utilitatis,
aut neceſſitatis. Tertius caſus eſt unio duo- 17
rum Beneficiorum; Per unionem transmutatio ſequitur tribus modis *a gloſſ.* traditis *in can. & temporis XVI. q.* 1. Primus eſt, cum duo Beneficia in unum rediguntur, & quæ diſtincta erant, ſequta unione, ſingulare quiddam exiſtunt *cap. cum dilectus. De his quæ vi r. ſp. recolentes de ſtat. Monach.* Et quæ privile-

gia

gia vivus Rector habebat illi, qui ſupereſt, communicatur *cap. novit X. ne ſed. vacant.* Secundus modus, cum ita connectuntur Eccleſiæ, ut ex duabus principalibus una fiat altera acceſſoria, & nomen amittat, induens titulum principalis, & acquirens illius privilegia *cap. recolentes X. de Stat. Monach.* Tertius modus, cum utraque remanet id, quod erat: & neutra Eccleſia, quamvis unita, alteri ſubiicitur. Sed unus tamen eſt Rector utriuſque, & quælibet Eccleſia habet, & conſervat jura priſtina *Garg. de Union. cap. 2. n. 7.* Et quod attinet ad facultatem uniendi diſtinguendum; Nam ſi agitur de ſuperioribus Eccleſiis, ut ſunt Cathedrales, & Epiſcopatus, unio a Pontifice fa-
18 cienda. Cæterum inferiorum Eccleſiarum unio pertinet ad Epiſcopum in ſua Diœceſi conſenſu quoque Capituli accedente *cap. Paſtoralis de don.*

[f] Olim per Synodum admittebatur.

Quod patet *ex can. Epiſcopus 7. q. 1.* dum
19 ait: *in præſentia Synodi transferatur*, & *in can. 14. Apoſtolorum* prohibentur quidem hujuſmodi transmigrationes; ſed hoc vetitum, niſi Epiſcoporum judicio recedatur a ſede; Et Euſtachius Barea Antiochiam translatus eſt, communibus Epiſcoporum, & Populi ſuffragiis *Theodoſ. lib. 1. cap. 7. Baronius Anno 314. n. 93.* Niſi forte libeat adhibere obſervationem eruditiſſimi Gonzalez, qui *hic in cap. 1. n. 19.* exiſtimat, Synodo permiſſam hanc facultatem ex delegatione Pontificis.

[g] Nunc per ſolum Pontificem.

Sed an Pontifex transferre poſſit Epiſcopum
20 invitum, acriter certatur inter noſtros; huiuſque controverſiæ reſolutio eſt principium, & cauſa multarum illationum, ac præſertim infertur an vacet Eccleſia tempore conſenſus præſtiti a transferendo. Ut examinetur hæc Controverſia, paulo diligenter utramque partem expendemus.

Vera tamen ſententia eſt negantium, cui pla-
21 cet adhærere cum *Fermoſino*, & *Fagnano ad hunc tit.*

Probatur primo. Inter Prælatum, & Eccleſiam Matrimonium contrahitur, ut ſupra oſtendimus, & patet ex *cap. licet de transl.* ſed conſenſu perficitur omne conjugium, ut probat *tax. in can. quanto 63. diſt.* in *cap. noſti de elect.* ita ut ſubſtantia, & forma Matrimonii ex conſenſu exiſtimetur; nec incongrue Juſtinianus aſſerit quod Matrimonium non concubitus, ſed *conſenſus* facit: & in hoc integra ratio nuptiarum repoſita eſt *can. ſufficiat XXVII. q. 2. l. nuptias ff. de R. J. cap. cum apud cap. hoc tua X. de Sponſ.* Si ergo cum Eccleſia, ad
22 quam transfertur Prelatus juſſu Pontificis, Matrimonium debet conſurgere: voluntas, ac libertas erit neceſſaria, que in invitis non reperitur; Et eodem modo profeſſio Monaſtica voluntatem hanc requirit *cap. ſicut de Regul.* Eodem modo promiſſio coacta non valet, quia deeſt voluntas libera *l. ſi mulier ff. de his qua vi*. Et donatio ſpontanea conſenſu carens nulla eſt *l. manumiſſio ff. de manum.* et ſæpe dicitur, neminem invitum contrahere *l. ſicut C. de action. & obl. l. invitum C. de contr. Empt.*

Secundo probatur quia nemo invitus extollitur, nemo invitus crevit *can. ubi iſta didiciſti diſt. 74.* Cum namque Epiſcopus Ravennatis Gregorium inexcuſabili violentia ad honorem Eccleſiaſticum pertrahere vellet, ita increpatur a Simplicio: ubi iſta didiciſti?

Tertio probatur, quia priſcis temporibus annuam adimplere pœnitentiam debebat Epiſcopus, invitum, & reclamantem ordinans *can. Epiſcopus diſt. 74.* Et tamen aliquo modo Eccleſiæ contingitur ordinatus ad inferiores gradus; conſenſus igitur requiritur.

Quarto ex *can. mutationes VII. q. 1.* dum aperte pronunciatur, mutationes Epiſcoporum non eſſe faciendas cujuſquam dominatione, videlicet violentia.

Quinto ex *can. Epiſcoporum VII. q. 1.* ubi Synodus Antiochena conſtitutum a Patribus tradit, Epiſcopum non debere de Diœceſi ad Diœceſim tranſire, neque ſi a Populis fuerit *violenter attractus*; Ergo translationem legitimam impedit violentia.

SOLVUNTUR OBJECTIONES.

Primo obiicitur. Pontifex eſt Dominus, & arbiter Beneficiorum: & ideo in legibus, quæ 23
de Beneficiis diſponunt, recte diſpenſat *cap. propoſuit de conceſſ. preben. cap. 2. de preben. in 6. cap. inter de fid. inſtrum. Clem. 1. ut lit. pend.* & ideo gratias expectativas concedit, quod alteri non licet, ne Legato quidem *cap. dilectus de preben.* Hoc tamen Pontifici datur, qui propter ejus ſupremam authoritatem, & pleniſſimam facultatem, poteſt nondum vacantia Beneficia promittere, *cap. cum te cap. conſtitutus, cap. mandato, cap. ex literis de Reſcript.* Qua ratione etiam Beneficium litigioſum confert *cap. 2. ut lit. pendent. in 6.* & ad tempus *cap. ſi gratioſe de reſcript. in 6.* Ergo poterit etiam invitum transferre.

Reſpondetur, Pontificem in Beneficiis habere quidem ſupremam poteſtatem: Sed ratio- 24
nabilem cauſam præoculis habere convenit, nec debet executioni mandari quod fuerit Pontifici prava inſinuatione ſuggeſtum: ut ipſe loquitur *in cap. ſi quando de reſcriptis.* Quia Pontifex Sanctus eſt, *can. 1. diſt. 70.* & omnes in jure, juſtitiaque confovet *cap. licet. de Ætat. & qualit.* ſuum cuique ſervari deſiderans *can. fuit ſemper 9. q. 3.*

OBIICITUR SECUNDO.

Sacerdotes a ſuis Epiſcopis ex una in aliam

Eccle-

Eccleſiam, transferri poſſunt inviti, *can. placuit* 74. *diſt.* ergo, & a Pontifice, Epiſcopi.

Textum illum ſic accipit Zoeſius *hic n.* 6. etſi nobis contrarius; de laico nimirum non ordinando invito, ex ratione textus in *can. quorundã diſt.* 74. Aliter Fagnanus *mox citandus n.* 38.

OBIICITUR III.

Textus in *can. ſcias frater* 7. *q.* 1. ibi *: non ſponte, ſed coactè*; conſonat *text. in cap.* 1. *de Parochiis.*

Reſp. Fagnanus quæſtionem latè examinans *in cap. quanto de transl. n.* 75. Textum intelligi
25 de cauſa, qua cogitur quis ſe in aliam ſedem transferre. Neque enim id, mera voluntate, faciendum. Imo interdùm cogitur ad reſignandum Epiſcopus. *Petra ad Conſt. Apoſt. Tomo* 1. *ad conſt.* 2. *Leon. IX. pag.* 253. *n.* 24. Qui profert exempla *Innoc. X. Urbani VIII. Clem. X.* qui quoſdam Epiſcopos ad reſignandum coegerunt. Cumque reſignant coacti Epiſcopi congrua his aſſignatur *Pignattell. conſ.* 38. *Tomo VII. Pax Jordan. Tom. I. Prælud.* 8. *n.* 72. *Petra ubi ſupra n.* 39.

OBIICITUR IV.

Text. *in can. in memoriam diſt.* 19. dum ait: *ſervanda eſt cum manſuetudine humilitas, ut licet vix ferendum ab illa Sancta Sede jugum imponatur: tamen feramus, & pia devotione toleremus*. Quid hinc deducatur, protinus ſine alia inductione intelligitur.

Reſpondetur cum *Fagnano ibidem num.* 82. duplicem eſſe in Pontifice poteſtatem, aliam abſolutam: aliam ordinariam; Et de abſoluta
26 poteſtate *text.* intelligitur. Præterquamquod, eſto quod exerceat poteſtatem ex libito voluntatis Romanus Antiſtes in multis negociis; At ubi agitur de translatione, non protinus illi aſſentiri videbimus. Quippe per translationem diſſolvitur Matrimonium ſpirituale, *can. ſicut VII. q.* 1. taliſque diſſolutio, cum divina authoritate fiat, eo magis, a ſuſpicione injuſtitiæ abſit, neceſſe eſt.

[*b*] *Eſt*.

Quid ſit utilitatis cauſa?

Utilitas eſt, cum ſperantur majores fructus: Æqualis ſpes fructuum non ſufficit; & in pari ſtatu potior eſt cauſa populi poſſidentis ſuum
27 Prælatum *Gonz. in cap.* 1. *hoc Tit. n.* 13. D. Paulus Damaſci pro Chriſto laborans, cum ibi minorem ſibi fructum adeſſe conſpiceret, murum, funem, ſportamque quæſivit, teneri intra clauſtra noluit, certaminis majorem cam-
28 pum quæſivit: Exemplum hoc traditur *in can. ibi VII. q.* 1. Nec minus etiam D. Petrus Sanctus magiſter, de Antiochia utilitatis cauſa translatus eſt Romam. Euſebius quoque de quadam parva civitate mutatus eſt Alexandriam. Fælix de civitate, in qua ordinatus erat, translatus eſt Epheſum, ut habetur in *can. mutationes VII. q.* 1. alia exempla profert *Florens ad hunc Titulum pag.* 188.

(*i*) *Eſt*.

Quid pro neceſſitatis cauſa intelligatur?

Et hæc conſiderari poteſt ex parte loci, & ex 29
parte populi; Ex parte loci, ſi aeris intemperies ſanitatem adducat in diſcrimen; Quam ob cauſam Epiſcopus Gradenſis translatus fuit Venetias; Et Adrianus II. Aretardi transferendi licentiam concedens Carolo Calvo Franco- 30
rum Regi *Epiſt.* 2. addit *: ſi tamen ejus Eccleſia penitus diruta, et in ſolitudinem redacta dignoſcatur.*

Ex parte populi, cum barbaro, & hoſtili modo inſultat Paſtori ſuo. Hinc Gregorius Joanni Epiſcopo Vellitrenſis Civitatis permittit Sedem mutare, & aliò ſe conferre: quoniam incurſu Barbarorum, nec ipſi quidem habitatores tuti erant; refertur hiſtoria *in can. temporis VII. q.* 1. idemque Gregorius Joannem Epiſcopum Liſſitaniæ civitatis tranſtulit in Eccleſiam Scyllitanam, eo quod urbi hoſtes imminebant; refertur in *can. Paſtoralis* ibid.

Hoc obſervandum, quod ubi fit transmigratio ex parte populi, tumultu ceſſante, Epiſcopus redire debet ad Eccleſiam, & in illa, quam reliquit, novus debet ordinari. Sic remotus ab Eccleſia Barcinonenſi Ireneus Epiſcopus, ſedatis illius populi, quem prius gubernabat (voluntatibus) eſt alter ordinatus Epiſcopus a Clero Barcinonenſi, ut narratur in *can. remoto VII. q.* 1.

At è contrario, qui ſe ab Epiſcopatu ad Monachatum tranſtulerit, ulterius ad Epiſcopatum reverti non poteſt; Monachorum enim vita ſubiectionis habet verbum, & diſcipulatus: non docendi, vel preſidendi, vel paſcendi alios; Ita exiſtimo, adductus expreſſa auctoritate in *can. hoc nequaquam VII. q.* 1. Quod ſi Pontifex voluerit, licitum eſt, *Gloſ. hic in verbo ulterius. Florens loco ſupra citato.*

(*k*) *An*.

Quæritur an liceat renunciare?

Antiquis Canonibus renunciatio incognita
videbatur, Imò, & Epheſini Concilii PP. in 3
Epiſtola ad Pamphyliæ Synodum: S. Cyrillus ejus Concilii præſes in Epiſtola ad Dominum *cap.* 3. Petrus Alexandrinus in Sermone de Pœnitentia *cap.* 13. docebant, videri renunciationem diſſonam ab Eccleſiaſtica diſciplina; veruntamen difficultatem opiniones variæ inducebant. Argumenta, quibus renunciare vetitum videbatur, multa ſunt. Præcipuum verò, quia ſi Epiſcopus ſuo Epiſcopatu dignus eſt, in eo permanere debet; Sin autem indignus ob crimen, illum quidem deſerere debet: non tamen per renunciationem, ſed præmiſſa cauſæ cognitione ad degradationem veniendum. Accedit &

ratio politica; Quia Magiſtratum gerere quiſque compellitur, cum publica utilitas præferenda ſit privatæ, *l. ult. ff. de vent. in poſſ. mitt. l. poſtliminium §. filius ff. de capt. & poſtl. rever.* Unde Plato Epiſt. 9. Architæ Tarentino ait: *vocat igitur te patria ipſa ad Rempub. gerendam, abſurdum forſan. eſſet non parere*. Eodemque collimat locus Ciceronis elegans *lib. 1. de offic. num. 90. Ergo omnibus unum debet eſſe proprium, ut eadem ſit utilitas uniuſcuiſque, & univerſorum; quam ſi ad ſe quiſque rapiat, diſſolvitur omnis humana ſociatio*; Et Plato in Dial. 1. de Juſtit; *officium gubernandæ patriæ viſum eſt voluntarium, neceſſarium*. Quin etiam poſſe cogi, expreſſe tradunt text. *in l. ſi quis Magiſtratus ff. de muner. & honor. in l. ſi quemquam C. de Episc. & Cler. in l. ex omnibus, in l. ſi ad magiſtratum C. de Decurion. lib. 10.* Atque in pænam a domo extrahi poſſe, deducitur ex *L. plerique ff. de in jus vocan.*

Reipſa tamen argumentum, non urget. Quia emergunt occaſiones, ob quas eſt diſcedendum non rarò a ſummo illo jure. Et ſi evolvantur monumenta Veterum; renunciationes occurrent infinitæ; Gedeon, Virginius, Germanicus, Veſpaſianus, Gordianus ſenior, Ladislaus Ungariæ Rex, Ludovicus Tringiæ Landgravius, Fridericus Saxonicus, Auguſtus Cæſar, qui Populo Rom. dictaturam offerente, nudo pectore deprecatus eſt *Suet. in Auguſt.* Quint. Fabius, qui ultimum gerere Conſulatum noluit, *Plut. in ejus vita*; Terentius Varro, qui ſibi delatam dictaturam reſpuit, *Valer. Max. Tit. de verec.* Diocletianus, qui maluit apud Solonas in otio vivere Petr. Crinit. lib. 13. cap. 8. quam Reipub. ſubire adminiſtratum, Affricanus ſuperior, qui perpetuum Conſulatum, & dictaturam ſprevit *Valer.* Max. *de animi moder.* Et de exemplis Eccleſiaſticarum Perſonarum *infra*.

(*l*) *Cauſæ.*

Renunciationis cauſæ enumerantur.

Has diximus enumerari in *cap. niſi de renunc.* ſunt autem. Prima; Criminis 32 conſcientia, ſi talis ſit, ut poſt peractam penitentiam impediat officii Epiſcopalis exercitium. Secunda, debilitas corporis ſive ex morbo ſit, ſive ex ætate decrepita. Tertia; defectus ſcientiæ notabilis: Eo quod mediocrem ſupplere poteſt perfecta Epiſcopi charitas, ut ait Text. in *d. cap. niſi*. Quarto malitia populi adverſus Epiſcopum, ſi ſpem profectus excludat. Quinta, grave ſcandalum ſecuturum inevitabiliter. Sexta, irregularitas Epiſcopi perpetua, ut dementia, epilepſia.

(*m*) *Pontificis.*

Renunciatio auctoritate Pontificis facienda eſt.

Tentari poſſet, renunciationem non exegiſſe 33 olim auctoritatem Apoſtolicam exemplo Ebbionis Archiepiſcopi Rehemenſis, qui cum Anno 855. in Synodo in Theonis Villa accuſatus fuiſſet a Ludovico Pio Imperatore, tres Epiſcopos elegit, qui Judices eſſent ſuorum peccatorum, coram quibus omnia confeſſus, remedium pœnitentiæ ab eis petiit, ut a functione Epiſcopali recederet. Hincmas, *in poſter. opere adverſ. Gothescalc. cap. 26.* Et Euſtachius Metropolitanus renunciare volens coram Synodo Pamphiliæ id petiit, & obtinuit: & in ejus locum ſuffectus eſt Theodoſius; Quamvis Euſtachius apud Synodum Epheſinam conqueſtus ſit de hac ſua dejectione, ut patet ex *Epiſtola Synodi Epheſ. ad Synodum Pamphiliæ*: non quod ceſſionem ſuam in irritum eſſe vellet, ſed ut benignitatem Synodi hùc flecteret, ad retinendum nomen Epiſcopi, & redditus. *Marca tom. 2. lib. 6. cap. 8. n. 6.* Sane etiam apud Ivonem Carnotenſem *in Epiſt.* 88. legimus, Hilgadum Sueſſionenſem Epiſcopum renunciaſſe ſuo Epiſcopatui, & in monaſterium receſſiſſe, inſcio prorſus Pontifice Paſcali II. Quid ergo dicendum? Antiquitus abdicatio a propria dignitate ſine conſenſu Pontificio aliquando ſecuta; hac de re *Text. in can. nullus V. q. 4.* Sed ab Innocentio III. reſervata fuit hæc conceſſio Sedi Apoſtolicæ, quod hæc ſit de cauſis majoribus.

Nihilominus ſimplex electus renunciare juri ſuo in manibus electorum poteſt, ut docet *Abb. in cap. cum veniſſent de reſt. integr. Cabaſſut. ſcient. canon. hoc Tit. in fin. ubi Gregorii Bullam adducit.*

[*n*] *Pontifex.*

An Pontifex renunciare poſſit?

Diu quoque dubitatum, an Pontifex poſſet renuciare; quia par in parem non habet imperium. Sed emanavit Decretum Bonifacii VIII. *in cap. 1. de renunc. in 6.* quo declaratum eſt, 35 hoc eſſe licitum; & exempla ſunt non pauca eorum, qui renunciarunt, ut Marcellini *can. nunc 21. diſt. Benedicti XIII. Gregorii XII. Joannis XXIII. Gregorii VI.* qui ante *Gratianus* dicebatur: & de quo *Bellarminus in Apologia contra Jacob. Regem Angliæ cap. 6. pag. 44.* alioſque enumerat *Gonzales ad Regul. 8. Proœmio §. 5. n. 16.* non tamen cedere poteſt per modum depoſitionis, *Barboſa de Univerſo Jure Lib. 1. cap. 2. n. 211.* neque acceptatio Cardinalium neceſſaria videtur, ut probat *Barboſa ibid. n. 215.*

DE

DE COADIUTORIBUS, ET CARDINALIBUS.

TITULUS. XVII.

NISI poſſit Epiſcopus [*a*] juſto impedimento ſuum exercere officium, renunciare (*b*) non cogitur, neque poteſt ab Eccleſia (*c*) amoveri: Nam Eccleſiaſtica Beneficia [*d*] non ſunt temporalia: ſed invito etiam datur [*e*] Coadiutor, authoritate (*f*) Sedis Apoſtolicæ. Et olim quidem Coadiutores erant (*g*) Corepiſcopi, ſed nunc ſublato eorum uſu, poteſt Coadiutor etiam ſine (*h*) Ordinibus conſtitui.

Duplex verò Coadiutorum genus: quidam ad tempus dati: quidam cum futura ſucceſſione. Ad tempus dantur cum debent opem ferre Epiſcopo, quouſque impedimentum durat. Cum futura ſucceſſione dantur, ut poſt mortem ſuccedant. Effectus qui traditionem hanc conſequuntur quidam proprii, quidam utrique Coadiutori communes. Singulare eſt in Coadiutore Temporali, ut ea ſit illi auctoritas, quam poſtulat (*i*) cauſa, ob quam datur. Pręcipuum eſt in Coadiutore ſucceſſivo, ut omnia fere illi concedantur quæ [*k*] Epiſcopus poteſt. Utrique verò commune eſt, ut interim ad Capitulum non (*l*) devolvatur Juriſdictio: neque a (*m*) Reſidentia Epiſcopus liberetur, utque Coadiutor è Proventibus [*n*] Eccleſię vivat.

Aliis quoque datur Coadiutor in inferiori gradu (*o*) conſtitutis, ut ſunt Canonici, & Parochi. Sed ex Tridentino poterit [*p*] Epiſcopus hunc eligere.

Poſtremo, & Pontifex ad levandam Curam Paſtoralis Officii ſuos habet Coadiutores, & (*q*) ſunt Cardinales, qui dividuntur in Epiſcopos, Presbiteros, & Diaconos.

SUMMARIUM.

Cauſa ob quas traditur Coadiutor. 1.
Cauſa I. eſt animi impotentia, & quid hac ſignificet. 2.
Cauſa altera corporis impotentia hiſtorico Exemplo declarata. 3.
Ratio cur Prælatus impeditus valetudine, non ſit expellendus. 4.
Quam exiguo fundamento Baldus doceret Prælatum amovendum. 5.
Beneficia Temporalia non ſunt. 6.
Exempla Eorum Principum qui ſibi Coadiutores adiunxere. 7.

Dari

Dari Coadiutorem æquius eſt quam auferre dignitatem. 8.
Quod probatur Hiſtoricis exemplis. 9.
Olim in Concilio Provinciali Coadiutores aſſignabant. 10.
Hodie a ſolo Pontifice cauſa prius in conſiſtorio examinata. 11.
Quin etiam auctoritas Apoſtolicæ Sedis exigitur ſi Canonicis dentur aut Parochis cum futura ſucceſſione. 12.
Olim Coadiutores erant Corepiſcopi. 13.
An Coadiutor debeat in ordine eſſe conſtitutus. 14.
Poteſtas Coadiutoris Temporanei. 15.
Poteſtas Coadiutoris cum futura ſucceſſione. 16.
Coadiutor cum futura ſucceſſione datur ex diſpoſitione Canonum. 17.
Clauſula Coadiutoria cum futura ſucceſſione. 18.
An Coadiutoria ſit Beneficium latè aliqua novitate examinatur. 19.
Coadiutor cum futura ſucceſſione reſidere non obligatur. 20.
Æconomus non dicitur obtinere Beneficium. 21.
Magna ſimilitudo inter æconomum, & Coadiutorem. 22.
Duo Coadiutores interdum uni Epiſcopo dari poſſunt. 23.
Beneficium impetratum a Pluribus ſub eadem data ei qui prius ſe præſentat tribuitur. 24.
Per mortem Coadiutoris Beneficium Coadiuti non vacat. 25.
Coadiutor an obligetur deferre habitum, & Tonſuram. 26.
Coadiutor ægrotans habet Jusſpercipiendi fructus in ſua ægritudine. 27.
Coadiutor in juſta abſentia fructus percipit. 28.
Coadiutor in abſentia capit fructus ex Regula ſubrogatorum. 29.
Duæ fictiones in idem non concurrunt. 30.
Coadiutor poteſt alteri committere vices ſuas. 31.
Coadiutor non eſt Procurator Coadiuti. 32.
Coadiutor non debet exire de Capitulo in quo tractatur Negocium Coadiuti. 33.
An ad horas Canonicas obligetur cum Coadiutori dantur menſes quietis. 34.
Coadiutor datur etiam Clericis in Inferiori gradu conſtitutis. 35.
Coadiutor ad Tempus clerico dari poteſt etiam auctoritate Epiſcopi. 36.
Cardinales ſunt Pontificis Coadiutores. 37.
Traditur Brevis, & clara de Cardinalium Eminentiſſimorum Dignitate notitia. 38.
Cardinalium appellatio aliud quoque juxta canones ſignificat. 39.

EXPLICATIONES.

(a) *Juſto impedimento.*

1 IMpedimentum præbens aditum obtinendi, dandive Coadiutorem, ad impotentiam animi, vel corporis redigitur.

Impotentia Animi judicabitur ſi ſtupidus, & amens Eccleſiæ rector evadat *c. tua nos hoc tit.* incidatque in gravem mentis hebetudinem.

2 Huc quoque refertur incauta gubernatio Bonorum Eccleſiæ, quæ forte Epiſcopus dilapidet parum providus, ut loquitur text. in *c. venerabilis de offic. deleg.* naturæ quadam ſimplicitate, ut aperit tex. in *c. quia 7. q. 1.*

Impotentiæ corporis judicabitur ſenium, ætaſque provecta, quam Cauſam admiſit in Bo-
3 nifacio Moguntino Epiſcopo Zaccharias Papa
c. petiiſti 7. q. 1. & D. Auguſt. admiſſus fuit
in conſortium Eccleſiæ Hypponenſis regendæ
ob Epiſcopum Valerium jam Senem, uti narratur *in c. non autem 7. q. 1.* juncto Gratiano *in c. ecce ibid. ante hunc canonem*, quidquid afferat *Gonzalez* qui *in c. fin. de Cler. ægrot.* neceſſitatem Coadiutoris tribuit inſcitiæ Idiomatis in *Valerio*.

Sed & corporis impotentia erit gravis quælibet moleſtia, ut dolor capitis, qua ratione B. Gregorius Ariminenſi Epiſcopo dolore capitis laboranti alium ſubrogavit, uti narratur in *c. quaſiter 7. q. 1.* Ad hoc genus impotentiæ ſpectat Lepra *c. de rectoribus de Præb.* ſpectat captivitas, cui proſpicitur per Coadiutorem ut ait Bonifacius *VIII. in c. ſi Epiſcopus de ſuppl. neglig. prælat. in 6.* Et quod attinet ad dolorem capitis non ſufficit dolor exiguus, ſed ille qui ſolet in gemitus, & fletus erumpere *c. quamvis 7. q. 1.*

[b] *Renunciare non cogitur.*

Nota eſt ratio, quia non eſt danda afflictis
afflictio. Omnino injuſtum eſt, ut moleſtia 4
corporis irruente, honore ſuo privetur ægrotus, ſcripſit Gregorius *in c. ſcripſit 7. q. 1.* quia ſimul ægri ſervire creduntur benigna quadam interpretatione *l. 4. §. Sticus ff. de ſtatu Liberis l. in rebus §. poſſunt ff. commod.* utque olim militibus ſenio confectis prædia aſſignabantur ex quorum fructibus vitam propagarent, *l. in agris ff. de acq. rer. dom.* Juſtum eſt, ut non cogantur renunciare Prælati, qui ad cuſtodiam ſui gregis evigilarunt: ne quiſquam duplicis damni detrimenta ſentiat, *c. ſi mulier diſt. 5.*

[c] *Neque poteſt ab Eccleſia amoveri.*

Sed Baldus *in l. poſt ſuſceptam ff. de excuſat.*

tut.

Digitized by Google

tut. huiuſmodi Clericum, Prelatumue remo-
5 vendum eſſe defendit, ad exemplum tutoris
impotentis, præſertim cum id videatur conſti-
tutum in *c. tua nos de Cleric egrot.* ibi *ab ad-
miniſtrationis officio debet removeri*. Sed hic tex-
tus intelligitur ut quoad exercitium ſolum re-
moveatur Epiſcopus impeditus, ut accipit, &
interpretatur hanc Conſtitutionem vir ſolidæ
Doctrinæ *Jo. Andreas ibid. Garcias P. 4. cap.
5. n. 6.*

(d) Nam Eccleſiaſtica Beneficia non ſunt temporalia.

Probant hoc innumeri Textus *c. poſt transla-
6 tionem de pen. c. ad audientiam de his, quæ vi
metuque, c. Abbas ibid. Clem. multum de pæn. &c.*

(e) Datur Coadiutor.

Ita Principes ſibi adiutores quoſdam deſi-
gnant, vellejus Patercul. *L. 2. n. 127. Raro
7 eminenter viri non magnis adjutoribus ad gu-
bernandam fortunam ſuam uſi ſunt, ut duo Sci-
piones duobus Lelijs, quos per omnia æquave-
runt ſibi, ut D. Auguſtus, Marcus, Agrippa,
& maxime ab eo Statilio Tauro*. Unde Lipſius
L. 3. Polit. 2. & 3. Scilicet, inquit, *optimos
gubernatores juvat, & Remigum Manus* Plura
Cominus *L. III. & Boeclerus in comm. ad
Velleium.*

Dari Coadiutorem æquius eſt, quam Digni-
tatem auferre. Accepit moyſes quoque in adiu-
torem Legationis impoſitæ Aaronem fratrem
8 *Geneſ. c. 4. & 7.* & in munere judicandi ex
conſilio Jetro adiunxit ſibi Tribunos, & Cen-
turiones *Exod. cap. 18. & Num. cap. 11.* Iſa-
acius Angelus Conſtantinopolis Imperator an-
nos 9. & menſes 8. cum regnaſſet, ab Alexio
Angelo fratre eſt excæcatus, in quem Philip-
pus Germanorum Imperator caſtra movit re-
9 duxitque in ſolium Iſacium, & ei dedit Coa-
diutorem. Habuerunt Apoſtoli Coadiutores:
D. Petrus Linum, & Celſum *c. ſi Petrus* 8.
q. 1. Priſca, & Aquila, & Thimotheus adiu-
tores D. Pauli fuerunt *cap. 16. ad Rom.* Va-
lerius Cæſar Auguſtanus Epiſcopus D Vincen-
tium Coadiutorem in enunciando Dei verbo
habuit, propter Linguæ impedimentum.

[f] Auctoritate Sedis Apoſtolicæ.

Narrat Gonzales in *c. ult. de Cler. ægrot.*
10 *n.* 5. olim in Concilio Provinciali ab Archie-
piſcopo ſolitum aſſignari Coadiutorem, quod
probat ex *c. 97. Concilii Meldenſis*. Utcumque
ſe res habeat: illud his temporibus certum eſt,
quod Epiſcopis Coadiutor a ſolo Pontifice eſt
aſſignandus, quemadmodum docet Concilium
Trid *Seſſ. 25. c. 7.* cauſa prius in Conſiſtorio
examinata, ut docet Pariſius *de Reſin. Benef.
L. 7. q. 10 n. 14.* & Barboſ. *de univerſ. Jure
l. 1. c. 15.* At non ſolum Epiſcopo Coadiu-
tor aſſignandus auctoritate ſupremi Pontificis, 12
ſed interdum quoque inferioribus Clericis, cum
videlicet, Canonicis, aut Parochis datur cum
futura ſucceſſione, juxta text. *in c. Paſtoralis
de præb. in 6. c. petiſti* ibid docet Gargias *part.
4. c. 5. n. 20.*

[g] Erant Chorepiſcopi.

Nec multum a Vicariis diſtant, ut docet
Gratianus 3. *q.* 1. Blenianus in Inſt. Can. *l.* 2. 13
tit. 3. pag. 295.

(h) Poteſt Coadiutor etiam ſine Ordinibus conſtitus.

An Coadiutor dandus Epiſcopo eſſe debeat
Epiſcopus, vel ſimplex Preſbyter, vel Dia- 14
conus, aut in gradu infimo conſtitutus, regu-
la certa præſcribi non poteſt, propterea quod
Concilium Arauſicanum cap. 2. ait, quod
*Coadiutor omnia Epiſcopalia exercebit, ſi eſt Epiſ-
copus: ſecus minime*: quaſi vero Coadiutor
poſſit eſſe ſine Dignitate Epiſcopali *Barboſ. de
univerſ. Jure l. 1. c. 15. n. 52.* Et quod Coa-
diutor poſſit eſſe etiam ſola Tonſura initiatus,
colligitur ex *Garc. de Benef. par. 4. c. 5. n.
97. & 141.* Et ſi miniſterium Coadiutoris re-
quirat ſolam in rebus Eccleſiæ adminiſtrandis
curam, ut ſi fuerit traditus in Conſortium
Epiſcopi dilapidantis Eccleſiæ Bona, certe ratio
ſacri Ordinis haberi non debet ut coadiutor aſ-
ſignetur.

At vero ſi dabitur Coadiutor cum futura ſuc-
ceſſione, omnia poſtulat requiſi a Tridentinum 15
loco citato quæ in Epiſcopis ſunt, ut ſaltem de-
beat ordinari, & habere legitimam ætatem ad
Ordinem requiſitam *c. licet, c. commiſſa de
Elect. in 6. Garcias 4. part. c. 5. n. 141.*

(i) Quam poſtulat cauſa.

Hæc regula traditur a Barboſa *l. 1. cap. 15.
n. 52. de Univerſ. Iur.* Si tamen Coadiutores
dentur occaſione furoris, aut impedimenti per-
petui, durat officium Coadiutoris perpetuò:
Frequenter enim furor ad extremum uſque
vitæ ſpiritum perſeverat; Et ſimile quiddam eſt,
ſi Coadiutores dentur occaſione ſenectutis.

E contrariò cum dari poſſit Coadiutor illi-
teratis, aut morbo aliquo affectis: ceſſante
cauſa, munus etiam coadiutoris expletum eſt;
Nec diſpari ratione ex cauſa, ob quam datur,
metiri poſſumus facultatem, quam habet Coa-
diutor: Si datus eſt lapſo in dementiam, om-
nia poteſt: Si datus eſt ſolùm morbo aliquò
laboranti, non poterit Coadiutor conferre Be-
neficia, nec poterit ea, quæ facile geri poſ-
ſunt ab Epiſcopo, ſuſcipere, Barboſ. *L. 1. cap.
15. n. 52. ubi ſupra.*

(k) *Ut omnia ferè illi concedantur.*

Sed clarius apparebit, quouſque extendatur Juriſdictio Coadiutoris cum futura ſucceſſione, ex declaratione Cardinalium emanata in Sacra Congreg. Rituum 31. Juli. 1591. quam refert *Gaugian. in diverſ. Jur. Can. Rub. 7. cap. 6.* quam *Tondutus Q. Q. Benef. cap. 1. p. 2.* ad

16 hæc pauca contraxit — *Coadiutores dati cum futura Succeſſione non poſſunt Eccleſiam ingredi pontificaliter, nec Crucem ante ſe deferre; Abſente Principali, Cappa uti poſſunt, eo verò præſente, debent deferre mantellectum, & Rocchettum; nunquam tamen mozzetta, & Rocchetto, etiam abſente Coadiuto, uti poſſunt. Dum verò celebrant, tenentur Canonici illis adſiſtere; Cum celebrant, confeſſionem faciunt: & in fine miſſæ ſolemnis populo benedicunt: Dum per Civitatem incedunt benedicere poſſunt de licentia tamen Coadiuti: Obviam ei ire tenentur Canonici, eoſque redeuntes uſquè ad Januam Eccleſiæ comitari dum Pontificaliter accedunt. Indulgentias tamen non elargiuntur, niſi nomine Coadiuti.* Atque idcircò Coadiutores cum futura ſucceſſione vocantur Prælati, ut docet *Blenian. ubi ſupra*, nec ſunt tamen Titulares; Quia duo Titulares non dantur *c. cum non ignores de Præb.*

Iſtæ Coadiutoriæ cum futura ſucceſſione non

17 pugnant cum Sacrorum Canonum diſpoſitione, *can. petiiſti 7. q. 1. can. cum autem ibi.*

Neque obſtat *Trid. ſeſſ. 25. de Reform. cap. 7.* ubi nemini permittit tales concedere Coadiutorias; Nam cum a tempore *Xyſti V.* tales conceſſæ fuerint Coadiutoriæ, & tempore *Clem. VIII.* concederentur in Dignitatibus, canonicatibus, & Portionibus; Et tempore Pauli *V.* paſſim quoque admitterentur, etiam abſque literis Capitulorum, ſeu Epiſcoporum; evidens ratio concilii eſt, Quia Concilium Trident. excipit *niſi, cauſa diligenter cognita, aliter Pontifici viſum fuerit*, ut notat *Garcias 4. Part. cap. 5. n. 3.*

Illud Poſtremò de munere talis Coadiutoris eſt obſervandum, quod olim quidem tales Coadiutoriæ dabantur, ut eſſent Paſtoris feſſi levamen, at nunc talis Coadiutor datur etiam vegeto, & robuſto Epiſcopo, & ex familia eligitur ad perpetuationem Beneficii inter conſanguineos *Gonz. in cap. fin. de cler. ægrot. in fin. n. 7.*

(l) *Ad Capitulum non devolvatur.*

Hoc traditur a *Fagnano, in cap. quia diverſitatem de Conceſſ. Præb. n. 32.*

Contrarium videtur deduci, *ex cap. pen. de ſuppl. neglig. præl. in 6.* per quem traditur, *Quod ſi Epiſcopus a Paganis aut Schiſmaticis capiatur, non Archiepiſcopus*, ſed *Capitulum miniſtrare debebit*; Et tamen ex Cauſa captivitatis datur Coadiutor, ut iam oſtendimus.

Ego puto in hoc textu tractari de Eccleſiis valdè remotis a Sede Apoſtolica, quibus ut Capitulum miniſtret expedit, donec per Sedem Apoſtolicam alium contigerit ordinari: Nec placet Gloſſa, quæ Capituli adminiſtrationem putat iniri Titulo Mortis Civilis, qualis eſt captivitas, quæ æquiparatur morti naturali *L. res Uxoris 9. de Don. inter V. & Ux.* & ſicuti cum vacat Eccleſia per mortem naturalem, Capitulum ſuccedit, *cap. Eccleſia ib ita*, & ſequuta morte Civili; Capitulum legitimè ſubire Officium Epiſcopale exiſtimat Gloſſa; ſed perperam.

(m) *Neque a Reſidentia liberat.*

Id fusè lateque a Barboſa demonſtratur, *Apoſt. Deciſ. coll. 173. n. 6.*

[n] *Ex proventibus Eccleſiæ.*

Plerumque ſolet in Coadiutoriis cum futura ſucceſſione poni clauſula: *Quia partes ita conſ- 18 venerint, quod Coadiutor non poſſit petere congruam; nec quidquam exigere ratione Coadiutoria*: Quo caſu nihil poterit petere Coadiutor *Garcias 4. part. cap. 4. n. 145.* Ceterum regula eſt, Coadiutorem ſuſtentandum eſſe ex Proventibus Eccleſiæ, cui inſervit; ex ratione tex. *in cap. cum ſecundum de Præb. in cap. 3. de cler. ægrot.*

Non tamen hinc inferas Coadiutoriam eſſe Beneficium; At multis id inferre placet, Quia Coadiutoria reditus habere videtur ob ſacrum miniſterium:

Et certè ſi Coadiutoria eſt Beneficium, multa inferre licebit. Quippe Coadiutor ad Titulum Coadiutoriæ, poterit ad Sacros ordines aſcendere: poterit gaudere menſibus datis ad quietem: obligabitur Canonicas horas recitare; Quid ergo dicendum eſt?

Statuendum ac defendendum pro Concluſione, majoribus interpretum ſuffragiis recepta, ne ipſam quidem Coadiutoriam cum futura ſucceſſione eſſe Beneficium.

Hanc Sententiam tuetur *Mancinus diſſ. 5. t. 5. Garcias de Benef. 4. part. cap. 5. n. 123. Petrus Gregor. de Benef. cap. 11. n. 2.* Noviſſime *Ventriglia Tomo 2. Ann. 13. § un. n. 36. 37. & ſeq. Barboſ. de Jur. Eccl. l. 3. cap. 10. n. 40.* Solumque in hoc Coadiutoria æquipollet Beneficio, ut Clericus in minoribus ſine requiſitis gaudeat Privilegio fori *Cardin. de Luca in adnot. ad Concil. Trid. diſcur. 24. n. 15.*

Probatur Conclusio noſtra. Quia Beneficiarius, Prælatuſque is propriè dicitur, qui liberam omnium redditùum habet adminiſtrationem *cap. cum nobis in fine de elect.* Atqui Coadiutor ſolum de Redditibus Eccleſiæ eatenus percipit, quatenus ſuſtentationi ſufficiunt, Non ultra: præterea; Jus habet, recipitque a

Digitized by Google

manu Prælati quaſi operis ſui mercedem, *cap. de rectoribus de cler. agr.* Unde Titulum non habet: ſed miniſterium ſimplex.

Probatur II. *Ex cap. paſtoralis, de cler. agr. in 6.* ubi Coadiutores meri dicuntur auxiliatores, & veluti executores Epiſcopalis muneris, & ideo, ſicuti œconomus, non dicitur obtinere beneficium: quia ſimplex procurator eſt, *cap. 2. de Capellis Mon.* Ita neque Coadiutor; ſiquidem magna eſt inter utrumque ſimilitudo; uterque eſt adminiſtrator *l. omnes §. hoc nihilominus C. de Epiſ. & Cler.*

Probatur 3. Quia ſi coadiutoria eſſet beneficium, duo poſſent idem beneficium obtinere: quia dantur uni, eidemque Epiſcopo inter-
24 dum duo Coadiutores, *d. c. paſtoralis, ibi: unus, vel duo.* Atqui non poteſt idem beneficium duobus Clericis conferri *c. un. ut Eccl. Benef.* & beneficium uni datum, ante diſſenſum ejus non vacare, nec alteri poſſe tradi, docetur in
25 *c. ſi tibi abſenti de Præb. in 6.* & beneficium impetratum a pluribus ſub eadem data; ei, qui prius ſe præſentat, tribuitur *c. duobus de reſcript. in 6.*

Probatur 4. Quia, *contra omnem Eccleſiaſticam regulam, vel Inſtituta Patrum eſſe monſtratur*, ut vivente Epiſcopo, in eadem Sede ſit alius Epiſcopus; ita loquitur textus *in c. petiiſti 7. quæſt. 1.*

Probatur 5. Quia per mortem Coadiutoris
26 vacaret beneficium Coadiuti, ſi Coadiutoria eſſet beneficium: quod evidens eſt, quia beneficium vacat per obitum, *c. ſuſceptum de Reſcr. in 6.* Atqui non vacat beneficium Coadiuti per obitum Coadiutoris, ut probatur ex *Deciſ. Pu-*
27 *tei 222. l. 3.*

Probatur 6. Quia, obligaretur quilibet Coadjutor deferre habitum, & Tonſuram, ex *Conſt. 30. Xyſti V.* de qua *Garcias in 7. part. cap. 1. n. 15.* quod tamen non requiritur, cum interdum non deſerviat Eccleſiæ, ſed tantum ad bona menſæ adminiſtranda datus fuerit, & ſine futura ſucceſſione. Imò licet Coadiutor cum ſpe ſuccedendi, jus habere videatur ad beneficium, & hoc ſufficere videretur ad obligationem hanc inducendam deferendi habitum, per tradita a *Garcia n. 101. ib.* nihilominus apud eumdem eſt Declaratio Congr. Concilii *die 4. Februarii an. 1503.* in qua ſic legitur: *Coadiutor cum futura ſucceſſione non dicitur Canonicus, nec habet Jus Canonicatus.* Plura alia tradit Barboſa de *un. jur. d. Lib. 3. cap. 10.* Adhibendæ ſunt moderationes de quibus *Chockier. in ſynopſi de Coadiut. præſertim cap. 13. Lotter. de re benef. Lib. 2. quæſt. 26.* qui *n. 11.* ait, Coadiutorem, factum eſſe beneficium.

SOLVUNTUR OBJECTIONES.

Objic. 1. Habere beneficium nihil eſt aliud, niſi obtinere, jus percipiendi fructus Eccleſiaſticos, etiam in juſta abſentia, vel infirmitate, *c. cum ſciendum de præb. c. 1. de Cler. ægrot. cap. fin. ibid.* Atqui hoc idem Jus habet Coadiutor: nam ægrotans habetur pro præſente, 28
ſicuti beneficiarius quilibet *Rot. apud Peniam die 20. Jun. 1504. Leo in Theſaur. cap. 10. num. 65.* Ulterius Coadiutor ratione ſtudii, aut lecturæ in aliqua Univerſitate, aut ſervitii præſtiti Epiſcopo, aut ratione Officii Sanctæ Inquiſitionis (quæ ſunt cauſæ alios beneficiatos legitime excuſantes) gaudet privilegio, ut 29
in abſentia fructus percipiat, quæ omnia latè probantur a *Garcia ubi ſupra n. 139.* ergo Coadiutoria beneficium eſt.

Reſpondetur, quod licet non procedat ſine controverſia hic articulus; utrum Coadiutor fructus percipiat in abſentia, & infirmitate, nihilominus concedatur; non enim quidquam detrimenti capit ſententia, quam tuemur; Nam reſpondetur lucrari fructus *ex regula ſubrogatorum, & æquiparatorum*, quia ſubrogatus ſapit naturam ejus, in cujus locum ſubrogatus
eſt; non enim ita lucratur fructus, quaſi ha- 30
beatur pro principali quia cum fingatur locum tenere Coadiuti principalis; ſi in hoc quoque
eum deberet repræſentare, duæ fictiones circa 31
idem concurrerent, contra text. *in l. 1. C. de Dot. promiſ.* Atque adeo verum eſt id procedere *ex regula ſubrogatorum*, ut ſi Coadiutus fuerit excommunicatus, non lucretur Coadiutor, neque faciat fructus ſuos, *c. paſtoralis §. verum de appell.* & ita fuit reſolutum *in una Salmaticenſi 20. Jun. 1504. Gonz. Gloſſ. 5. §. 9. n. 113.* Chockier. *ubi ſupra cap. 16.*

Obiic. 2. Si Coadiutoria non eſſet beneficium, Coadiutor eſſet ſimplex procurator; ſed hoc eſt falſum, quia cum procurator, *ex gr.* ad eligendum, non poſſit alium ſubſtituere *c. pen. §. porro de elect. in 6.* nihilominus po-
teſt Coadiutor alteri committere vices ſuas *ex* 32
d. c. pen. ergò non erit procurator.

Reſpondetur, quod reipſa Coadiutor non eſt procurator, quia non agit nomine Coadiuti, ſed nomine proprio ex traditis per *Innoc in c.*
fin. de procur. Chockier. ubi ſupra cap. 12. un- 33
de etiam Coadiutor Sacris ordinatus habet & vocem in capitulo, licet Coadiutus non eſſet Sacris initiatus; *Clem. ut ii de ætat. & qual. Garcias ubi ſupra n. 84.* & ideo fit, ut Coadiutor ſerviens Coadiuto, non debeat exire de Capitulo, in quo peragitur de negotio Coadiuti: quia non inſervit omninò nomine Coadiuti; licet eum repræſentet. Unde poterit ſuf-
fragium ferre in electione Præbendæ, quam 34
petat Coadiutus, *Garcias num. 115.* veruntamen eſto, quod Coadiutor ſit procurator, non eſt

tamen

Digitized by Google

tamen procurator ad certum negocium, ſed generalis, & ideo poterit ſubſtituere, *c. 1. §. fin. procurator in 6.*

Obiic. 4. Conſtitutio 30. *Xyſti V.* quam ponit, & explicat *Vivaldus in fine Candelabri aurei*, ubi ad obligationem tonſuræ ſufficit habere Jus ad beneficium; tale autem Jus cum habeat Coadiutor cum futura ſucceſſione, proinde talis Coadiutoria eſt beneficium.

Reſp. ex hoc probari potius, quod non habeat Beneficium; & ideo diverſa ſunt habere Jus in illo, & Jus ad illud; at Coadjutor non habet Jus in illo, quod eſt proprium beneficiati, *c. cum ſecundum de Præb. Nau. in. c. ſi quando de Reſc. prælud. 5. & excepto 11. n. 7.* & extat hac de re declaratio *apud Garciam n.* 95. *Barboſa de Un. Jur. Lib. 3. cap. 10. n.* 49.

Obiic. 5. Omnes Theologi ſentiunt, Coadjutorem obligari, ad horas Canonicas; ſed horæ Canonicæ recitandæ ab illis omnibus, qui habent Beneficium, *cap. 1. de celebr. miſſ. Concil. Lateranen. 5. ſeſſ. 9. in Bull. de reform. Curiæ cap. 3.*

Sed reſp. quod licet plerique duxerint, Coadiutorem ad Horas Canonicas obligari, veluti *Medin. q. 7. de Or. Navarr. c. 140. n. 8. Vega 1. part. 128. Acoſta de Andrada ad Bull.*
35 *Cruciat. q. 55. Suarez. tract. 3. de rell. L. 4. cap. 27. n* 5. Ego tamen puto, nullum Coadjutorem ad horas canonicas obligari. Nec enim datur ad id Coadiutor, ſed ad reſidendum, & exercendum; neque horæ canonicæ recitatæ per Coadiutorem eximerent ab hac obligatione Coadiutum ut defendit *Azor. l. 10. c. 4. 1. quæſt.* ſequitur Suarez mutata ſententia *tom. 1. 2. de rell. tract. 4. l. 4. c. 12. n.* 18. dicens ita declaratum fuiſſe a Paulo V. in quodam Brevi anno 1607. *Chockier. ubi ſupra cap. 13. n.* 9.

Obiic. 5. Beneficiatis dantur duo menſes, quibus a reſidentia eximuntur, ut conſtat ex Trid. *ſeſſ. 25. c.* 1. at menſes iſti dantur etiam Coadiutori, ut probat *Garcias n.* 60.

Reſp. quod idem paulo poſt affirmat, quod
36 ſi duos menſes Coadjutus non conſumpſerit animi gratia, utique permiſſum erit Coadjutori evagari extra reſidentiam; Quare potius deducitur contrarium, ut fuit reſolutum *in una Salmaticenſi apud eumdem n.* 78. quia duo menſes, aut uni, aut alteri conceduntur, aut Coadjuto, aut Coadiutori.

[*o*] *Aliis.*

De Coadjutoribus inferioribus.

Datur enim cuicumque rectori Eccleſiæ habentis curam Animarum *c. de rectoribus de Cler. ægrot. c. tua nos ib.* Datur Archidiacono *c. Conſultationibus de Cler. ægrot.* Datur
37 Canonico, habentique Dignitatem *Gonz. in c. fin. h. tit. n. 4. Mandoſ. in Praxi ſignaturæ Gratiæ Coadiutoria.* Datur Vicario Parochi, de quo *Fagnanus* diſputat, an poſſit intereſſe Matrimonio in *cap. quod a nobis de Clandeſt. diſp. n. 32. Chockier. ubi ſupra cap. 6.*

[*p*] *Poterit.*

Quandonam ſine Pontificis auctoritate aſſignetur Coadiutor?

Diſtinguitur inter Coadiutorem cum futura
ſucceſſione; & inter Coadiutorem datum ad 38
tempus. Nam cum futura ſucceſſione Coadiutor per Epiſcopum deſignari nequit, ſed a ſolo Pontifice, *Trid. ſeſſ. 25. cap. 7. c. de rectoribus, c. fin. h. tit.* Ad tempus verò deſignari poteſt etiam ab Epiſcopo, aliove ſuperiore, qui ſoleat Beneficium conferre, *Gonz. n. 5. ubi ſup.*

[*q*] *Habet Coadjutores.*

De Cardinalibus.

Quod etiam Cardinales ſint Pontificis Coa-
diutores, traditur ab Innoc. in *c. per venerabi-* 39
bilem qui fil. ſint leg. dum ait: *ſunt autem Sacerdotes Levitici generis fratres noſtri, qui nobis jure Levitico in executione Sacerdotalis Officii Coadiutores exiſtunt.* De his multa ſcripſit *Choerius*, aliique pene innumerabiles. Nos breviter, ne excedamus leges adnotationis; videbimus nunc primo de origine Cardinalium: ſecundo de numero: tertio de Dignitate: quarto de Privilegiis eorumdem.

Ad originem quod ſpectat; Cardinalium *Emi-*
nentiſſimorum dignitas, una cum Eccleſia, & 40
nata eſt, & adolevit, ut oſtendit *Cantelius Metropolitan. Urb. hiſtoria Tom. 1. diſſ. 5. cap. 5.* Bellarminus autem *apol. in Regem Angliæ c. 4.* pro axiomate, & principio ponit, Cardinales eſſe vel Epiſcopos, vel Presbyteros, vel Diaconos, qui ſunt Ordines, graduſque majores. Hac diviſione poſita, aditus aperitur ad originem detegendam. Poſt Neronis igitur incendium Romana Urbs in ſeptem fuit diviſa regiones. Evariſtus Pontifex, qui tertius a Petro ſedit, ad recte fideles gubernandos Urbem diviſit in regiones 14. in earum ſingulis eſſe ſtatuens Eccleſiam Baptiſmalem proprio titulo decoratam, quæ, & *Paræcia*, & *Diæceſis*, & *Titulus* vocabatur. Jam vero ille Presbyter qui unamquamque baptiſmalem Eccleſiam regebat, Cardinalis cæpit appellari: vel quia verbum *Cardinalis* continet ſignificationem *Excellentiæ*, & *Præſtantiæ*; unde virtutes Cardinales ſunt *primæ virtutes*; vel quia, prout obſervat *Bellarm.* ipſæ Eccleſiæ Baptiſmales vocabantur *Eccleſiæ Cardinales*; Nec eſt à verò alienum, ut nomen Eccleſiarum translatum fuerit ad earum Rectores. Origo Cardinalium Diaconorum eidem diviſioni Eccleſiarum adſcribenda; Fabianus enim Pontifex, creſcente copia baptizatorum, voluit auxilio eſſe Præsbyteris etiam Diaconos: unde ex 14. illis Eccleſiis duas ſingulis

Dia-

Diaconis adſcripſit, cum ſoli eſſent ſeptem Diaconi, juxta numerum antiquitus ab Apoſtolis preſcriptum. Eorum officium eſſe debebat, recipere oblationes, diſtribuere Elemoſinas, Sanctorum Martyrum corpora curare. Exipſis autem primum antiquiorem Diaconum electum conſenſu populi, Cleri, & Pontificis; Archidiaconum, & Cardinalem vocare cæperunt. Ut vero ad Originem Cardinalium Epiſcoporum gradum faciamus; Noviſſimi omnium Epiſcopi Cardinales cognomen habuerunt. Quare ut Cardinales illi dicerentur manavit origo ex conſuetudine, quæ Romæ erat ut ſeptem ex vicinis Epiſcopis Laterani vel celebrarent, vel Romano Pontifici celebranti miniſtrarent; ideoque Cardinales cæperunt dici, quaſi Principales Epiſcopi. Primus eſt Epiſcopus Hoſtienſis, qui conſecrat Pontificem Electum: Secundus Epiſcopus Sylvæ Candidæ: Tertius Portuenſis: Quartus Sabinus: Quintus Præneſtinus: Sextus Tuſculanus: Septimus Albanus.

Conſiderata jam Origine, deinceps inquirendum de numero. Et quod attinet ad Presbyteros, numerus eorum ad hæc uſque Tempora in ſolis 28. conſiſtit, licet olim juxta numerum Eccleſiarum 14. eſſent: Sed Marcellus Pontifex eidem Eccleſiæ plures quoque Titulos aſſignavit, & Presbiteros, unde Cardinalis S. Angeli in Piſcina, S. Nicolai in Carcere; Et accedit quod ut habetur *ex libro Cameræ Apoſtolicæ*, Romæ fuerunt conſtructæ *Baſilicæ* quinque Parriarcales ad repreſentandum Orbem univerſum in una Urbe: Prima eſt *Baſilica Lateranenſis* pro Patiiatca Occidentis: Secunda eſt *S. Petri in Vaticano* typum gerens Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ: Tertia *S. Pauli extra muros via Hoſtienſi* ad ſignificandam Eccleſiam Alexandrinā: Quarta eſt *Baſilica S. Mariæ Majoris* deſignans ſeptentrionem, vel Eccleſiam Antiochenam: Quinta eſt *Baſilica S. Laurentii extra muros via Tiburtina* meridiem referens, ſeu Eccleſiam Hieroſolimitanam quæ omnes illo diſticho ſolent explicari.

Paulus, virgo, Petrus, Laurentius, atq. Joannes.
Hi Patriarchatus nomen in urbe tenent.

Jam vero ſingulis ex his quatuor *Baſilicis* ſeptem Presbiteri Cardinales aſſignati fuerunt, qui 28. numerum explent.

Quod ſpectat ad numerum Diaconorum: antiquitus Diaconus Cardinalis erat unus; Sed poſtea cum in illis 14. *Eaptiſmalibus* alii, aliique Diaconi poſiti fuiſſent, antiquior cujuſque Eccleſiæ illius cæpit Cardinalis vocari, & juxta numerum *Baptiſmalium* 14. Diaconi recenſentur. His poſtea 4. additi ut Pontifici in Lateranenſi *Baſilica* miniſtrarent, ideo ad 18. excreverunt.

Quod attinet ad numerum Epiſcoporum: hic præfixus fuit uſque ad 7. interim tamen Romanus Pontifex talem numerum augere, & minuere poteſt; Nam licet in Concilio Conſtantiæ cautum fuerit, ne plures quam 24. Cardinales ſimul viventes eſſent; Primus Papa Xiſtus 4. numerum amplificavit Alex. *VI.* uſque ad 53. *Leo* X. uſque ad 63. Paulus *IV.* uſque ad 70. Et econtrario ad eam paucitatem deducti erant aliquando, ut in Creatione Nicolai *III.* ſoli ſeptem inventi sint.

Poſt hæc videamus de Cardinalium Dignitate. Et quoniam *D*ignitas eſt Præminentia cum Juriſdictione, hæc numquam mediocris fuit apud Cardinales: ut probat *Fagnanus*, fuerunt enim exemplo Apoſtolorum inſtituti, qui Criſto D. in terris tamquam Pontifici aſſiſtere videbantur ut notat *Jacobatius de Conciliis l.* 1. *n*, 252. *Loterius de Re Benef. l.* 2. *queſt.* 8. Si ulterius indumenta reſpicias, quibus decus augeri solet, & Dignitas: ſed et *Bonifacius III.* extulit Cardinales, uti Senatores Urbanos. *Innoc IV.* anno 1044. decreto ſanxit, ut equo inſidentes, rubro uterentur Galero; Paulus *II.* veſtem Coccineam Cucullo inſignem dedit.

Pars altera Dignitatis eſt Juriſdictio Hæc olim exigua, nam Pontifex plura negocia in Conciliis Romanis expediebat, & ejus electio ad Clerum, & populum ſpectabat: ſed poſtea cæperunt in Conſiſtorio Eccleſiam univerſalem cum Pontifice adminiſtrare: cæperunt electores eſſe Pontificis, tradita illis poteſtate in Concilio Romano a Nicolao *II.* in *c. Si quis pecunia* 79. *diſt.* jamque prima ſubſellia occupant in Conciliis ante Epiſcopos, narrat *Cabaſſ. in not. Concil. Lugd. & Flor.*

Supereſt percurrere eorum quoque privilegia. Hæc verè maxima ſunt, & plurima. *I.* eligunt Pontificem: *II.* ſolus Cardinalis eſt Legatus a Latere, hoc eſt *Legatus* repræſentans ipſum Pontificem, hoc eſt e *Latere* Papæ deſumptus *c. decreto* 2. *q.* 6. *III.* ſi velint Cardinales condere *Teſtamentum*, poſſunt in ſimplici ſchedula, ſuo ſigillo obſignata, ſine teſtibus, & nihilominus vim habeat Teſtamenti, idque cæpit Greg. *XIII.* Cardinali ruſticano concedere *de Luc. diſcurſ.* 6. *de Teſt.* & narratur in *decis.* 713. *part.* 1. *recent. IV.* ſi Religioſus fiat Cardinalis, eximitur a voto Paupertatis *c. ſtatutum* 18. *q.* 1. *V.* à ſententiis Cardinalium non datur appellatio *Azor. p.* 2. *l.* 3 dummodo a ſolo Collegio prolatæ sint, ut moderatur *Bejerlinch verbo Cardinalis*.

Pro Coronide ſciendum eſt, idem *Cardinalis* nomen alio quòndam ſenſu uſurpatum fuiſſe ab antiquis Canonibus, nempe pro præcipuo, & primario Epiſcopo *can. relatio can. illud* 21. *q.* 1. *can. paſtoralis* 7. *q.* 1. Et interdum hoc nomen ſignificabat Canonicos Cathedralis Eccleſiæ: Unde Leo Papa *in cap.* 2. *de Off. Arch.* hæc habet: *miniſterium Archipresbyteri in eo conſtituitur, ut diligenti cura provideat miniſterium Sacerdotum Cardinalium*. Similes textus *in cap. fraternitatem* 71. *diſt. in can. Præſul* 2. *q.* 5. *in can. a Subdiacono* 93. *diſt.* Apud 39
Hiſpanos in celebri Eccleſia Compoſtellana ſunt Dignitates, quę appellantur Cardinali-

tiæ, ex conceſſione Paſchalis, temporibus Alphonſi VII. Caſtellæ Regis, & D. Didaci Gelmires *Covar. in Theſauro verb. Cardinal Volater. in Antropolog. L. 22. in Vita Inn. IV. pag. 255.*

(a) DE RELIQVIS IN GRADU SUBLIMIORE CONSTITUTIS.

TITULUS. XVIII.

POST Epiſcopos Sermo convertendus ad Clericos, qui præſtant cæteris, vel ratione Dignitatis, vel Officii, vel Perſonatus.

Dignitas (*b*) eſt Præeminentia cum Juriſdictione; Maximam Juriſdictionem habebat olim poſt Epiſcopum Archidiaconus (*c*) in Temporalibus, non mediocrem Archipresbyter in ſpiritualibus (*d*) ſed temporum decurſu, juſta [*e*] urgente cauſa, utriuſque auctoritas immigravit (*f*) in Vicarium generalem, eiſque ſolum adhuc ſuperſunt pauca antiquæ facultatis veſtigia. (*g*) Fungitur ergo Vicarius (*h*) generalis Juriſdictione tam in Spiritualibus, quam in Temporalibus, non tamen exequitur quæ a mera Gratia [*i*] dimanant, & quæ (*l*) flagitant ſpeciale mandatum Epiſcopi. Poteſt nihilominus conſtitui ſeparatim unus Vicarius ad Temporalia, alter ad (*k*) ſpiritualia; Quin etiam deſignari valet aliquis ut gerat Epiſcopi vices in quadam parte Diœceſis, qui recte foraneus (*m*) Vicarius dicitur; Nec vero hic parùm a generali differt; nam ille [*n*] ordinaria preditus Juriſdictione unum [*o*] cum Eiſcopo Tribunal habet: hic autem (*p*) delegata Juriſdictione utitur: Plures (*q*) Vicarios generales creare non prohibetur Epiſcopus in ſua Dięceſi, qui ſolidam quidem habebunt poteſtatem, ſed ſingula per pręventionem ſeorſim agent. Sed ultra Epiſcopos, Vicarium habere poteſt etiam Capitulum [*r*] Sede vacante: & Parochus [*ſ*] nonnunquam, ubi ſuum officium commode exequi impeditur.

Sunt quoque in Dignitate poſiti complures alii, Abbates (*t*) videlicet Sæculares, & [*u*] Regulares, maximè ſi fuerint ab Epiſcopo benedicti. (*x*)

Præpoſiti (*y*) quoque Dignitate prękulgent, cum in Cathedralibus aut Collegiatis, aut conventualibus Eccleſiis exiſtunt; vel cum eis ſubeſt Clerus, & Cappellæ. Quamquam vix certa regula tradi poſſit: cum multum valeat cujuſque Eccleſiæ conſuetudo.

Simi-

Digitized by Google

Similiter, cum diſtinctione diſſerendum de Decanis, [z] qui in Cathedralibus ſubrogantur in locum Archipresbyteri, potiuntur enim jure Dignitatis. Nam tamquam ſubrogati eadem poſſunt, quæ Archipresbiteri.

Plebanus, [*aa*] & Prior an ſint in Dignitate magis ambigitur Hic quoque diſtinctione præcurrendum, nam ſi reſideant in Collegiata, regunturque ab illis plures Capellarum Rectores: gradum tenere Dignitatis cenſendum; At extra Collegiatam Plebanatus eſt Perſonatus. Priores vero alii ſunt Collegiales, qui Canonicis præficiuntur, & hi ſunt in Dignitate. Alii ſunt Rurales, qui per arva Curam gerunt animarum: hi non ſunt Dignitatis honore conſpicui.

Atque his omnibus in Dignitate poſitis aggregari debet etiam (*bb*) Primicerus, quod illi apparet Juriſdictio conceſſa in *c. perlectis* 25. *diſt.*

Supereſt (*cc*) Officium, & Perſonatus. Officium eſt ſimplex adminiſtratio ſine Juriſdictione quod habet Sacriſta, (*dd*) cui incumbit cuſtodia ſacrorum vaſorum, & totius theſauri Eccleſiæ, nec non quæ ad luminaria pertinent, ſive in cera, ſive in oleo. Et Officium habet (*ee*) Cuſtos, ad quem ſpectat cura utenſilium: luminaria accendit, & extinguit, certiſque horis Campanas pulſat.

Perſonatus (*ff*) eſt ſola Præminentia ſine adminiſtratione, quem habent Præpoſiti, Decani, & Plebani.

SUMMARIUM.

GLoſſa vocat Parochos Inferiores Prælatos. 1.
Definitio dignitatis. 2.
Dignitas interdum pro ſola fama accipitur. 3.
Quinque dignitatum Gradus referuntur. 4.
Dignitatis Eccleſiaſticæ requiſita. 5.
Dignitas ſine Poteſtate, dignitas eſt honoraria. 6.
Dignitatem habens cum adminiſtratione præfertur hac carenti. 7.
Dignitatis nota, & ſigna. 8.
Magna Poteſtas olim Archidiaconi. 9.
Archidiaconi quodam abuſu erant Judices exceſſuum Epiſcopi. 10.
Eodemque abuſu corripiebant Metropolitanos. 11.
Et ſedebat in ipſo Papali Throno ut contigit eadem temeritate. 12.
Archidiaconus Synodos ſuas celebrabat. 13.
In eadem Eccleſia plures eſſe poſſunt Archidiaconi. 14.
Archipresbiter apud Græcos Protopapa vocatur. 15.
Protopapa legebat Evangelium in Imperatoris coronatione. 16.
Protopapa his Temporibus ubi ſit? 17.
Archipresbiter curam Animarum cum ſumma Juriſdictione exercebat. 18.
Archipresbiter, & Archidiaconus ſunt Vicarii nati. 19.
Utriuſque olim immoderata elatio. 20.
Plura ex hiſtoriis de Archidiaconi temeritate. 21.
Archidiaconi injuria ſibi fieri putabant ordinari ad Sacerdotium. 22.
Archidiaconi Eucharistiã antè Epiſcopum ſumere præſumebant. 23.
Ex ſuppreſſione Utriuſque, Juriſdictionis originem duxit Vicarii Generalis officium. 24.
An aliqua Juriſdictio hodie ſit Archidiacono, & Archipresbitero reſervata. 25.
Quæ exercent adhuc Archidiaconi ex Pontificali traduntur. 26.
Archidiaconus hodie interrogat, an ſint aliqui non Confirmati. 27.
Aliud veſtigium priſtinæ Juriſdictionis Archidiaconi. 28.
Archipresbitero quæ nam hodie competant. 29.
Nomen Vicarii quid ſignificet. 30.
Pontifices habebant Vicarios ſuos. 31.
Exempla Vicariorum Pontificis. 32.
Ex his exemplis intelligitur Textus in cap. dilectus de Exceſſib. Prælatorum notata ejus inſcriptione. 33.

Vicarius gerere nequit quæ ex mera gratia dimanant. 34.
Vicarius non poteſt remittere denunciationes matrimonii ſine ſpeciali mandato. 35.
Neque literas dare dimiſſorias poteſt. 36.
Vicarius ſine ſpeciali Mandato caret auctoritate inquirendi, & corrigendi delicta 37.
Neque præſentatos poteſt ſine mandato inſtituere. 38.
Vicarius unus in Temporalibus alter in ſpiritualibus eſſe poteſt. 39.
De Vicario Foraneo. 40.
An Vicarius ſit præditus Poteſtate ordinaria. 41.
Eadem Juriſdictio penes duos eſſe non poteſt. 42.
Vicarii nequeunt alteri committere ſuam auctoritatem. 43.
Vicarius habet Juriſdictionem Ordinariam. 44.
Reſpond. difficultati. 45.
Pluribuſque aliis ſatisfit. 46.
Epiſcopus poteſt, ſoletque interdum vicarium conſtituere cum facultate ſubſtituendi. 47.
Vicarius, & Epiſcopus Unum Tribunal conſtituunt. 48.
Vicarius Foraneus una cum Epiſcopo idem Tribunal non conſtituit. 49.
Plures Vicarios Generales Epiſcopus poteſt conſtituere. 50.
De Virari deputatione, ad Capitulum quandoque ſpectante. 51
Parochis quibus in Caſibus Vicarium liceat Conſtituere fuſe examinatur. 52.
Abbatis Ethymon. 53.
Abbas Secularis. 54.
Abbates olim Canonici habebant. 55.
Exemplis hiſtoricis declaratur. 56.
Abbates in quibuſdam Cathedralibus ſunt qui nulla ratione præſunt Canonicis. 57.
De Abbatibus Religionum. 58.
Abbas Religionis Olim per Epiſcopum eligebatur. 50.
Abbas electus a congregatione monacorum hodie a Pontificie debet confirmari. 60.
Mox debet benedici. 61.
Benedictio Abbatis explicatur. 62.
Quomodo Benedictio Abbatis celebretur. 63.
Abbates quando nam Mitræ uſum habere cœperint. 64.
Præpoſitus quis ſit, & de Præpoſito Baſtagarum, Brambaricanorum quæ erant Occidentis dignitates. 65.
De Dignitate Præpoſiti an omnes Præpoſiti ea præfulgeant. 66.
Decani qui nam dicerentur. 67.
Decanus in Collegiatis habet ſolum Perſonatum. 68.
Decanatus an ſit dignitas vix abſolutè ſtatui poteſt ex Sententia Caſſanei. 69.
Plebani, & Priores an ſint in dignitate late per diſtinctionem examinatur. 70.
Priores Rurales habere dicuntur Parochialem ſimplicem. 71.
Prior Collegialis præficitur Canonicis. 72.
Non habet præcedentiam Prior ſupra Canonicos Cathedralis Eccleſiæ. 73.
Prior Collegiata eſt Thuriſicandus dum reperitur in Cathedrali duplici ductu Thuribuli. 74.
Priores Conventuales an habeant dignitatem 75.
Priores Conventuales in Gallia Regiæ ſubiciuntur nominationi. 76.
Primicerus quid ſit. 77.
Vox primiceri quid denotet ex hiſtoria clareſcit. 78.
Primiceri munus. 79.
Primiceratus eſt dignitas. 80.
Officium quid ſit. 81.
Sacriſtæ: quis ſit ejus officium, & in quo ab Acolito, & oſtiario differat. 82.
Cuſtodis officium enarratur. 83.
Cuſtodis Officiũ an differat ab Officio ſacriſtæ. 84.
Perſonatus quis ſit. 85.
Perſonatus eſt Beneficium. 86.
Nova Textus intelligentia per Diſtinctionem elegantem. 87.

EXPLICATIONES.

(a) *Rubrica de reliquis in gradu ſublimiori conſtitutis.*

POterat inſcribi hic Titulus: *De reliquis inferioribus Prælatis*, ut ſunt Parochi *Gonz. in c. decernimus verſ. Archiepiſcopi de Iud.*
in not. Gloſſ. in d. c. decernimus, & in c. tua
1 *de Cler. ægrot. & in c. cum Eccleſiarum de*
Offic. Ordin. ut obſervat *Blenian. in ſuis inſt. Can. t 9. l. 25.*

(b) *Dignitas eſt Præminentia cum Juriſdictione.*

Hæc eſt definitio vulgò recepta deducitur ex *c. de multa de Præb.* Sed Baldus *in rubr. ad tit. de Majorit. & Obed.* eam definiuit, quod
ſit *excellens gradus legibus, ac moribus inſtitu-* 2
tus, & comprobatus n. 2. Et auctor ad Herennium *l. 2. n. 241. Dignitas eſt alicuius cultu, & honore, & verecundia digna auctoritas;* Quam definitionem ſequitur *Lucas de Penna in l. obſiſtere C. de Annon. & trib. l. 10.* Sed ſi rectius conſiderentur omnes definitiones in idem recidunt, eumdemque ſenſum habent.

Non poteſt tamen diſſimulari, quod ſolet Dignitas interdum accipi pro ſola *fama*, ut in
l. 3. C. de re mil. l. 11. quandoque pro *condi-* 3
ctione, ut in *l. nepos ff. de V. sign.* pro Ordi-

ne Ec-

Digitized by Google

ne Eccleſiaſtico in c. reperiuntur 1. *q.* 1. pro
Poteſtate *l.* 1. *ff. de Offic. quaſ.* pro publico
honore l. generali C. de decur. L. 10. pro po-
tentia tribota cuilibet à Natura, ot homini
qui eſt dignior qoacumque Creatura *l. juſtiſſi-
me ff de adil. ed.* ut latè per *Caſſana. in Ca-
talog. Glor. mundi* 2. *part. conſid* 1.

Quinque Dignitatom grados inveninntur in
ſæcolaribus Præminentiis, *Illuſtrium ſpectabi-*
4 *lium: Clariſſimorum: perfectiſſimorum: & Egre-
giorum*, & fusè eorum exempla tradit *Panci-
rolus in Notitia utriuſqu Imperii*, de quibus ad
nos agere noo pertinet.

Requiſita igitur Dignitatis Eccleſiaſticæ ſuot,
ut cum Prærogativa adſit adminiſtratio, & Ju-
riſdictio ot notat *Mancinus diſſ.* 5. *c.* 2. *n.* 2. alio-
5 quin ſine poteſtate erit *Dignitas Honoraria* dum-
6 taxat, de qua in *l. fin. C. de Dig. l.* 2. *C. ut
dign. ord. Serv. l.* 12. Et habens dignitatem
com admioiſtratiooe præfertut illis, qui Di-
goitate decorantur ſine adminiſtratione *l.* 2. *C.*
7 *ut dign. ord. serv. l.* 12. *Roccus de offic.* § 1.
n. 21. *Menoch. conſ.* 302. *n.* 45.

Sigoa vero Dignitatis tria ſunt. 1. ut locatus
in tali faſtigio habeat rerum Eccleſiaſticarum ad-
miniſtrationem: 2. ut ſingulari nomioe note-
8 tur ut Archipresbyter, Decanus &c. 3. ut pa-
triæ moribus iovaluerit illud nomen eſſe Di-
gnitatis, ut tradit *Manc. d. diſ.* 5. *cap.* 2.
num. 4.

(c) *Archidiaconus in Temporalibus.*

Ut hoc intelligatór ſatis erit enarrare, quod
olim eo nſque proceſſerat illius Juriſdictio, ut
cum Sacerdotes rantum ſacris Eccleſiæ Miniſte-
9 riis obeundis incumberent, ipſi omnia diſpo-
nerent, omniomque Eccleſiæ negociorum Pro-
curatores erant, & adminiſtratotes: Viſitabant
Eccleſias ſemel quotannis, *c. mandamus de
Offic. Archid.* Erant Judices exceſſuum Presby-
10 teri, ut clarè deducitur ex verbis *Gregorii VII.
in Conc. Rom. c.* 7. ibi *ſi criminosus fuerit
Presbyter, in præſentia Epiſcopi, vel Archidia-
coni diiudicetur* Corripiebaot metropolitanos
evehentes indignum ad gradum Epiſcopalem,
11 uti affirmat Libellus oblatos ſynodo Beryteo-
ſi contra metropolitam Edeſſerum ab ejus Cle-
ricis, de quo Lupus *ad can.* 18. *Concilii Ni-
ceni*; & dom Miletius Antiochiæ Patriarcha
fidem Nicenam è ſoggeſtu prædicaret: Archi-
diaconos, Ariana lepra ſcabioſus, fretus alio-
rom Archidiaconorum audacia, ad eum accur-
rit, & manu admota ejus obtoravit os *Zosim.
l.* 4. *c.* 27. Hic non dum finis; Archidiaco-
nus ex abuſu ſedebat, & ex temeritate in Conci-
12 liis in ipſo Papali Throno, ut contigit in *Sy-
nodo Barenſi* coram Urbaoo II. acta: etenim S.
Anſelmus Cantuarienſis primus in hac Syno-
do ſedere juſſus eſt, juxta Romanum Archi-
diaconum, cui juxtà Papam ſedere moris eſt,
ut ait *Gulielmus. Malbesbergenſis l.* 1. *fol.* 223.

Ulterius ſuas peculiares Synod. celebrabat *Conc.
Colen.* 2 *p.* 14. *c.* 2. Excommunicationis Ceo- 13
ſuram pronunciabar, ut paret ex *c. referente
7. de præb.* & omnem aliam pænam infligebat,
ut ootat *Blenian. pag.* 243. *per tex. in c. du-
dum §. ſed cum Jure de Elect.*

In eadem Eccleſia non repugnat, plures eſſe
Archidiaconos *Bcierl. verb. Archidiaconus, Azor.* 14
lib. 3. *part.* 2. *cap.* 24.

[d) *Archipresbiter in ſpiritualibus.*

Sicut primus Diaconorum Archidiaconus: ita
primus Presbiterorũ Archipresb. eſt. Hunc vocant 15
Græci *Protopapã* nã vox *Protopapa* ſignificat caput
Eccleſiæ: unde & Patriarca Conſtaotioopolitaoos
Protopapa vocatur ut eum dixit Eugeoius in
Conc. Flor. Anno 1438. narrat *Pilaia in deciſ.
Pontif. deciſ.* 10. *n.* 28. Licet otiam Protopapa
to Eccleſia Græca eſſet, qui locum obtinebat
poſt Pattiarcham in Imperatoris Coronatione, 16
legebatque Evangelium, & benedicebat Aquam,
qoa Imperator in die Cænæ lavabat pedes; Ho-
die frequentius *Protopapa* ſignificat Archipreſ-
byterum *Cardinus l.* 1. *c.* 10. & Meſſanæ qoo-
que, his tempotibus eſt Protopapa ot idem 17
Pilaia narrat.

Et quod curam Animarum babereot cum ſum- 18
ma Juriſdictione Archipresbyteri, patet ex *c. fin.
ex c. officium de offic. Archipr.* & *c. cum olim
de re jud.* & Clericos poterant inſtituere præ-
ſentatos a patronis *c. ſuper eo de offic. deleg.*
& ad eos cognitio cauſarum matrimonialium
ſpectabat *c. ex literis de conſang. & affin.*

[e] *Juſta urgente cauſa.*

Cauſa foit utriuſque elatio intolerabilis, quæ
ſe infeſtos reddebant Epiſcopis; Cum .n. eſſent
Vicarii nati, ut eos vocat *Sbrozius de offic. Vi-
car. l.* 1. *quaſt.* 36. *n.* 10. ſuamque Joriſdictio- 19
nem acceptam Epiſcopo non referreot; cæpe-
ruot ab ipſis Epiſcopis præcedentiam repoſce- 20
re *c. Diaconos* 93. *diſt.* Preſertim intumueruot
Archidiacooi, quia præſumebant præeſſe Preſ-
byteris; & ille Talcidius, [de quo apud Ao-
guſtinom, auctor Quæſtionum veteris, &
oovi Teſtamenti, qui *quaſt.* 101. Diaconos æqua-
re Preshyteris contendit] erat Diconus, & de
hac audacia conqueritur D. Hyerooym. *in Epiſt.
ad Evagrium*, his verbis: *Audio quemdam in
tantam erupiſſe vecordiam, ut Diaconos Presby-* 21
teris anteferret. Radices hujus mali hæ fuerunt:
quia in Eccleſia Romana, cum eſſent plures
Clerici, multa exercebant munera Diaconi; &
quia lateri adhærebant Pontificis, & obeſſe, &
prodeſſe multis poterant, ut cooſiderat D. Hye-
ron. *l.* 14. *c.* 48. *Exeth.*

Hinc Archidiacooi iniuriam ſibi fieri pota-
baot, ordinari ad Sacerdotiom; Ita Atius Coo- 22
ſtantinopolitanæ, & Andræas Salonitanæ Ec-
cleſiæ Archidiaconi, quod à ſuis Epiſcopis ad

Preſ-

Preſbyteratum evocarentur, S. Leoni, & Gre-
gorio Magno Pontificibus conqueſti fuerunt,
ſeſe degradari *D. Hyeron. Epiſt.* 56. 57. 58. *&*
71. Quinetiam neque Epiſcopi eſſe volebant;
Et Gregorius Magnus teſte Joanne Diacono *l.*
3. *c.* 7. egentibus Eccleſiis dans Epiſcopos,
ſolis Diaconis parcebat, dabatque Cardinales.
Idemque D. Hyeron. *Epiſt.* 85. affirmat quod
23 in ſolemni ſacrificio, Euchariſtiam ſumere præ-
ſumebant ante Epiſcopum ſacris operantem;
Quæ omnia corrigit *c.* 18. *Conc. Nicæni*. Ta-
lis ergo, tantaque temeritas fuit illa cauſa ur-
gens, a nobis commemorata in Titulo præ-
ſenti.

(*f*] *Immigravit in Vicarium Generalem.*

Hoc plures afferunt, ſed noviſſimè *Emin.*
24 „ *de Luca diſc.* 60. *relat. Romana Curia*, ver-
„ ba ſunt: *Sed cum has Dignitates Archidia-*
„ *conus, & Archipresbyter independenter a Jure*
„ *obtinerent ex adminiſtratione perpetua, & ne-*
„ *ceſſaria frequenter contra Epiſcopum erigebant*
„ *caput, Idcirco paulatim inolevit conſuetudo*
„ *particularis aliquorum Epiſcoporum, quæ de-*
„ *inde facta eſt generalis, ut Epiſcopus apud ſe*
„ *haberet miniſtrum, qui ejus vice multa ad*
„ *utramque Juiſdictionem ſpectantia explica-*
„ *ret; Atque ita evanuit Iuriſdictio, ſeu pote-*
„ *ſtas Archidiaconi, & Archipresbyteri, & ad*
25 „ *quædam pauca redacta eſt.*
Cabaſſ. vero in ſcientia *Can. l.* 1. *c.* 13. *n.*
20. ita loquitur *Hoc tamen liquet multis Iuri-*
bus, & prærogativis, privatos nunc eſſe Archi-
diaconos ob contrariam conſuetudinem.

(*g*] *Pauca antiquæ facultatis veſtigia.*

62 Quæ adhuc exercet Archidiaconus ex Ponti-
ficali colliguntur; nam in ſolemni Ordinatione
Clericorum, poſt ultimum *Kyrie eleiſon*, ſe-
dente in faldiſtorio Epiſcopo, ante Altare
Archidiaconus vocat omnes ordinandos dicens:
Accedant omnes, qui ordinandi ſunt, quibus
ante Altare coram Pontifice genuflexis, et in
modum coronæ diſpoſitis, Archidiaconus pu-
blicè interrogat omnes, an ſint aliqui, qui
27 forte non ſint confirmati, nam Epiſcopus eos
Criſmate inungeret. Poſt lectionem ſimiliter
Archidiaconus vocat Oſtiarios his verbis: *Ac-*
cedant qui ordinandi ſunt ad officium Oſtiarii:
& deinceps alios, ut videre eſt in Pontificali
uſitato noſtris Temporibus ad titulum *de Or-*
dinatione. Videtur adhuc reſervatum eſſe Ar-
chidiacono examen Ordinandorum *fer.* 4. *&*
ſequentibus diebus immediatè ante diem Ordina-
tionis, ut præſcribunt Jura in *c. ad hæc in c.*
ut noſtrum de offic. Archid. Sed Piaſecius *in*
praxi p. 1. *c.* 1. *pag.* 57. docet, poſſe Epiſco-
pum etiam aliis viris peritis hoc demandare,
vel ipſemet Epiſcopus examini præſidere. Hoc
tamen certum eſt, quod die Ordinationis Ar-
chidiaconus clara voce monet adſtantem popu-
lum, ut ſi quis impedimentum ſciat ordinan-
di, proponat, & Epiſcopus interroget Archidia-
conum num ſciat ordinandos eſſe dignos, ipſe
vero reſpondit: *Et ſcio, & teſtificor quantum*
humana fragilitas noſſe ſinit ipſos eſſe dignos
c. un. de ſer. in ord. fac. & in Pontificali pa-
tet *in tit. de Ord. Diac. & in tit. de Ord. Præſb.*
Aliud veſtigium priſtinæ Dignitatis eſt, ut
mortuo Epiſcopo, octo diebus uſque ad novi
Vicarii Generalis electionem fungatur auctori- 28
tate generalis Vicarii *cap. ad hæc de Off. Ar-*
chdiac. Cabaſſ ſcient. *can. lib.* 1. *cap.* 13. *Ble-*
nian. pag. 243.
Sed non minus quædam priſtinæ auctorita-
tis reliquiæ in Archipresbytero elucent; *Man-* 29
riquez de Præced. q. 11. *n.* 2. *Fulin. in rubr. de*
Maior. & ib. n. 20. Nam factum facit Solem-
ne in Epiſcopi abſentia *c.* 1. *de offic. Archipr.*
& ibi Gonz. verb. Miſſarum ſolemnia.

(*h*) *Fungitur ergo Vicarius generalis.*

Quid ſignificet hæc vox *Vicarius* tradit in
comment. ad hunc tit. mira eruditione con- 30
ſperſis *Gonz.* cui addo, quod Vicarius vices
gerit alienas. Unde *Vicaria* mors dicitur quæ
pro altero ſubitur; Quintil. *in Gladiatore*;
Una fingitur coniux, quæ iam perituri Vitam
mariti Vicaria morte ſua redemit, & Hor 2.
Serm. ſatyr. 7. *vers.* 79. *ſive Vicarius eſt, qui*
ſervo paret, uti mos; Et ideo qui loco præfe-
ctorum Diœceſes regebant, Præfecturam vicariam
agere dicebantur docent *Rutilius de Britanniæ*
Vicario.
Qua Præfectorum vicibus frænata poteſtas.
Perpetuum magni fænus amoris habet: & hoc ſibi
volunt illi Vicarii *Ponticæ Thraciæ*, *Vrbis*
Romæ, *Illirici Occidentalis*, *Africæ*, *Hyſpania-*
rum, Galliarum, *& Britanniæ*, de quibus in
l. ult. C. de diverſ. Offic. & latè apud Pan-
cirolum *in notitia dignitatum*.
Sed & Pontifices habebant vicarios ſuos nam
anno 545. *Vigilius* Papa vicariatum ſuum per 31
Gallias conceſſit Auxiano Epiſcopo Arelatenſi,
conceſſo etiam uſu Pallii; Tribuit autem ei
poteſtatem convocandi Synodum omnium Epiſ- 32
coporum Galliæ, ut patet *ex Epiſt. Vigilii ad*
Gallos. Poſt obitum Auxiani idem Pontifex
*V*icariatum ſuum Sapaudo Arelatenſi tribuit
Pelagius 1. anno 595. Gregorius Magnus digni-
tatem *Vicarii* continuavit in *V*igilio Epiſcopo
Arelatenſi *Gregor. l.* 4. *Epiſt.* 50. Nec ſolum in
Gallia Pontifex habuit ſuos *Vicarios*, ſed etiam
in Urbe Roma Vicarium habet, cui commit-
tit ſuam Juriſdictionem in his, quæ intra, &
extra Urbem ſunt uſque ad 40. milliaria, ha-
betque Juriſdictionem tamquam Epiſcopus, *Pe-*
trus Gregorius l. 47. *in Syntagm. c.* 35. de quo
Vicario eſt text. *in c. delectus de exceſſ. prælat.*
Cobelluti in notitia Cardin. c. 35. taliſque *Vi-* 33
carius

carius hodie eſt Cardinalis; Et ſimilem *Vica*rium, ſeu *Legatum* in *Urbe* Pontifex relinquit, dum extra *Urbem* moratur *Cobel. d. c. 35.* Quæ omnia dicta ſunt exempli loco ad intelligentiam appellationis Vicarii.

[*i*] *Non tamen quæ ex mera Gratia dimanant.*

Hanc regulam deducimus à *Garcia 5. part. c.* 8. *n.* 46. & multa hinc inferuntur; *I.* infer-
34 tur vicarium ex generali mandato diſpenſare
non poſſe in irregularitate, & ſuſpenſionibus
ex delicto occulto deſcendentibus ſed ſpeciale
mandatum requiritur docet *Garcias ubi ſupra*
num. 48. *II.* infertur quod vicarius non poterit
35 remittere denunciationes ad Matrimonium
rite contrahendum neceſſarias, ſed erit neceſ-
ſaria ſpecialis commiſſio, idem *Garc. n.* 50. fal-
ſum tamen docet *Menoch. in conſ.* 69. *n.* 55.
lib. 1. talem commiſſionem ab Epiſcopo non
poſſe tradi. *III.* infertur vicarium non poſſe
ſine expreſſa Epiſcopi conceſſione, literas ad
Ordines dare dimiſſorias *c. cum nullus de tem-*
36 *por. Ord. in 6.* Limitatur hoc tamen niſi con-
tigerit, Epiſcopum in remotis agere, ut eſt
in fine hujus Conſtitutionis.

(*k*) *Et quæ flagitant ſpeciale mandatum Epiſcopi.*

Id colligitur ex *c.* 2. *& fin. de Offic. vic.*
in 6. in quibus Bonifacius *VIII.* ſtatuit, quod
vicarii non habent inquirendi poteſtatē, corrigen-
di, aut puniendi aliquorum exceſſus, nec poſſunt
37 quoſquam à ſuis *Beneficiis*, Officiis, vel admini-
ſtrationibus amovere, transferreque, niſi ſibi
ſpecialiter hæc committantur; Et cum in ge-
nerali conceſſione non præſumatur commiſſum,
ut aliquis donet, idcirco vicarius generalis ſine
ſpeciali mandato *Beneficia* nequit conferre, &
plura alia videnda apud *Cucum in ſuis Inſt.*
Can. l. 2. *tit.* 8. *n.* 18 cui addo, neque poſ-
38 ſe Epiſcopi vicarium reſignationes recipere, ne-
que inſtituere præſentatos a Patronis ſine ſpe-
ciali juſſu Epiſcopi *Cabaſſ. l.* 1. *cap.* 13. Scient.
Can.

[*l*) *Alter in ſpiritualibus.*

Quod poſſit ita ſeparari Juriſdictio, & unus
conſtitui vicarius in Temporalibus, alter in
39 ſpiritualibus, tradit Caniſius in *Summ. de of-*
fic. vicar. §. 2. & conſtat ex *c.* 3. *de temp. or-*
din. in 6. ex *c.* 4. *de offic. jud. ord.*

[*m*] *Foraneus.*

Tales officiales ita vocantur in *Clem. & ſi de*
40 *reſcript.* & in *c. Romane de offic. ordin. in 6.*

(*n*) *Ille ordinaria.*

Magna tamen controverſia eſt, an vicarius
generalis ſit præditus Juriſdictione ordinaria; 41
Negat *Goffredus in ſumma de offic. vicar n.* 2.
Alciat. *in rub. de offic. ordin. quinta lud. ſpe-*
cie n. 24. *Morla in Emporio Iuris* 1. *p. tit.* 2.
q. 27. *Molin tract.* 5. *diſp.* 2. *n.* 1.

Et reipſa cum vicarii vices Epiſcopi gerant
c. 1. *h. tit.* cumque Juriſdictio eadem penes
duos eſſe nequeat, ad inſtar dominii, a quo ad 42
Juriſdictionem arguitur *l. qui furem* 10. *ff. de*
ſtat. hom. cum etiam vicarii Jurisdictio morte
Epiſcopi finiatur *c.* 1. *de off. vic in 6.* Cum tan- 43
dem vicarii committere nequeant alteri ſuam
auctoritatem *c. clericos de offic. vic.* Arduum
videtur quomodo vicarii, ſint Judices ordinarii.

Sed communem ſequimur ſententiam, a qua
recedere non debemus. Habet vicarius ordina- 44
riam Juriſdictionem. Ad hoc defendendum ſa-
tis eſt accurate conſiderare, quod licet Epiſco-
pi deſignatione, ac deputatione opus ſit: ta-
men Juriſdictionem non obtinet vicarius ratio-
ne deſignationis, ſed a lege, et Juris permiſ-
ſione derivat Quis enim dixerit, Epiſcopos
carere Juriſdictione ordinaria quoniam eligun-
tur a Capitulo? Quis dixerit Pontificem
non eſſe Ordinarium Ordinariorum quia de-
ſignetur a Cardinalibus? Quis tandem dixerit 45
Legatus aut a latere, aut natos ordinaria Ju-
riſdictione non perfungi licet a Pontifice mit-
tantur, ejuſque gerant vices *c.* 1. *X. de offic.*
leg. Gonz. in cap. v. de off. vicar.

Eodem pacto in *Hiſpania* mos invaluit; ut rectores Civitatum delegarent vicarios ſuos, qui locum tenentes dicerentur: et tamen hi obtinent poteſtatem ordinariam, ut probat *Covarr. l.* 3. *var. reſol. c.* 20. *n.* 4. *prope finem.*

Quod vero in contrarium urgere videtur de
dominio in duobus repugnante, facile refelli-
tur ſi obſtaculum ad exercitium, et exequtio-
nem referatur, quæ ſeparatim eodem tempore
cogitatione comprehenditur. Nec quod morte
Epiſcopi expiret Iuriſdictio vicarii diminuitur
probabilitas communis ſententiæ; nam lex vo-
luit exerceri Iuriſdictionem a vicario dependen-
ter a voluntate Epiſcopi, quæ per mortem
evaneſcit. Nec quoque turbat, quod vicarii 46
alium nequeant vicarium conſtituere. Conce-
datur. Quid inde infers? *Hoc* unum, quod
hæc ordinaria Iuriſdictio ſit aliquantulum
limitata, quod ultro admittimus; nam plura
poteſt Patriarca, quam ſimplex Epiſcopus,
cum tamen utrique negare Ordinariam Iuriſ-
dictionem, eſſet in ſole cæcutire. Verumta-
men interdum Epiſcopus ſolet conſtituere vi-
carium cum facultate ſubſtituendi, qua de re 47
videndus *Garcias 5. p. cap.* 8. *de Ben. n.* 150.
cujus limitationes, et regulas tranſcribere con-
ſilium non eſt.

[*o*] *Unum*

Digitized by Google

[o] *Unum cum Epiſcopo Tribunal.*

Hoc deducitur *ex c. Romana in princ. de appell.*
48 *in 6. Covarr. in pract. c. 4. n. 4. Garcias ubi*
ſupra n. 27. Et ideo a ſententia vicarii non
vetatur Appellatio ad Epiſcopum, ſed ad Me-
tropolitanum cum par in parem non habeat
imperium *c. 2. de cenſ. Cabaſſ. de Offic. vic.*
l. 1. c. 15. n. 2.

[p] *Hic delegata utitur Juriſdictione.*

Hoc manifeſtum eſt, quia non facit unum
Conſiſtorium, et Tribunal cum Epiſcopo, un-
49 de a vicario foraneo recte appellatur ad Epiſ-
copum *Gloſs. in Clem. & ſi principalis verb.*
foraneo de Reſer.

A delegato .n. appellandum eſt ad Delegan-
tem *c. ſuper quaſtionem §. porro de offic. del. c.*
ſi a delegato de offic. deleg. in 6. l. incipimus
§. hac appellatio C. de appel. idem Covarr. *in*
pract. ibid. n. 8. Cucus l. 8. tit. 1. n. 16.

(q) *Plures vicarios generales.*

Hoc docet Cabaſſut. *loco ſuprà citato n. 14.*
in Scientia Can. Nam ſi Epiſcopus novum vi-
50 carium generalem conſtituat, non cenſetur pri-
mum revocaſſe, *Panorm in can. volentes de*
offic. leg.

(r) *Etiam Capitulum.*

Hoc deduximus ex *Trid. ſeſſ. 24. c. 16.* Ete-
51 nim Sede vacante intra octo dies Capitulum
debet vicarium, ſeu Officialem eligere, vel an-
tiquum confirmare, alias ad Metropolitanum
devoluitur deputatio vicarii; Quod ſi Eccleſia
fuerit exempta, aut Metropolitana, antiquior
Provinciæ in Metropolitana, & vicinior in
exempta vicarium deputat idoneum, atque hic
vicarius debet eſſe doctus in Jure Canonico,
vel Licentiatus, vel alias idoneus: Quod etiam
traditur a *Lauria in Epitome Canonum verb.*
Capitulum.

(ſ) *Et Parochus.*

Hoc accipimus ex *c. extirpanda §. quia vero*
de prab. ex c. ad hac de off. vicaris, ex c. cum
ſatis de off. Archid. Trid. ſeſſ. 7. c. 7. de re-
form. & ſeſſ. 15. c. 16. in his potiſſime caſibus.

I. Si Parochi Curatique abſfuturi ſint, cogni-
52 ta cauſa per Epiſcopum, vicarium temporane-
um conſtituere poſſunt approbandum ab Ordi-
nario *Trid. ſeſſ. 23. c. 1. §. eadem omnino, de*
reform. Caniſ. hoc tit. §. 4.

II. Si Monachi obtineant Eccleſias ſæculares,
cum per ſe nequeant Sacramenta adminiſtrare,
vicarium conſtituunt *c. 1. de Cap. Monach.*

III. Si Eccleſia Parochialis alteri unita ſit,
locus erit conſtituendi vicarium *c. extirpanda*
§. quia vero de prab.

IV. Si ob excreſcentiam Plebis neceſſe fue-
rit addere Parochiæ ædiculam ſacram, illi vi-
carius præficitur *Trid. ſeſſ. 21 c. 4.*

V. Si ſint duæ Parochiales unitæ, Rector
vicarium in altera ponere poterit *c. 1. ne Sed.*
vac. c. & temporis 16. q. 7.

(t] *Abbates videlicet.*

Nota eſt ſignificatio Nominis. Abbas .n. græ-
cè patrem ſignificat, & reipſa Abbatis
nomen ſolum ſuperiori Monachorum, & Re- 53
gularium conveniret. Manſit tamen apud ſæ-
culares etiam fortaſſe, quia olim omnes Cle- 54
rici dicebantur *regulares*, admiſſi in unam eam-
demque regulam, notat *Gibal. de Irreg. Beter-*
linch. verbo Abbas L. F. & Molanus l. 3. de
Canonicis c. 9. exiſtimat olim Canonicos ha-
buiſſe Abbates, ut habetur *ex c. 37. Pariſien-* 55
ſis Concilii, quod habitum eſt ſub Ludovico,
& Lothario Imperatoribus, his verbis: *Decet,*
immo neceſſe eſt, ut Abbates Canonicorum at-
tendant ad quid Abbates vocentur. Talem Ab-
batem habuit Trajectenſis Eccleſia S. Grego- 56
rium, cum eſſet vicarius *Bonifacii* Archiepiſ-
copi ſui. Etenim conſtat non modo Clericos,
ſed regulares fuiſſe evocatos ab Epiſcopis ad
ſuas Cathedrales.

In pleriſque Cathedralibus ſunt Abbates,
qui nulla ratione præſunt Canonicorum Col- 57
legio, ſed tantum in Clero, & Collegio præ-
rogativam habent, ut in Toletana Eccleſia
Cathedrali *Azor. Inſt. mor. l. 3. c. 19.*

[u] *Et regulares.*

Regularis Abbas alicui Religioſorum Cæ-
nobio præeſt; De quo duæ inſpectiones præ-
cipuæ ſunt. I. quomodo conſtituatur II. quid 58
poſſit (hæc autē explicabitur infra *in tit. de*
minoribus Ordinibus] Conſtituitur Abbas per
electionem; olim per Epiſcopum eligebatur
nunc a Congregatione Monachorum *Greg. 1. l.*
4. Epiſt. 41. c. Abbas, c. Abbatem 18. q. 2. 59
Electus debet a Pontifice confirmari ex Decre- 60
tali *Bonifacii VIII. in c. ſi Abbatem de Elect.*
in 6. & mox juxta uſum Eccleſiæ benedici *can.*
quoniam 69. diſt. cætera in ſequenti adnotatio- 61
ne exequemur.

[x] *Ab Epiſcopo benedicti.*

Benedictio Abbatis vocatur manus impoſitio
in *Synodo 7. c. 14.* His temporibus hoc modo 62
celebratur, nam die ſolis ab Epiſcopo, vel pro-
prio, vel alieno (juxta proviſionem Abbatis
quæ ſi fit ab Ordinario, ipſe benedicit: ſi a Pon-
tifice, ejus mandatum inſpicitur ab Epiſcopo,
a quo ſacrum ſolemniter celebratur) poſt va- 63
rias Orationes, poſt petitionem ſenioris aſſiſten-

tium

Digitized by Google

rium Abbati benedicendo., quæ incipit: *Adeſt Rever. Pater electus Monaſterii N. Ordinis N.* Et poſt examen per varias interrogationes factas ab Epiſcopo, poſt Pſalmos, Epiſcopus manus imponit Abbati dicens: *Ut qui per noſtra manus impoſitionem hodie Abbas conſtituitur, Sanctificatione tua dignus à te electus permaneat.* Et mox aliter orando, ita benedicit: *Exaudi Domine preces &c. & interveniente B. N. benedicere digneris* ✠ Deinde Baculum aqua aſpergit, & Anulum, & Mitram, & Chirothecas, & his traditis ducitur in Sedem prædeceſſoris, & inthronizatur his verbis: *Accipe plenam, & liberam poteſtatem regendi hoc Monaſterium.*

Ubi verò benedicuntur Abbates, qui carent poteſtate deferendi mittam, hæc tunc traditur ab Epiſcopo. Et paucis quibuſdam immutatis eodem modo Abbatiſſæ benedictio procedit: nam, & huic manus imponuntur his verbis: *Et quæ per noſtra manus impoſitionem hodie Abbatiſſa conſtituitur, ſanctificatione tua digna à te electa permaneat., & cæt.* Et hæc ſimiliter inthronizatur iiſdem pene verbis: & hæc omnia ſunt *in Pontificali.*

Si verò quærimus quandonam Abbates uſum Mitræ habere cœperint? Urbanus II. eam conceſſit poteſtatem Abbati Cluniacenſi: Quidam
64 cenſent a Leone IX. conceſſum hunc uſum anno 1040. Abbati S. Juſtinæ Patavino.

(y) *Præpoſiti.*

De Præpoſitis, an ſint in dignitate?

Præpoſitus eſt, qui præeſt *c. quamvis de V. ſign.* & maximè talis appellatur, qui publicæ rei præficitur, unde qui pecuniæ exactæ ex
65 vectigalibus oppidorum præerat *Præpoſitus Theſaurorum* vocabatur, & *Theſaurirenſis l. 2. C. de Palat. ſacrar. larg.* & *Præpoſitus Brambaricanorum*, qui ſuppellectili Principis, & *præpoſitus Caſtagarum*, qui incumbit oneri transferendi res Principis, ut arma, commeatumque ad milites ut tradit Pancitol. *in notit. utraq. in c. 41. pag. 143.*

Deinde vero hoc dignitatis nomen à civili politia, ad quoſdam Eccleſiæ miniſtros tranſlatum eſt, qui quamdam nempe *Prioratus* curam ſuper alios gerunt *cap. quamvis de V. S. can. Salvator verſ. in nomine 1. q. 3. cap. ex parte, de eler. non reſident.* Inter Regulares ii ſunt Præpoſiti, qui regunt Monaſteria *Concil. Aquiſgr. can. 139.* Unde in conſtitutionibus Clericorum Regularium D. *Cajetani cap IX. P. 3. ſuo quiſque Præpoſito promptè, ut par eſt, obediat &c.*

Quæ verò diximus de Præpoſiti dignitate, omnia ex Barboſa deſumpſimus *de Canon. &*
66 *Dignit. cap. IV.* & ex Tamburino *de Jure Abb. Tom. 1. diſp. 25. q. 4. n. 5.* ex *Aloyſio Riccio in Praxi rer. for. Reſ. 559. n. 3.* ex *Bleniano in Inſt. Can. l. 2. Tit. V. pag. 251.*

Rota vero *in novis deciſ. 4. de el.* tradit, & firmat, quod ſi Præpoſitura habeat adminiſtrationem bonorum temporalium, prærogativam in ſtallo chori, & loco, & vocem in capitulo, ſit dignitas; & fusè eadem Deciſio diſſerit de Præpoſitura, cui addo Caſſaneum *in Cath. Glor. mund. 4. par. Conſid. 41.*

Ceterum ſæpe hæc dignoſcentur regulata à conſuetudine, cum multum poſſit, atque ab inſtituto cujuſque Eccleſiæ, ubi agitur de dignitate, Mantica *deciſ. 175. n. 3. Gregorius XV. deciſ. 482. n. 4. Azzorius l. 3. p. 2. cap. 17. Inſt. mor.*

[z] *Decanis.*

De Decanis, qui nam ſint?

Olim Decani vocabantur qui munus exercebant ſepeliendi defunctos *Mager. in vocab. eccleſ. lit.* D. Quod autem in nonnullis Ca- 67
thedralibus, in locum Archipreſbiteri ſubrogentur, quodque in Collegiatis Decanus non
habeat niſi Perſonatum, tradit Blenian. *pag.* 68
250. in Inſt. Denique Caſſaneus in *Cathal. p. 4.*
conſid 37. affirmat in hac dignitate Decanatus, 69
vix quidquam certi ſtatui poſſe, quòd multum operetur conſuetudo.

[aa] *Plebanus.*

De Plebanis, & Prioribus.

Hæc diſtinctio deducta eſt *a Barboſa l. 1. c.*
28. de univerſ. Jur. n. 12. Nam Plebani niſi
ſub ſe capellas habeant, & ſimul in Eccleſia Col- 70
legiata reſideant, non ſunt in dignitate, ut
expreſſe tradit ibi *Barboſ.* Priores vero rura-
les habere dicuntur Parochialem ſimplicem *c.* 71
licet de elect. in 6. Sed Collegialis Prior præ-
ficitur canonicis *c. ult. de Major. & Ob.* & eſt
in dignitate *Barboſ. de univ. Jur. l. 1. c. 31.* 72
Garcias p 7. c. 4. n. 65 non habet tamen
præcedentiam ſupra canonicos cathedralis, ſi
in Cathedrali reperiatur, ſed ſolum eſt thurifi- 73
candus duplici ductu Thuribuli ut habet idem 74
Barboſ. qui adducit *Declarationem Congr. 19.*
Aug. 1610.

Similiter, & Priores conventuales habent
dignitatem, qui præficiuntur ab Abbate in
remotioribus locis *c. 2. §. Priores de ſtatu Mo-* 75
nach. ideoque in Gallia Regiæ ſubiiciuntur 76
nominationi *§. Monaſteriis de regiis ad prælat.*
non in. in Car. con. Clauſtrales vero Priores habent ſolum perſonatum. *Blen. pag. 248.*

(bb) *Primicerus.*

De Primiceratu, an ſit dignitas.

Cum olim in tabulis cereis nomina deſcri-
berentur; quicumque notatus erat primo loco 77
Primicerus erat, & ideo quia Dorotheus S. Martinum Pontificem primo loco accuſavit *Primicerus* dictus eſt his verbis: *Primicerus ſane omnium accuſatorum erat Dorotheus.* Patritius Ci-
liciæ, & D. Stephanus a Fulgentio vocantur *Pri-* 78
miceri Martyrum, ideſt primi, Martyrum;

Et ſimiliter primus Lectorum, Primicerus lectorum vocabatur, *Mager. Eccleſ. vocab. lit. P.*

79 Sed a nobis Primicerus hoc loco intelligitur
ille, cujus munus eſt ſignum campanæ Officiis celebrandis tradere, munera partiri, modum canendi præfigere, & ſi qua re Baſilicis sarciendis opus eſſe viderit, Sacerdotem monere. Ipſe epiſtolas Epiſcopi pro diebus jejuniorum reddi curat, Clericos errantes coercet, Baſilicarum cuſtodes ponit, & tabulam, quam matricolam vocant, diſponit, *c. perlectis §. ad*
80 *Primicerum diſt.* 25. Quod ergo Primiceratus ſit dignitas, traditur in *c. cum acceſſiſſent de Conſt. & à Blenian. in Inſt. ubi ſupra.*

[*cc*] *Officium.*

81 Officii vox miniſterium indicat, patet *ex tot. T. De Officio Vicarii Archid. Legati &c. Cujac. l. 9. obſ. cap.* 17.

[*dd*] *Sacriſta.*

De Sacriſta officio.

Ejus officium habetur in *c. un. de off. Sacriſta*; Et licèt etiam Acolytus ad Eccleſiæ lu-
82 minaria accendenda mancipetur, ut habet *Tex. in c. Acolytus* 23. *diſt. & ſimiliter* Oſtiarius rationem habere debeat eorum, quæ clavibus recluduntur, *c. Oſtiarius ead. diſt.* tamen cuſtodia luminarium ſpectat ad Sacriſtam, hoc eſt munus ſervandi oleum, & luminaria; et Acolytus debet ea deferre cum Evangelium legendum eſt, neque Oſtiarius debet cuſtodire, quæ in ſacrario continentur, ſed januas Eccleſiæ, et conſequenter omnem Eccleſiæ ſuppellectilem: ſi .n. latrones effregerint januas, facile eſt eripere quod in Diaconio aſſervatur.

[*e*] *Cuſtos.*

De Cuſtode, & ejus officio.

a Olim apud Ethnicos Cuſtodes dicebantur ædituі, qui ſuos Deos cuſtodiebant, *Hor. 2. Epiſt.* 1. 47. Narratores vocat, quod hoſpitibus, quæ Numina cuſtodiant referrent.

Officium Cuſtodis traditur in *c.* 1. & 2. *de Offic. Cuſt.* Unum illud obſervandum, quod
licèt ad ſacriſtam ſpectet cura ſupellectilis, et 83
ad Cuſtodem etiam; diſpar tamen officium eſt:
quia ſacriſta pretioſiorem aſſervat ſupellecti- 84
lem: hic verò curam gerit veſtium, utenſilium, ut obſervat *Gonz. in c.* 1. *verb. utenſilia de off. cuſt.*

(*ff*) *Perſonatus.*

De Perſonatu, an ſit dignitas.

Hæc vox olim in Eccleſia inaudita fuit, et
Cajac. in Rubr. de Præb. eam originem, a Gal- 85
lis duxiſſe putat, et deducitur ex *c. quaſitum* 1. *quaſt.* 3. deducitur ex Concilio Urbani Pa-
pæ habito Arverniae. Utcumque ſit, Perſona- 86
tus eſt Beneficium habens prærogativam præcedentiæ abſque dignitate, et cura animarum, *Gonz. in c. ad aures verb. Perſonatus de reſcript.* et hæc præcedentia ſupra alios Canonicos etiam ante receptos, competit in Choro, in Capitulo, in Proceſſionibus. Petr. *Greg. in Syntagm. de Benef. c.* 10. *n.* 18.

In quo obſervetur omnem dignitatem eſſe
etiam Perſonatum, quomodo explicandus eſt 87
Text. qui torquet ingenia Interpretum in *c.* 8. *de reſcr. in c. dudum de elect.* at vero non omnis perſonatus eſt dignitas, *c.* 10. *de offic. vic.* veluti Perſonatus, de quo agimus. Certe ille, qui in *c.* 4. *de fil. præb.* perſonatus dicitur, Presbyteratus vocatur in antiqua Decretali, et ſæpè dicuntur Perſonatus ſimplices deſtitui cura animarum, et dignitate, *c. ult. de præb. c.* 6. *de præb. in* 6. *c. dudum de elect.* late alia ſuppeditabit *Barboſa de can. & dign. cap. IV. Gilbertus ad Cuccum l.* 1. *Inſt. Can. Tit.* 3. *§. & dignitas.*

DE SA-

DE SACERDOTIBUS

IN INFERIORI GRADU CONSTITUTIS

TITULUS XIX

SACERDOS in majore gradu eſt Epiſcopus: in (*a*) inferiori eſt (*b*) Presbyter. Olim [*c*] promiſcuum nomen Epiſcopi, & Presbyteri fuit: Ordo tamen ſemper diſtinctus. Poteſtas Presbyteri hæc eſt, ut quædam ſuo Jure, quædam ex Epiſcopi permiſſu adminiſtret. Suo Jure Dominici Corporis, & Sanguinis celebrat (*d*) conſecrationem, & pro vivis, & pro defunctis Sacrificium propitiatorium (*e*) offert [*f*] Infantes baptizat, ſanctificato (*g*) oleo inungit: abſolvit (*h*) in extremis agentes. Permittente vero Epiſcopo, Pęnitentiæ Sacramentum adminiſtrat. Baptizatos accedente permiſſione Pontificis linire poteſt [*i*] Chriſmate, Virgines [*k*] Deo dicat. Olim uxores eorum, qui ſacris initiati erant, vocabantur Presbyteræ.

SUMMARIUM.

Presbyteratus eſt dignitas. 1.
Aliqua eruditione hic exornatur. 2.
Conſtantinus inter Sacerdotes primum locum tenere auſus non eſt: ex Textu oſtenditur. 3.
Sancti Nomen commune Sacerdotibus. 4.
Sacerdotibus etiam indignis honor debetur. 5.
Albienſium hæreſis. 6.
Exempla honoris a magnis Principibus erga Sacerdotes adhibiti. 7.
Exemplum ex Canone. 8.
Sacerdotes Gentilium in Judicio non cogebantur jurare. 9.
Sacerdotis verbis quanta fides olim adhiberetur. 10.
Presbyteri vox quid denotet. 11.
Explicatur diſcrimen inter Epiſcopum, & Presbyterum. 12.
Novatorum errores confutantur. 13.
Explicatur Rubrica de his, quæ fiunt a Prælatis ſine conſenſu Capituli. 14.
Explicatur per hiſtoriam Textus varii. 15.
Deciditur vexata quæſtio, an Presbyter debeat frequenter celebrare. 16.
Sententiis Theologorum omiſſis mens canonum detegitur. 17.
Presbyter ſuo Jure infantes baptizat. 18.
Presbyter Græcus olim ex conſuetudine Chryſmate ungebat. 19.
Ita intelligitur Textus in cap. quanto de conſuet. 20.
Presbyter potiſt linire Cryſmate baptizatum in vertice capitis. 21.
Non tamen hæc unctio Sacramentum eſt Confirmationis. 22.
Lucem accipiunt ex hac doctrina varii Textus. 23.
Falſa opinio credentium licitum eſſe laicis confiteri, loco Presbyteri. 24.
De confeſſione culparum aliqua eruditiones. 25.
Presbyter ſine venia Epiſcopi abſolvere nequit a mortalibus. 26
Falſa quorumdam opinio id fuiſſe licitum. 27.
Presbyter ex delegatione linit Cryſmate. 28.
Presbyter ex delegatione Virgines Deo dicat. 29.
Conſecratio Monialium, & Benedictio quid indicet. 30.
Quomodo conſecratio Monialium celebretur his temporibus. 31.
Examinatur elegans Quæſtio aliqua novitate. 32.
Communior veriorque ſententia, quod ſimplex Presbyter abſolvere a minori excommunicatione nequeat, niſi ſit Parochus, aut licentia Epiſcopi præmunitus. 33.
Differentia eſt inter facultatem abſolvendi a peccatis, & cenſuris 34.
Miniſter abſolutionis ab excommunicatione non debet ex neceſſitate eſſe Ordine Sacerdotii præfulgens. 35.

Laicus abſolvere non poteſt ab excomunicatione. 36.
Presbiter ſimplex ſine delegatione caret excomunicandi poteſtate. 37.
Quotuplex ſit poteſtas clavium. 38.
Poteſtas excomunicandi profluit ex poteſtate juriſdictionis. 39
Aliquis ordo præmittendus eſt poteſtati excomunicandi. 40.
Communicare in jure ſignificat interdum, abſolvere. 41.
His temporibus non infligitur ab homine minor excomunicatio. 42.
Confiteri laicis, non eſt Sacramentum confeſſionis. 43
Presbytero juriſdictio abſolvendi a venialibus non permiſſa, poſt Inn. XI. 44.

EXPLICATIONES.

(*a*) *In.*

Quanta ſit Presbyteri dignitas?

EST equidem Presbyteratus ſummus honoris
gradus etiam a Regibus honorandus *can.*
Sacerdotibus 11. *q.* 1. Presbyter etiam in-
doctus, a laicis doctis in pretio habendus *cap.*
1 *cum ex injuncto de haret.* Nam, & ſimplex
Clericatus eſt dignitas *c. denique diſt.* 4. *can.*
multi diſt. 40. *c. ſolita de majorit. & ob. c. ſi*
Imperator 96. *diſt.* Unde veterum hæc erat con-
ſuetudo, ut nulli Imperatores, aut Reges eſ-
2 ſent niſi prius Sacerdotes *c. Cleros diſt.* 21. Alex-
ander capta Gazza, cum jam pergeret Jeruſa-
lem verſus, & jam portis immineus cum vide-
ret Civitatem cereis ornatam, & Sacerdotem
Magnum Pontificalibus indutum et laminam in
fronte, in qua legebatur *Tetragrammaton*, hoc
eſt nomen Domini: deſcendit ex equo, et so-
lus cum Sacerdote ingreſſus in Salomonis Tem-
plum Deum adoravit: in *can. in ſcripturis* 96.
d ?. narratur Conſtantinum in Concilio Sacer-
dotum primum locum tenere auſum non fuiſſe.
Extat Epiſtola Ivonis Carnotenſis 51. ad An-
3 gliæ Regem de exhibenda Chriſti Sacerdotibus
reverentia. Et Alexander III. 5. *Kal. Octob.*
1176. ſcripſit Epiſtolam ad Indorum Regem in
Æthiopia regnantem, quem vulgo nominant
Prete Jannum in cujus inſcriptione epiſtolæ
4 eum vocavit *Sacerdotum Sanctiſſimum* quaſi San-
cti titulus ſit communis omnibus Sacerdotibus
Baron. an. 1177. *n.* 10. quin etiam debetur ho-
5 nor etiam Sacerdotibus indignis, neque .n. deſi-
nunt eſſe Sacerdotes, ut perperam exiſtimabant
Albienſes, qui *bonos homines* ſe vocabant, *Ba-*
6 *ron. an.* 1176. *n.* 2. S. Martinus a Maximo Im-
perat. menſa exceptus pateram (*inquit Severus*
in vita S. Martini c. 13.) quam Imperator ab il-
lius dextera ſumere ſtatim ambiebat, idem Mar-
tin. non Imperatori, ſed Presbytero ſuo tradi-
dit, nullum exiſtimans digniorem in convivio.
Quin, et Augnſta ejuſdem Maximi uxor, con-
vivio ſolis manibus ſuis parato, eumdem Mar-
tinum excepit, eique per ſe ipſam in modum
7 famulæ ſtans, miniſtravit, *Spondanus ad Baron.*
anno 386. *n.* 8 S Gregorius Papa *l.* 4. *regiſt.*
Epiſt. 75. relatus in *c. ſacer.* 11. *q.* 1. ſcribens
Imperatori Mauritio, eidem hac ratione impie-
tatem exprobavit, quodipſe cum Chriſtianus
eſſet, negarit Sacerdotibus honorem, quem Gen- 8
tiles falſorum Deorum myſteriis initiatis detu-
liſſent: nam *Dion. Halicar. l.* 2. *hiſt. Rom.*
narrat Sacerdotes innutritos publico ſtipendio.
Plutarchus *in problematibus* narrat, quod in ju-
dicio Sacerdotes non cogebantur jurare, ſed ob 9
venerationem protinus ſolis verbis credebatur.
Pierius Valerianus *in Hyerogl. l.* 20 *c. de noctua*
narrat, Aethiopes Deorum Sacerdotes ubi dix-
iſſent, aliquem Diis invitis vitam agere, mi- 10
ſer ille mortem ſibi conſciſcebat ut obtemperta-
ret Sacerdoti: tanta erat veneratio.

(*b*) *Presbyter.*

Unde Presbyter dictus?

A græco *Presbyteros*; quod ſonat ſeniorem,
ſic autem dicuntur Sacerdotes non modo pro
ætate, vel decrepita ſenectute, ſed propter ho- 11
norem, & dignitatem *c. Cleros diſt.* 21.

(*c*] *Olim.*

Nomen Epiſcopi, & Presbyteri an olim promiſcuum.

Loquit S. Petrus *Epiſt.* 1. *Presbyteros in vobis precor compresbyter*; ecce ſe ipſum Presbiterum vocat.

Non tamen omne tollendum Epiſcopi, &
ſimplicis Sacerdotis diſcrimen, ut Aerius *here-* 12
ſi 76. eo nomine damnatus ab Eccleſia *Cabaſſ.*
diſſert. 13. *in notit. Eccl. Sæculo* 2. Difficulta-
tem excitavit Epiſtola D. Hyeronymi *ad Eva-*
grium 85. in qua docet, quod in ipſis coaleſ-
centis Eccleſiæ primordiis idem eſſet *Presbyter*,
qui & Epiſcopus: & conſuetudine potius, quam
Dominica inſtitutione factum, ut occaſione tol-
lendi ſchiſmatis, uni ex ipſis cæteri parerent:
Ex qua Epiſtola male percepta occaſionem No-
vatores abripuerunt Epiſcopali dignitati de- 13
trahendi. Sed Spondanus *ad Baron. an.* 58. *n.* 3.
egregie confutat Novatores; Cauſam, cur no-
mina olim communicarentur, & promiſcua
eſſent, tribuit humilitati. Pari .n. labore
priſcis ſæculis ad curam populorum vigilabant
Epiſcopi, et Presbyteri, et ideo par erat deno-
minatio, vocibus populi exciata. Numquid
ergo Ordine non differunt? ſi hoc conficis,
poſſes etiam, ex eo quod presbyteri interdum
Pontifices dicantur (*Cabaſſ. diſſ.* 13. *n.* 7.) fal-

ſo ar-

sò abſurdeque arguere, eſſe ejuſdem gradus cum
vicario Chriſti. Priſcæ vero humilitatis veſti-
14 gia adhuc cernuntur in Capitulis, quibus in-
conſultis, Epiſcopus quædam expedirenequit,
elegans tex. *in can. novit, de his, quæ fiunt a
Pral. ſine conſ. cap.* Accedit quod olim æta-
te Apoſtolorum pluresꝫerant ſedes Epiſcopales,
15 quæ in illa Chriſtianorum penuria regebantur
a Parochis ſimplicibus. Etenim, ex *Act. Apoſt.*
conſtat, Samariam Civitatem illuſtrem Epiſco-
po caruiſſe, et obiter adnotavimus, quæ fuſo
ſermone à Spondano, et Baron. tractantur. Ita
explicantur Text. *in can. alim 95. diſt. in can.
legimus diſt.* 93.

[d] *Celebrat conſecrationem.*

Hoc officium præſcriptum extat *in c. quam-
vis diſt.* 68. in *c.* 1. §. *ad Presbyterum diſt.* 25.
plura addemus in titulo *de Sacramento Ordinis.*

(e) *Offert.*

An quotidie Presbyter ſacris operari debeat?

Sed poſſet dubitari, numquid quotidie Sa-
cerdos debeat offerre ſacrificium? Omiſſis Theo-
16 logorum ſententiis quid Canones in hoc arti-
culo ſtatuant ſolliciti eſſe debemus. In *can.
dolentes de celebr. Miſſar.* querela propo-
nitur quod quidam Sacerdotes ſemel quotannis
offerrent, Conc. Rhemenſ. *c.* 8. ita *de Euchari-*
17 *ſtia: Sacerdotes non diebus ſolemnibus, ſed etiam
Dominicis, ſæpiuſque, ſi fieri poteſt ſacrificent;
Trid. ſeſſ.* 23. *c.* 14. *de Reform. Curet*, inquit,
*Epiſcopus, ut Sacerdotes ſaltem diebus Domini-
cis, & feſtis ſolemnibus celebrent Miſſas.* Viden-
dus *Layman de ſacrif. Miſſ. cap.* 8.

(f) *Infantes baptizat.*

Can. conſtat Baptiſma 19. *de Conſecr. diſt.* 4.
18 ad differentiam Diaconi, qui non poteſt bapti-
zare, niſi in neceſſitate *Concil. Laodic. pr. c.* 3.
Concil. Lat. 3. *par.* 50. *c.* 44.

(g) *Sanctificato.*

*Presbyter baptizatos in vertice linit
chriſmate.*

19 Non tamen Sacramentum Confirmationis con-
fert, ut olim Græci ex conſuetudine: quæ
tamen neque à Romano Pontifice, neque à
Concilio Florentino damnata eſt, ob juſtas ca-
uſas, quas Græci adduxerunt (deducitur *ex c.*
20 *quanto de conſuet.* Permiſit autem Presbyte-
is ungere, et linire Chriſmate baptizatum in
vertice, primus Sylveſter Papa, *Ruf. l.* 5. *de
21 Divin. offic. c.* 16. Nam cum antiquitus in uſu
eſſet, ut ſimul cum Baptiſmo Confirmationis
Sacramentum miniſtraretur ab Epiſcop: Sed
hoc, creſcente numero, Epiſcopus exequi non
poſſet, ideo ne infantes ſine unctione Chriſ-
matis decederent, id fuit introductum à Syl- 22
veſtro. Cave tamen putes hoc eſſe Sacramen-
tum confirmationis: ſed eſt ſimplex ritus, at-
que ſolemnitas, *c. nullus* 125 *de conſ. diſt.* 4.
atque ita intelligendi text. *in c. Presbyteri in c.* 23
omni tempore de Conſecr. diſt. 4.

(h) *Abſolvit.*

In mortis articulo Presbyter ſimplex abſolvit.

Sed numquid, & laico in neceſſitate licitum
eſt confiteri? affirmat *Martha de Juriſd. p.* 2.
c. 14. *de iur. Magiſter, in* 4. *lib. ſentent diſt.* 17. 24
Palud. d. diſt. 17. *q.* 3 *col.* 2. *Sylveſter in ver-
bo Confeſſor in pr.* §. *cur confitendum verſ* 7.
qui in hanc opinionem adducti ſunt per text.
in c. quem pœnit et verſ. tanta de Pænit. diſt. 1.
ex c. ſi aliquis 26. *q.* 6. *ex c.* 8. *de Pæn. diſt.* 6.
Sed perperam, quia de ſola enarratione peccatorū
omnes iſtæ auctoritates accipiuntur ita ut lo-
quantur de publica, & id *ex conſilio* ſit lici-
tum, ſed ad ſolam excitandam contritionem,
nam dolor verus elicitur ex publica peccati
commemoratione; quod noverunt etiam Gentiles:
quare Pythagoras dicebat *peccata non eſſe verbis* 25
*tegenda ſed tentandum, ut reprehenſionibus curen-
tur. Anton. & Max. Sermon. de Imm. Pæn.* Elegans
locus Claudiani in *Epigr. ſatisfactionis verſ.* 12.

*En adſum: & veniam, confeſſus crimina poſco.
Manibus Hectoreis atrox ignovit Achilles.*

Sed rurſus quæri poteſt, unde efluxerit pro-
hibitio, ut ſimplices Sacerdotes non approbati
extra caſum mortis abſolvere nequeant, ſi ha-
bent characterem, & poteſtatem traditam ipſis
in conſecratione ſuæ ordinationis? Nonnulli ante 26
Concilium Florentinum putarunt non indige-
re Sacerdotem alio Epiſcopi permiſſu, ut abſo-
lutionis ſacramentum impenderet; ſed Floren- 27
tinum Concilium, & Tridentinum *ſeſſ.* 14. *cap.*
7 erroneam hanc opinionem eſſe declaravere;
Quoniam Chriſtus D. Joan. *cap.* 10 prius con-
tulit juriſdictionem ſuis diſcipulis: *ſicut miſit me
Pater, & ego mitto vos*; deinde poteſtatem
remittendi, ac retinendi peccata tribuit, *Laym.
l.* 5. *tr.* 6. *c.* 10. Quia abſolutio a peccatis eſt
actus judicialis, ideoque requirit juriſdictio-
nem, quæ eſt, in quolibet Presbytero habente
poteſtatem ordinis, indeterminata, utque in
actum exeat, impetrat ab Epiſcopo, licet ex po-
teſtate Ordinis pendeat quoad inſtitutionem, jux-
ta verba Chriſti *quorum remiſeritis peccata &c.*

(i) *Linit.*

*An ex delegatione S. Pontif. poſſit Presbiter
confirmare.*

Quidā negant, ſimplici Sacerdoti ex delegatione
Pontificis, id permitti *Caſtro de hæreſ. Petrus Suavis* 28
in Conc. Trid. Juſt l. 2. *p.* 279. Tutior opinio eſt af-
firmativa, nam a Conc. Tridènt. *ſeſſ.* 7. *de Confirm.
c.* 3. Epiſcopus vocatur confirmationis miniſter
ordinarius, ut intelligatur, poſſe etiam per

mini-

Digitized by Google

miniſtrum extraordinarium Chriſma conferri; & Concilium Senonenſe *in Decretis morum c.* 38. ita loquitur *quod ſi qui ſint, qui contendant, ſibi competere hanc facultatem ex privilegio: volumus, quod cum primum fuerint requiſiti a ſuffraganeis noſtris, fidem facere teneantur*, qui locus adducitur a *Gonzal.* ad hoc probandum *in c. quanto de conſuet. n.* 14. ad
29 quem interpretem remittimus lectorem, quia ex ejus fonte uberrimo doctrinę ſitum, ardoremque diſcendi reſtinguere poterit.

[*k*] *Virgines*.

Diſſertatio de Conſecratione Monialium, & an ſimplex Presbyter poſſit abſolvere a minori excommunicatione?

Virgines ſe dedicare ac devovere Deo nonnumquam ſignificat profeſſionem emittere, quare S. Trid. Synodus ſeſſ. 25. c. 17. de Profeſſ. Monialium ſermonem habitura: *libertati*, inquit, *profeſſionis Deo dedicandarum virginum proſpiciens;* Et profiteri eſt, ſe *devovere Deo c. devotis* 20. *q.* 1. Si in hac ſignificatione *dedicationem Virginum* placet accipere, Presbyter ex delegatione Ordinarii, & dedicare, & devovere virgines Deo ter maximo non prohibetur. Cum verò profeſſio virginum quandoque ſolam contineat emiſſionem votorum; interdum, & velum, quod profeſſionis proprium dicitur eodem profeſſionis tempore impertiatur; interdùm aliqua annorum intercapedo, atque diſtatio ſit inter profeſſionem, & traditionem ejuſdem veli, juxta locorum uſum, de quo *Barboſ. lib.* 1. *de Jure Eccl. c.* 44. *n.* 21. utcomque profeſſio facienda ſit, ex commiſſione Epiſcopi, Presbyter non reiicitur. Quod oſtendo ex antiquitatis notitia. Velum profeſſionis olim quod Græcos *Mitra* dicebatur, probat *Gonz. in Concil. Illib. c.* 15. Jam vero Felicem Presbyterum Mitram virgini dediſſe, ſcribit *Optatus Milevit. de Schiſm. Donatiſt. memoratus Felix &c. inter crimina, & facinora ſua nefanda, ab eo compreſſa puella, cui Mitram ipſe impoſuerat*, Clareſcit hoc idem *ex c. vidua* 20. *q.* 1. Tradit Pelzar. *& alii apud eumdem de Monial. c.* 3. *ſect.* 1. *q.* 4. Epiſcopum ad excipiendam, admittendamque virginum profeſſionem poſſe vicarium mittere.

Poterat etiam Presbyter dare velum illis puellis, quæ antiquitus caſtitatem voventes in propriis ædibus ſibi habitationem defixerant. Talis fuit *Marcella*, *& Sophronia apud D. Hieronymum epiſt.* 16. Talis ſoror D. Ambroſii *B. Marcellina*; tales fuere 4. *ſorores Theodoſii junioris*, *Pulcheria*, *Placilla*, *Archadia*, *& Mariana*, quæ caſtitatem ſponte profeſſę domum paternam incolebant, ita .n. de his ſcribit *Sozom. l.* 9. *c.* 1. *ac primum virginitatem ſuam devovit, deinde, & ſorores ſuas ad idem vitæ inſtitutum educavit*. Quod autem ſimplex Presbyter hoc velum ex Ordinarii delegatione tradere poſſet, unum Juris teſtimonium, ſed clariſſimum palam faciet in *c. conſuluit* 10. *qui Cler. vel vov.* his verbis: *Nobilis mulier mutavit habitum, & de manu Presbyteri velamen aſſumpſit*. Sed hoc tamen correctum fuit, & ſtatutum, ut virgines voventes ſola incolerent monaſteria *Concil. Pariſ. tempore Ludov. Pii c.* 44. *aut nubant, aut ſi potius Deo ſe ſacrare expoſtulaverint admoneantur ut non in domibus propriis, ſed in monaſteriis ſub ſpiritualis matris regimine ſe ſervaturas ſubdant*.

Ultra hæc omnia *virgines Deo dedicare* nonnumquam ſignificat conſecrare virgines jam profeſſas, ſicuti dedicare Eccleſias nonnunquam eaſdem conſecrare ſignificet *c. nemo de conſecr. diſt.* 1. *c. ſtatuimus* 1. *q.* 1. Si in hoc ſignificatione dedicationem virginum intelligere placet, Presbyter Epiſcopi permiſſu ad dedicationem virg. minime admittitur. Et plane profeſſio, 30
& conſecratio virginum, actus diſtincti ſunt. Unde conſecrata virgo, ſi immemor propoſiti nuptias eligat violans conſecrationem, auget criminis pravitatem, cum minus prævaricata fuiſſet ſi profeſſioni conſecratio non acceſſiſſet, ita Leo Pontifex ſcribit in *c. puellam* 10. *q.* 1. Diſtincta eſt conſecratio a profeſſione, cum una alteram ſequatur quare Alex. III. in *c. ſubdiaconis* 9. *de temp. ord.* ait: *Quamvis Deo dicatas virgines conſecrandi habeat Epiſcopus licentiam diebus Dominicis*. *Et Alcimus Avitus* egregie hoc indicat diſcrimen in *c.* 4. *l.* 1. *de S. Fuſcina ſorore ſua*, ibi.

- - Confeſtim victuram dedicat uni,
Ac deinceps paribus caſtum ſervare cubile
Conſtituit voter rato cum pignore Mater;
Et quia principium tam ſanctis fœderis eſſet
Te mox conſecrat Chriſto: -

Nam quamvis Monialis conſecratio unctione Chriſmatis, aut olei ſancti non perficiatur, ut conſecratio Eccleſiæ, Altaris, aut Epiſcopi; attamen per conſecrationem ſolemni Eccleſiæ ritu Monialis ſe expreſſe nubere Chriſto Jeſu profitetur. Idque ſi parumper verba quædam Romani Pontificalis obſerventur, clareſcet. Habet Pontificale ſub rubrica *de bened. & conſecr. virgin.* quod Pontifex primum interrogat conſecrandas *vultis benedici, & conſecrari? & D. Jeſu Chriſto ſummi regis filio deſ-* 31
ponſari? reſpondent omnes *volumus:* mox Epiſcopus benedicit veſtes, & vela, & anulos, & torques, ideſt coronas aqua benedicta aſpergens; poſt quaſdam interrogationes, an velint in ſancta virginitate perſiſtere, capiti ſingulorum virginum velum imponit dicens: *Accipe, virgo, velamen ſacrum, quod perferas ſine macula ante tribunal æterni Judicis, cui flectat omne genu;* tum verò anulum digito imponit; hæc verba pronuncians: *Deſponſo te Jeſu Chriſto filio ſummi Patris, qui te illæſam cuſtodiat: accipe annulum fidei, ſignaculum Spiritus ſancti, ut ſponſa Dei voceris*. Eas deinde ſurgentes Epiſcopus benedicit his verbis. Benedicat vos Conditor Cęli, & Terræ Deus Pa-

ter

.. ter Omnipotens, qui vos eligere dignatus eſt
.. ad beata Matris Mariæ D. N. I. C. conſortium.
Poſt hæc torques Monialis capiti imponitur
hac prolata forma verborum: *Accipe ſignum Chriſti in capite tuo, ut uxor ejus efficiaris*; Omnes verò peractis hiſce rebus alta voce canunt.
.. Ecce quod concupivi jam video, quod ſperavi
.. jam teneo: illi ſum juncta in Cęlis, quem in
.. terris poſita tota dilectione dilexi. Epiſcopus
autem rurſus eas omnes benedicit hunc in modum:
.. Benedicat vos Deus † Pater, Filius † & Spi-
.. ritus † Sanctus omni benedictione ſpirituali, ut
.. manentes ſemper incorruptæ, & inviolatæ, &
.. immaculatæ ſub veſtimento S. Mariæ Matris
.. D. N. I. C. requieſcat ſuper vos Spiritus ſanctus.
Poſtremo Epiſcopus anathema promulgat in eos, qui auderent eas, à vexillo caſtitatis abducere. Ex qua rerum ſerie apparet virginum conſecratio, in quo ſit poſita. Nam Moniales benedicuntur, deſponſantur Chriſto annuli, & coronæ traditione tam ſolemni pompa, & ſub veſtimento S. Matris Mariæ ponuntur, & conſecratę dicuntur. Quocirca Euſebius *ad lapſam lib.* 5. ita ſcribit .. Non es memorata diei
.. Sanctæ Dominicę Reſurrectionis, in quo Di-
.. vino Altari te obtuliſti velandam: In tanto
.. itaque ſolemni Eccleſiæ conventu Dei inter-
.. luminaria illa ſplendida inter candidatas Re-
.. gni Cęleſtis quaſi regina Regni nuptura pro-
.. ceſſeras.

Hæc itaque ſpiritualis deſponſatio cum Chriſto ad ſolum pertinet Epiſcopum, quaſi ſponſi cęleſtis Paranymphum: ita ſtatuit text. in *can. quamvis* 68. *diſt.* clare prohibens Presbyteris Monialium conſecrationem, qui ſanè canon corrigere videtur alium ſatis difficilem in *can. presbyter* 26. *q.* 8. Quod ſi obſervaſſet *Petr. Gregor. in ſyntagm. lib.* 15. *c.* 17. *n.* 12. non aſſeruiſſet, conſulto Epiſcopo conſecrationem, de qua agitur, Presbytero eſſe ſinendam, fretus auctorit. *d. c. Presbyter*, quem arbitror ex regulis Eccleſiaſticis recentioribus moderationē recepiſſe.

Illud inter hæc pręterire ſilentio non convenit, quod Pontifex R. poteſt indulto ſuo, ac privilegio concedere, ac delegare talem auctoritatem Presbytero, ſicuti Generales Ordinis Vallumbroſani, & Camaldulenſis ab immemorabili tempore conſecrant ſubditas ſibi Moniales, approbante Sede Apoſtolica, ut patet ex declaratione, quæ extat apud *Tamburin. de Jure Abbatiſſæ l.* 1. 27. *q.* 2. *n.* 8. *ſub die* 1. *Iulii* 1601. his verbis .. Moniales conſecrare ſi ſpectet
.. ex privilegio ad ſuperiores regulares, debent
.. ſervari in earum conſecratione omnes cære-
.. monię, quę in conſecratione virginum ab Epiſ-
.. copo facienda præſcribuntur.

Illud etiam obſervandum, poſſe Presbyterum ex delegatione Epiſcopi dicare virgines omnibus ritibus conſuetis, excepta tamen *coronæ & annuli* traditione. Nam quæ videtur conſecratio, reſolvitur in ſimplicem benedictionem.

Sed ut omninò conſtet de poteſtate Presbyteri; placet hic non inutilem excitare quęſtionem: utrum ſimplex Presbyter ſuo jure poſſit a minori excommunicatione abſolvere, ſicuti a culpis venialibus? Hanc quæſtionem obiter attingit *Gibal. de Cenſuris diſq.* 9. *q.* 3. *conſect.* 14. 32
Covar. 1. *p.* §. 11. *n.* 6. *in cap. alma Mater pag.* 407.

Et quoniam Covarruviæ ſententię ut plurimum receptiores ſunt: hunc veluti ducem ſequuti, aſſerimus in hac controverſia, ſimpli-
cem Sacerdotem juriſdictione carentem, mino- 33
rem excomunicationem abſolutionis remedio non poſſe tollere.

I. Fundamentum, quod me judice firmiſſimum eſt, immotumque, ex quadam differentia conſurgit valde notabili. Venialium culparum abſolutio ſacramentalis eſt, minoris excomunicationis abſolutio non item. Etſi quod utraque abſolutio vinculum tollat, ſed diſtinctum atque diverſum vinculum; utrumque jus promanat, ac pendet à diverſo requiſito. Abſolutio ab excomunicatione, requirit juriſdictionem fori exterioris; abſolutio a peccatis, exigit juriſdictionem fori interioris, & animæ, *can. ſi Petrus* 24. *q.* 1. *cap. ſi Epiſcopus*
de Pan. in 6 Sacramentalis abſolutio eſt pars
Sacramenti pęnitentiæ; quod quidem pęniten- 34
tiæ Sacramentum pertinet, & ſpectat ad culpam remittendam, quæ in judicio animæ ſecretè, integrèque detegitur Sacerdoti. Ergo non pertinet ad remittendum vinculum contractum ex Iudicis exterioris ſententia, nempe per excomunicationem. Si id expreſsè, & luce clarius cernere cupis, illud ſcias, non defuiſſe magnæ exiſtimationis viros, qui cenſuerunt, in articulo mortis poſſe etiam laicos excomunicatum,
a cenſura liberare, & abſolvere; *Silveſter*, *Ab-* 35
bas, *Angelus*, aliique plures relati à *Covar. in cap. alma mater* §. 11. *n.* 9. quaſi hæc poteſtas cenſeretur delegata ex intentione, ac mente Romani Pontificis. Tametſi hæc jam prævaleat, ut certior, ſecuriorque opinio contrarium ſtatuentium, eò vel maximè, quod etiam poſt mortem abſolvi poſſit excomunicatus *cap. ſacris de ſent excomunicat. cap. a nobis eod. Tit.* 36
Libuit prolixius diſtinctionis partes elucidare, quia ſi hanc diverſitatem rectè mente concipias, vim quoque primi hujus argumenti tenebis cum enim ſimplex Presbyter careat juriſdictione fori exterioris, non poterit a minori excomunicatione abſolvere.

II. Clareſcit magis propoſita ſententia hoc ratiocinio, quia regula eſt, eum abſolvere
poſſe, qui, & ligare, poteſt, *can. inferior* 21. 37
diſt. L. qui condemnare ff. de Reg. Iur. Atqui in comperto eſt, carere Presbyterum, abſque ulla delegatione, poteſtate excomunicandi. Principia Iuris Canonici rem elucidabunt. Quid eſt poteſtas clavium? Poteſtas ligandi, atque
ſolvendi: poteſtas aperiendi Cęlum, vel indi- 38
gnis intercludendi. Quotuplex eſt poteſtas clavium? Hæc duplex, Ordinis, & juriſdictionis; Ordinis poteſtatem quivis Sacerdos habet, quæ

imme-

immediate profluit a Chriſto D.; at juriſ ictio-
nis poteſtas in clericos ex Pontificis permiſſio-
ne. Iam poteſtas excomunicandi non dima-
39 nat ex poteſtate Ordinis. Alioquin cur Epiſco-
pus confirmatus, ſed nondum conſecratus, aut
Presbyter, excomunicare poteſt, ex celebri *cap.
tranſmiſſam de elect.* Nimirum quia non eſt
neceſſarius ſacer Ordo, ad poteſtatem exco-
40 municandi, tametſi aliquis Ordo præmittendus
ſit huic poteſtati, ut ea dicatur rite perfungi:
ut nempe ſit clericus, qui ſit aptus, & ido-
neus ad beneficium, perdoctè *Covarruvias in
d. §. undecimo in prin.* Si ergo Presbyter ſim-
plex poteſtate caret ligandi, per excomuni-
cationem minorem; vi ſui Ordinis, abſolvere
non poterit ab hac cenſura.

III. Augetur opinionis noſtræ probabilitas, ex
canone, quem Lauria *in Epitome canonum*, ad-
ducit verbo *abſolvere*. Pontifex Evariſtus *in
can. Presbyteri 26. q. 6.* hæc habet -- *Iuſſione
Epiſcopi Presbyter poterit confirmantes abſolvere,
41 & communicare*. Quid ſignificat *communicare*?
Notandus hic loquendi modus: nam apud Ca-
nones, utplurimum communicare denotat com-
munioni reſtituere beneficio abſolutionis. Quid
ex hoc Textu ſequatur, me tacente ingenioſus
lector mente comprehendet, ſi juſſionem illam
Epiſcopi perpendet.

IV. Ex alia quoque obſervatione, magis in-
tellectus ſententiæ noſtræ acquieſcet; his tempo-
ribus, ut videmus, excomunicationes minores ab
homine non infliguntur, notat *Laim. lib. 1. Tract.
V. par. 2. cap. 3. n. 5. Anſaldus de iuriſd. T. de
42 Excomunicatione* Ergo incurritur vi legis minor
excomunicatio; at non tam multis in caſibus,
ut olim Iura præſcribebant. Tali cenſura mulcta-
batur fidelis, juxta ſpeciem Textus *in cap. nuper
de Clerico excomunicato, in can. quibus 37. qu.
4. in can. de Presbyterorum ead. cauſ. & quæſt.
in can. ſi quis Epiſcopus diſt. 79. in can. ſi quis
deinceps 16. q. 7. in can. Epiſcopi XI. q. 3.* Præ-
ſertim nunc ſi quis cum excomunicato verſetur
cap. quoniam multos XI. q. 3. Atque hujuſmo-
di auctoritates ſolùm verba faciunt, de minori
excomunicatione, quæ a Iure infligitur. Sed,
& illud obſervare datur quod frequentius ca-
nones infligebant excomunicationem minorem,
in pœnam venialium culparum. Quæ cum ita
ſint, ita diſſero. Regula communis omnium
conſenſu conſtituta, eſt quod a minori exco-
municatione lata a Iure abſolvere non poſſit
quilibet Sacerdos. His temporibus, ut videmus,
minor excomunicatio eſt a Iure decreta, ergo
Presbyter carens juriſdictione, caret abſolven-
di facultate à minori excomunicatione.

V. Huc confert ſententia Textus, *in can. ex
auctoritate 16. q. 1.* in quo Gregorius aperte
ſcribit, ad eum pertinere communionem dare
per abſolutionem, qui Apoſtolorum figuram
tenet: ad indicandam juriſdictionem, quæ ab
Epiſcopis qui Apoſtolis ſucceſſere, *can. duorum
vices 68. diſt.* poteſt delegari, poteſt concedi,
atque permitti ſimplici quoque Presbytero.

SOLVUNTUR OBIECTIONES.

Obiicitur I. Non deſunt Canones, qui tri-
buere videntur facultatem abſolvendi a mi-
nori excomunicatione, etiam laico; ergo mul-
to magis id concedendum ſimplici Presbytero.
Antecedens videtur oſtendi poſſe per indu-
ctionem, *can. ſanctum 36. de conſecr. diſt. 4.*
Ubi in naufragio petens a laico abſolutionem
eam impetrat; ſimilis Textus *in can. quem pæ-
nitet de Pæn. diſt. 1. in can. primò in principio
de Pæn. diſt. 6.* ex qua facultate abſolvendi à
culpis, quæ laicis non denegata videtur in
mortis articulo, infertur eodem pacto, lice-
re laicis abſolvere à cenſuris. Eſt enim affi-
nitas, atque conjunctio, cum poteſtate abſol-
vendi, a cenſuris.

Pro reſponſione, cavendum maxime ab opi-
nione Gloſſæ, quæ id docuit in *cap. paſtoralis
verb. præter quam in mortis articulo de officio
Ordinarii*. Etenim omninò falſum eſt, licere
laicis abſolutionem impendere, cum omni ca-
reant juriſdictione. Neque illi canones verba
faciunt de abſolutione ſacramentali neque ad-
mittunt eam confeſſionem culparum, quæ ad
aures laici deferantur, & effectum habere Sacra-
menti ſed ſolum approbant hujuſmodi con-
feſſionem, ut pudor excitetur, ex pudore con-
fuſio, ex confuſione dolor, ex dolore deteſta-
tio: tandem vera contritio. 43

Obiicitur II. Textus *in cap. nuper a nobis de
ſententia excomunicationis*, ubi eadem hæc quæ-
ſtio propoſita fuiſſe videtur Innocentio, his
verbis: *utrum qui nominatim excomunicatis
ſcienter communicant, abſolvi a ſimplici Sacer-
dote poſſint?* Et in fine Textus aſſerit Innocen-
tius, *id et aliis fuiſſe à Iure conceſſum*. Cer-
te qui incidit in excomunicationem partici-
pando cùm excomunicatis, minoris excomuni-
cationis vinculo ligatus remanet. Ab hac igitur
cum abſolvat ſimplex Presbyter, planè videtur
falſum defendi.

Sed reſponſio à nobis petenda non eſt: le-
gatur litera Textus. Quem primo ſimplicem
Sacerdotem vocavit, poſtea proprium Sacerdo-
tem appellat; ſimplicem Sacerdotem quem-
dam vocavit Innocentius, agens de vicariis per-
ſonis Eccleſiaſticis, de Epiſcopo, de Pontifi-
ce; certe proprius Sacerdos, ſi cum iis confe-
ratur ſimplex Sacerdos eſt, quemadmodum *mi-
nora ſydera validorum exortus obſcurat, can. ad
hoc 89. diſt.*

Obiicitur III. Textus in *cap. his auctorita-
tibus 24 q. 1.* ubi ita legitur; *Cum ergo Sa-
cerdotalem unctionem utraque poteſtas videlicet
baptizandi, & excomunicandi ſequatur*, ex quo
Textu, clara illatio deducitur, licere Presby-
tero ſimplici excomunicare vi ſui Ordinis, con-
ſonat textus; *in can. omnis chriſtianus XI. q. 3.*

in can.

in can. qui jubente, in can. nullus ib. in can. nemo 2. q. 1. in can. reprehenſibilis de Appel. Ejus autem eſt ſolvere, cujus eſt ligare, ut ſupra demonſtravimus.

Sed reſpondetur Textum in *d. cap. his auctoritatibus*, eſſe verba Gratiani; neque poſſumus inficiari, Gratianum eſſe loquutum de presbitero juriſdictionem habente, ut oſtenditur, ex *cap. tranſmiſſam de elect*: Neque alii Textus probant, id quod ſuperior opinio adverſariorum proponit: videndus *Gonzalez in cap. 3. de off. ord. n. 1.*

Objicitur IV. ad probandum abſolutionem, ab excomunicatione, eſſe actum fori interni, textus in *can. tunc vera 11. q. 3.* ubi Sanctus Gregorius, expreſsè interni Judicis arbitrium vocat abſolutionem; atqui etiam abſolutio, a peccatis venialibus, eſt actus fori interni; ergo ſi hic actus ſimplici ſacerdoti permittitur, concedenda pariter eſt abſolvendi facultas ab excomunicatione minori.

Pro reſponſione, obſervetur, illum Textum de ſola abſolutione, a peccatis diſſeruiſſe, quę actum internum contritionis, antecedenter efflagitat, non poteſt ergo ea conſtitutio, detorqueri ad abſolutionem a cenſuris.

Objicitur V. Quandò Sacerdos obtinuit, ab Epiſcopo jus, facultatemque abſolvendi, a mortalibus, eo ipſo cenſetur obtinuiſſe facultatem abſolvendi, a minori excomunicatione non reſervata, *cap. nuper, de ſent. excomunicationis.* Quid ni igitur conceſſa ſimplici Presbytero facultate abſolvendi, a venialibus, cenſeatur conceſſa facultas abſolvendi a minori excomunicatione? Hoc argumentum adduxit Toletum *L. 1. cap. 18. inſtruct. Sacer.* ut adverſariorum adhæreret ſententiæ. Verumtamen obſervare decet quoddam Juris Canonici principium, quo facilè occurritur difficultati. Quod enim preſbyter ſimplex abſolvat a mortalibus, a quibus pænitens fuerit jam legitimè abſolutus, & quod abſolvat a venialibus, ipſi ex Eccleſię conſuetudine conceſſum eſt; & hæc conſuetudo juriſdictione præditum reddidit ſimplicem presbyterum *Laym. L. V. Tract. 6. cap. 10.* At vero non hoc induxit conſuetudo de ſimplici Preſbytero, ut abſolveret a minori excomunicatione; quia etiam nullibi exercetur hæc auctoritas; *Gibalinus de cenſ. diſq. 0. q. 3.*

Verumtamen pro reſolutione, & praxi hujus quæſtionis, animadvertendum eſt. Quod licet id antecedenter ad decretum Innoc. XI. indiſtinctè procederet; attamen *ſub die 12. Januarii anno 1679.* decretum ejuſdem Pontificis emanavit, *circa communionem quotidianam;*
in cujus fine, hæc leguntur, *non permittant,* 44
ut venialium Confeſſio fiat ſimplici Sacerdoti non approbato ab Epiſcopo, aut Ordinario; vi cujus decreti uſus talis Juriſdictionis circa venialia Sacerdoti prohibitus eſt ab Eccleſia, quæ pollet hac poteſtate *Trid. ſeſſ. 24 cap. 2.* Quare noſtra quæſtio procedit ante Innocentii decretum.

Presbyterę.

Erant Uxores Presbyterorum, quæ caſtitate promiſſa, permiſerant viros ordinari *Gonz. in cap. 1. de Converſ. conjug.*

DE HIS, QUI SUNT IN SACRIS CONSTITUTI.

TITULUS XX.

IN ſacris ordinibus ſunt etiam diaconus, & ſubdiaconus. Diaconus (*a*) miniſter eſt ſacerdotum peragentium ſacra, & [*b*] Levita idcirco dicitur (*c*) Ut .n. in veteri lege ex duodecim una tribus Levi electa eſt, quæ tabernaculo Dei, ejuſque ſacrificiis ritu perpetuo deſerviret, ita diaconi eliguntur in auxilium Presbyteri.

(*d*) Eorum uſus introductus eſt ab Apoſtolis in (*e*) Concilio Ieroſolymitano II. Ordinis tamen [*f*] inſtitutio à Chriſto emanavit, cum [*g*] diaconatus ſit Sacramentum. Confertur (*h*) .n. cum Epiſcopus manum dexteram imponit illius capiti dicens: *Accipe Spiritum Sanctum*

Digitized by Google

ad robur, & ad reſiſtendum Diabolo, & tentationibus ejus in nomine Domini; cumque tradit Evangeliorum codicem, prolata illa formula: *Accipe poteſtatem legendi Evangelium in Eccleſia Dei tam pro vivis, quam pro defunctis in nomine Domini.*

Ex quibus infertur quale ſit diaconi officium. Et olim (*i*) quidem multiplex erat illius miniſterium. Nunc [*l*] ad pauca redigitur, veluti, ut aſſiſtat ſacerdoti ſacra operanti, Evangelium accepta benedictione legat, ut baptizet, & communicet.

Priſco ævo virgines quædam, ac viduę (*m*) ſolemni ritu, & benedictione ad *diaconiam* vocabantur, earumque munus prope erat neceſſarium, ut videbimus.

Atque hic ſolus ordo diaconatus, ultra præsbyteratum ſacer fuit uſque ad Urbani II. [*n*) tempora, à quo ſacer quoque ordo declaratus fuit ſubdiaconatus, poſt (*o*) annexam ei perpetuæ caſtitatis obligationem. Neque poteſt dubitari, hunc quoque ordinem à Chriſto fuiſſe inſtitutum, ſerius [*p*] tamen in uſu poſitum. Officium (*q*) ſubdiaconi eſt aquam ad miniſterium altaris præparare, miniſtrare diaconis, calicem, & patenam in uſum ſacrificii eidem offerre, pallas altaris, & corporalia abluere; & ideo in ejus ordine Pontifex calicem vacuum cum patena illi tradit, & librum epiſtolarum. Ad plura alia extendebatur illius miniſterium, & viciſſim fuit aucta illius poteſtas, qualis illa tangendi vaſa ſacra.

SUMMARIUM.

Diaconi vox quid ſignificet. 1.
Diaconus Levita dicitur. 2.
Stolam ſupra ſiniſtrum humerum defert. 3.
Caſulam complicatam in diebus jejuniorum defert, & quam ob cauſam, explicatur eruditione. 4.
Diaconorum origo detecta. 5.
Uſus miniſtrandi menſis communibus quod erat officium diaconi, quando nam ceſſaverit. 6.
Diaconatus quando nam a Chriſto inſtitutus. 7.
Quidam erat Diaconorum gradus qui propriè Sacramentum non erat. 8
Explicantur hac diſtinctione Textus alioquin antinomiam faciens. 9.
Diaconi omnia munera referuntur, cum notitia antiquitatis. 10.
Diaconiſſa an re vera ordinata. 11.
Antiquus Ordo Romanus habet Miſſam peculiarem Ritumque Ordinanda Diaconiſſa. 12.
Ordinatio Diaconiſſa quomodo perageretur. 13.
Diaconiſſarum officium. 14.
Diaconiſſa quando nam exoleverunt. 15.
Subdiaconatus quando nam ceperit eſſe ſacer ordo. 16.
Subdiaconatus in Sicilia an eſſet ante Urbanum Secund. ſacer ordo. 17.
Nova intelligentia Textus in can. ante 31. diſt. 18.
Urbanus ſecundus per univerſum orbem voluit Subdiaconatum eſſe Sacrum ordinem. 10.
Sacro ordini an ſit caſtitatis obligatio annexa ex voto, an ex præcepto Eccleſia fusè disputatur. 20.
Diaconatus ſerius in uſu poſitus. 21.
Subdiaconi officium latè deſcribitur. 22.
Subdiaconus primis Eccleſia cunabulis epiſtolam non legebat. 23.
Subdiaconatus officium exercetur ab Imperatore in die ſua ordinationis. 24.
Subdiaconus an Vaſa ſacra poſſit attingere. 25.

EXPLI-

EXPLICATIONES.

[a] Diaconus.

Diaconus miniſter eſt.

Diaconus in Eccleſia ſacer miniſter eſt; qui varias appellationes ſortiebatur juxta varium officium. Interdum *Oculus Epiſcopi*
3 dictus *Clem.* 1. *Epiſt.* 1. *c.* 4. interdum *Circum luſtrator*; ut Archidiaconus *c. Diaconi* 39. *diſt.* Modò etiam *Regionarius*, quod unus diaconus duas regiones Romæ juſſu Fabiani cuſtodiret. Modò *Palatinus*, aut *Baſilicarius*, cum Diaconus Pontifici miniſtrabat. Modò *Stationarius*, cum Pontifex celebrabat in Eccleſia ubi ſtatio erat. Demum *Teſtimonialis* cum prædicanti Epiſcopo aderat. Cumque hanc vocé, & veteres uſurparent nunc ſacrum exprimit miniſterium.

Nam, & Veteres Mercurium, qui miniſter erat Superorum, & Inferorum Deorum diaconum vocabant a græco *diaconos*, qui ſonat *miniſtrum* Epitheton Mercurii propriũ, ideo & celer dicitur *Hor. Od. 7. l. 2.* *Sed me per hoſtes Mercurius celer*
Denſo paventem ſuſtulit aere.
& dicitur *pennatus* aliſque pedibus, & capiti affixis D. Aug. *L.* 7. de Civit. Dei, & interpres Divum quoque dicitur eamdem ob cauſam *Virg. L.* 3. *Aen.* 1. *Nunc etiam Interpres Divum Jove miſſus ab ipſo* atque extat elegans Emblema *Alciati* 8.

(b) Levita.

Diaconi levitæ dicuntur.

Diaconi Levitæ vocantur *in c. Cleros diſt.* 21. *in*
2 *cap. perlectis* 25. *diſt.* & a D. Ambroſio Evangeliſte,
& Predicatores in *c.* 4. *Epiſt. ad Epheſ.* & ſicut Levitæ olim 25. anno juſſi ſunt ſunt in Tabernaculo deſervire, tamquam ætatis ad onera portanda robuſtæ, ut poſſent arcam fœderis, menſam propoſitionis, & vaſa tabernaculi deportare. Id ſimiliter in novo Teſtamento recolitur, cum Diaconis ſupra ſiniſtrum humerum ſtola imponitur, & in diebus jejuniorum ſuper eumdem humerum caſula complicatur, ad indicandum geſtandi la-
3 borem. Hinc etiam diaconi Cardinales menſam Lateranenſis altaris humeris ſuis in die cœnæ ad
4 ſacrarium deportant, & in ſabbatho ſancto reducunt, *Durand. de div off. l.* 2. *cap.* 9.

(c) Ut enim.

Hæc verba accepimus ex Pontificali Romano in *tit. de Ordinatione Diaconi; & ex can. in veteri diſt* 77.

[d] Eorum uſus.

Diaconatus fuit a Chriſto D. inſtitutus.

Ita et ã docet *Bellarminus de Sacramento Ordinis* ſumma cum ratione; nam cum diaconatus ſit Sacramentum, non potuit niſi à Chriſto D. inſtitui auctore Gratiæ, *Trid. ſeſſ* 7 *can. de Sacram. in genere*; ſupereſt ergo, ut ad ſummum ſolus uſus fuerit poſteà introductus; quædam namque Sacramenta Chriſtus inſtituit, & eorum publicationem Apoſtolis reliquit, ut accidit in Sacramento Extremæ unctionis a *D. Jacobo in Epiſt.* 5. promulgato.

(e) In.

Quando nam Diaconi fuerint electi?

Cauſam inſtituendi Diaconos libet altius repetere. Sicut Dominus in ultima cœna utramque menſam unà coniunxit: communem quidem, in qua agnum comedit: & ſacram, in qua
Sacramentum præbuit ſuum corpus, & ſangui- 5
nem pretioſum; ita etiam temporibus Apoſtolorum eadem conſuetudo percrebuit. His menſis communibus viduæ inſerviebant ex Judęorum uſu veteri, nam mulieres Domino miniſtrabant *Math.* 27. *Factum eſt autem* (ait Lucas 6.) *murmur Græcorum, adverſus Hebreos eo quod deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum.* Græci autem erant Hæbrei, qui Græciam incolebant, ad fidem poſtea converſi. Ergo in Concilio Ieroſolymitano ſecundo, miniſterio hoc viduis inhibito, electi ſunt diaconi ſeptem, ut inſervirent fidelibus, qui quotidie menſas communes inſtruebant, & quotidie in communicatione fractionis panis perſeverabant *Paul.* 1. *ad Chor.* 10. ibi *panis, quem frangimus, nonne participatio eſt corporis Chriſti?* Atque numerum ſeptem Diaconorum olim non licebat excedere *c. Diaconi ſeptem diſt.* 93 *Cabaſſ not. Eccl. ſæcul.* 1. *pag.* 18. *n.* 10. Uſus hic miniſtrandi
menſis duravit uſque ad tempora Origenis, ut
patet ex ejus *tract. in* 15. *in c* 21. *Math.* & re- 6
manſit illis ſola cura diſtribuendi elemoſinas, eò quod fideles ob numerum non poterant amplius ſimul convenire ad cœnam.

(f) Ordinis.

Diaconatus inſtitutio.

Hujus gradus inſtitutio quando à Chriſto D. profluxerit, incertum. Placet Viguerii ſententia *n.* 187. dum ait, Chriſtum D uſum fuiſſe actibus omnium ordinum, eoque uſu veriſimiliter
ordinem quemlibet inſtituiſſe: præſertim dia- 7
conatum cum miniſtravit, & miniſtrari juſſit ſuum Sanguinem; Durandus tamen *lib.* 2. *de Diacono c.* 9. putat Diaconatum inſtitutum, cum Chriſtus Apoſtolos ad orandum hortatus eſt, & quando Evangelium prædicavit.

[g] Cum.

An omnis Diaconus eſſet ordinatus.

Digitized by Google

Hoc loci proponam a paucis obſervatam diſtin-
ctionem, ut fidem mereri volumus auctores, a
quibus refertur, & traditur. Cum Diaconus
miniſtrum ſignificet, quidam in Eccleſia ad quod-
dam officium ac miniſterium deputati, diaconi
vocabantur. Alii vere gradu, ordineque ſacro dia-
8 conatus præditi propriè dicti erant diaconi,
quorum ordo Sacramentum eſt, de quibus hic
quæritur. Supra dicti deputabantur ad aliquod
miniſterium ſimplex extra templum, videtur id
poſſe colligi *ex c. 16. Concilii Trull.* dum ait,
*hos Diaconos non fuiſſe de viris, qui miniſtrant
myſteriis miſſa*: ita ſtiam at *Archoas in illud Ac-
tuum Apoſtol. cap.6.* Quod etiam docuit *Vaſquez
tit. 3. diſp. 2.6 n. 42. de Sacramento Ordin.* Sed
nihilominus regulariter fuerunt ordinati diaco-
ni per hyrothesiam, & ſacrum ordinem. Etenim
etiam tempore Apoſtolorum erant diaconi Phi-
9 lippis. & Epheſi, & in Creta, ut patet *ex Epiſt.
D. Paul. ad Philip. & Thimot. & Tit.* & ita no-
va explicatione illuſtratur Text. *in cap. non opor-
tet 93. diſt.* dum ait: non oportet Diaconos pa-
nem date: ſed repugnat hic text. *cum c. Dia-
conos 93. diſt & cap præſente ibid.* Tollitur egre-
gie antinomia dicendo quod non liceat nec præ-
ſente, nec abſente Presbytero erogare panem ſa-
crum illis diaconis, qui fortaſſe non ſuſcepere
ordinem ſacrum, ſed ſolum miniſterium extra
Eccleſiam.

[*b*) *Confertur*.

Omnes tradendi hujus ordinis functiones, &
ritus ex Pontificali docemur ſub titulo *de Ordi-
nat. Diaconi*, & paſſim ex ſacris Canonibus.

(*i*) *Et*.

Diaconi functiones recenſentur.

Omnes diaconi functiones, ſub hac diviſione
comprehenduntur; quædam .n. ipſis competunt
ex Eccleſiæ conſtitutione: quædam ex Inſtitu-
tione Divina. Ex Eccleſiæ conſtitutione, aut
extra altare, aut in altari. Extra altare eorum
erat adducere, & exuere baptizandos: januis Tem-
10 pli præeſſe, ne ex certa parte feminæ ingrederen-
tur *Dionyſ. de Hierarch. c. 2. Clem. l. 2. Conſt. cap.*
48. Eccleſiaſtica bona diſpenſare: obire carceres,
quibus Martyres detinebantur *Cyprian. l. 3. Epiſt.*
15. deferre cauſas ad Pontificem, & reſponſa
petentibus reddere *Euſeb. lib. 7. Hiſt. cap.* 11.
viſitare ægrotos: morientium oculos deprimere
D. Cipr. ibid. Aſſiſtere Epiſcopo prædicanti *c.
per lectis diſt.* 25. Pſallere in choro, ut deduci-
tur ex Athanaſio *de fuga ſua* his verbis .. mane-
.. bat in Cathedra Juſto Diacono, ut Pſalmum
.. Quoniam in Sæculum miſericordia recitaret.
In altari vero eorum erat, proclamare ad popu-
lum ſæpenumero inter *Divina* officia, ut de-
nunciando Matrimonium futurum: aut jubendo
ut excommunicati, & hæretici, & cathecumeni
exirent, ut ſe fideles inclinarent ad benedictioně:
ut ſe præpararent ad Communionem his verbis,
Sancta Sanctis: inſuper ex dypticis nomina fi-
delium alte legere: itemque dimittere popu-
lum, perſoluto ſacro *Cabaſſ. in Conc. Ancir.
ſæculo 4. p. 95. n. 4.* Cathecumenorum nomina
recitare: diſponere in templo, quo quis loco
ſederet, imperare ſilentium, & mutuam pacem
Clem. l. 8. Conſt. c. 17 & 18. & communican-
tibus ſacrum calicem porrigere, & dum Sacer-
dos accedebat ad conſecrationem clamare, *Nemo
contra aliquem, nemo in ſimulatione Vaſq. loc.
citat.* Inſtitutione Divina exercet officia quæ ho-
diè quoque perſeverant quamquam, & alia quo-
que in uſu ſunt, de quibus nunc loquemur.

(*l*) *Nunc*..

Alia Diaconi officia.

Ut obſervat *Cabaſſuti l. 3. cap. 15. n. 2.
Scient. can.* ſunt hæc ipſi præcipua (quam-
vis *Fragroſus p. 2. diſp.* 21. neget hæc diaconis
ex officio competere) & adhuc permanent: ut
prædicare Evangelium, ideſt legere, ut expli-
cat *Gloſſ. in c adducimus 16. q. 1.* ut baptizare,
non tamen ex poteſtate ordinaria, ſed ex com-
miſſione *Vaſq. tit. 3. diſp. 236. c. 8.* Miniſtrare
Sacerdoti in altari. Quædam alia adhuc durant,
quę non videntur ex Inſtitutione Divina, ut Epiſ-
tolam legere Subdiacono deficiente *c. perlectis
25. diſt.* ut dicere Lytanias, præmonere obſequium
Deo, dum ait, *humiliate capita veſtra Deo*:
annunciare feſtivitates: donare pacem.; Quæ
omnia ſunt apud *Durandum l. 2. c. 8. de Diac.*

[*m*] *Virgines*.

De Diaconiſsis.

Nemo eſt, qui de Diaconiſſis mentionem non
faciat. Illud fortè non ſatis explicatum, an 11
Diaconiſſæ revera eſſent ordinatæ? Et primo in-
tuitu videntur fuiſſe ordinatæ, qua *Tertulianus
l. 1. c. 7. in libris ad uxorem de Diſciplina Ec-
cleſia &c.* (& mox) *& viduam adlegi in ordi-
natione &c.* niſi *univiram non concedit*. Antiquus 12
Ordo Roman. habet Miſſam peculiarem, ad ri-
tum ordinandæ diaconiſſæ, & hæc ordinabatur
inter Miſſarum ſolemnis, eique dabatur anulus,
torques, & ſtola diaconalis *Lup. ad c. 15. Cal-
ced. Conc.* Dicendum tamen non fuiſſe revera 13
ordinationem hanc verum Eccleſiæ ſacramen-
tum, ſed ritum mere cęremonialem: unde illis
ſacræ pallæ contactum, ac thuris in Eccleſia in-
cenſionem interdictam fuiſſe a *Bonif. I* teſtatur
liber Pontificalis c. 44. ſed tamen fuerunt Cata-
phrigæ hęretici, qui ſunt opinati, diaconas or-
dinari inſtar diaconorum.

Earum officium fuit cuſtodire Eccleſiæ veſti-
bula: inter mulieres legere homilias: denudare 14
adultas ad Baptiſmum: Feminarum cadavera
abluere, & componere ad ſepulchrum: talis erat
Phabe apud *Paulum in Epiſt. ad Rom.* 16.

In Eccleſia latina ſtatim abolitæ fuerunt *Conc.
Aurel. 2. c. 17.* quamvis in Eccleſia Gallicana ſo- 15

lum

lum extinctæ ſint in prima Synodo Arauſicenſi Anno 2. S. Leonis Magni, Anno Chriſti 441. ut putat *Lupus loco cit.*

(*n*) *Uſque*.

Subdiaconatus eſt ordo ſacer.

Non poteſt negari, quin fuerit etiam ante
Urbanum II. ſacer gradus Subdiaconatus. Ur-
banus II. ſedit Anno 1088. Et tamen in Hyſ-
pania tempore Concilii Illiberini ſubdiaconatus
erat ordo ſacer, ideſt Anno 325 juxta *Mendoz.*
in c. 1. ejuſdem Concilii En verba Canonis 33.
16 *Placuit in totum prohiberi Epiſcopis, presbyteris,*
diaconibus, & ſubdiaconibus poſitis in miniſterio,
abſtinere ſe a conjugibus ſuis, & non generare
17 *filios*. In Sicilia præſcripta fuit ſubdiaconis caſ-
titas ſub hac alternativa, ut aut vellent uti uxo
ribus, & a miniſterio altaris ceſſare: aut, ſi
miniſtrare præſumerent, abſtinerent ab uxori-
bus. Ita Leoni Epiſcopo Catanenſi ſcribit Gre-
gorius 21. *q.* 2. *c. multorum*. Idemque Gregorius
ita explicatur, & intelligitur in *c. ante trien-*
nium 31. *diſt.* ſcribens univerſæ Siciliæ. In aliis
18 vero locis ſacer erat juxta Romani Pontificis,
vel Metropolitani licentiam, ut dicitur in *c.*
nullus diſt. 60. Verumtamen ab Urbano II. in
univerſum ſubdiaconatus ſacer ordo dictus eſt
his verbis in *c. erubeſcant diſt.* 32. *Erubeſcant im-*
19 *pii, & aperte intelligant Judicio Spiritus Sancti*
eos, qui in ſacris ordinibus Presbyteratu, Dia-
conatu, Subdiaconatu ſunt poſiti, niſi mulieres
abſtinuerint, & caſte vixerint, excludendos ab omni eorum graduum dignitate. Atque ita decreto universali ſancitum affirmat *Innoc. III in c a multis de ætat. & qual. Verum cum hodie Subdiaconatus inter ſacros ordines computetur, ſicut Urbanus II. ſub his verbis exprexit: Erubeſcant &c.*

(*o*) *Poſt*.

An ſacro ordini ſit ex voto annexa caſtitatis obligatio.

An vero ſacro ordini annexa ſit obligatio caſtitatis ex præcepto Eccleſiæ, an potius ex voto: al quo diſſenſu, atque conflictu certatur. Placet opportune quæſtionem hanc perveſtigare, in qua ſit noſtra concluſio: *Sacro Ordini Votum*
Caſtitatis eſt annexum quod tacitè emittitur actu
20 *ipſo ordines recipiendi.*

Hæc tutior veriorque ſententia eſt: Tametſi contraria opinio à quibuſdam recipiatur.

Probatur primo *ex can. integritas* 32. *q.* 1. qui Textus, & ſi aliis uti quis nollet, ſufficeret, ad perſuadendum: *Integritas ſuaderi poteſt, imperari non poteſt, res magis voti quam præcepti.*

Nec dicant adverſarii verbum *Votum* in hoc Textu adnotare non promiſſionem Deo factam, ſed propenſionem naturalem, & voluntatem, & genium quo ſenſu votum accipitur apud probatos auctores.

Velle, ſuum cuique eſt nec voto vivitur uno.

Quare, & ſuffragium *Votum* dicitur in *cap.* 1. *de elect. in 6. & ſpet Ovid.* 1. *Metamorph.*

> *Sternuntur Segetes, & deplorata Coloni*
> *Vota jacent.*

Nec etiam in nos regerant quod hoc votum annexum ordinibus ſolemne ſit ex vi legis Eccleſiaſticæ; aut D. Ambroſium auctorem ejuſdem canonis verba facere de virgine profeſſa in religione, quæ amplius nubere non poteſt. Siquidem nimis clara eſt auctoritas adducta, nimis generaliter loquitur; non ergo recipit iſtas interpretationes.

Probatur II. Ex *cap. cum olim de Cleric. Conjug.* Audiatur quæ ſit in hac quæſtione mens canonum, ex hoc textu: *Eccleſia Græca* (ut ait) *non acceptavit votum continentiæ; Eccleſia Latina acceptavit.* Quomodò poterit negari, continentiam, & celibatum vere eſſe ex voto annexum ſacro ordini? Vel quomodo clarius exprimi poteſt id quod defendimus?

Henriquez *l.* 10. *de Ord. cap.* 10. §. 7. ut evertat vim argumenti, aſſerit, Pontificem in hoc textu eſſe locutum ut purum privatumque doctorem, non verò ut Eccleſiæ Præſulem. Quid hoc eſt aliud, niſi ut dicitur, ad ultimum poſtremumque remedium confugere? Si hoc inſtituto liceret uti, facile eſſet cujuſque canonis fidem imminuere, & convellere.

III. Additur *Tex. in c. Unico de Vot. in 6.* Quid ait Bonifacius VIII? Ait, votum illud ſolemne eſſe, *quod fuerit ſolemnizatum per ſuſceptionem Sacri Ordinis, vel per Profeſſionem expreſſum.* Scire velim quomodo vitari poſſit hæc Bonifacii conſtitutio? An aſſerendo, accipi votum hoc loci pro ſola voluntate mutandi ſtatum? quod ait *ſolemnizatum per ſuſceptionem Sacri Ordinis*? At propoſitum vere votum non eſt, neque præciſe obligat, quare Alexander Pontifex *in cap.* 1. *de voto, & Voti Redempt.* decidit, eum qui propoſuit Religionem ingredi, non eſſe voti transgreſſorem, ſi non adimpleat; ordinatus vero caſtitatem adimplere obligatur, & apoſtata eſt, ſi ducat uxorem. Si igitur patet, & conſtat de obligatione: Cur volumus remotiſſimam interpretationem venari?

IV. Confirmatur vera hæc, communiſque ſententia *ex can. unico* 35 *q.* 1. ubi *Eccleſia poſt Apoſtolica inſtituta quædam conſilia perfectionis addit, utpote de continentia miniſtrorum.* Obſerventur quæſo verba textus *Continentia miniſtrorum*, quod attinet ad Eccleſiam, conſilium eſt; cur ergo volunt adverſarii, cælibatus obligationem eſſe ex præcepto Eccleſiæ? Aliud præcipere, atque jubere; aliud conſulere.

V. Probatur *ex can. de iis diſt.* 28. Ubi Preſbyteri fornicantes dicuntur ſacrilegii rei; gravius eſt ſacrilegium quam fornicari can. ſicut 17. q. 4. An non ſacrilegium committit monialis? ſacrilegium committit religioſus qui per incontinentiam voto ſuo adverſentur? Etenim *in cap. Unico de Voto in 6.* aſſeritur, transferri

per

Digitized by Google

per votum continentiæ ſui corporis dominium in Deum. Non eſt, cur Boſſeus velit interpretrari, & aſſerere ideò ſacrilegium ab ordinato committi, quia peccat contra *dulſam* ſibi venerationem debitam Eccleſiæ pręcipienti caſtitatem. Interrogo, nonne quodlibet peccatum eſt contra Religionem? Et tamen non eſt ſacrilegium omne peccatum. Proprie autem magis loquitur qui voti violationem ſacrilegium dicit, quod gravius eſt fornicatione *can. ſicut qui* 17. *quaſt.* 4. Nunc audiamus oppoſitiones.

SOLVUNTUR OBIECTIONES.

I. Obiicitur Textus *in can. ut lex* 27. *q* 1. Cujus auctor Innocentius Papa II. ita ſcribit: *Ut lex continentiæ, & Deo placens munditia in Eccleſiaſticis perſonis, & ſacris ordinibus dilatetur*; Ergo a lege præcipitur continentia.

Sed facile occurritur oppoſitioni. Nam certe idem non eſt ordo, ac votum caſtitatis; votum caſtitatis ſolemne emittitur etiam in profeſſione: Satis inter ſe diſtant, unum que ſine altero eſſe poteſt: Quod apparet ex inſtituto Gręcæ Eccleſiæ, in qua Sacerdotes ad cælibatum minime obligantur: Quia votum caſtitatis in illa Eccleſia non eſt ſacro ordini annexum atque coniunctum. Unde igitur in Eccleſia *Latina* præſertim cæpit eſſe ex neceſſitate adiectum? Certe ex mandato, ex precepto, ex lege, Nempe Syricii Pontificis. Sicuti ſubdiaconatus apud omnes Eccleſias cæpit eſſe ſacer ordo, cum Urbanus II. lege expreſſa adiecit huic Ordini votum caſtitatis *can. erubeſcant diſt.* 32. Quo probe conſtituto, nunc intelligitur textus oppoſitus; unum quippe dicit, aliud non excludit. Affirmat continentiam a clericis ex lege obſervari; at non ex ſola lege: ex voto etiam tacite in ordinum ſuſceptione emiſſo obſervatur; quod non negatur ab Innocentio Papa in adducto canone.

II. Obiicitur Tridentinum *can.* 9. *ſeſſ.* 24. *ſi quis dixerit, clericos in Sacris Ordinibus conſtitutos, vel regulares caſtitatem ſolemniter profeſſos poſſe Matrimonium contrahere, contractumque validum eſſe, non obſtante lege Eccleſiaſtica, vel voto.* Hæc alternativa indicium diſtinctionis præbet, clericos ex Lege Eccleſiaſtica, Religioſos ex voto obligari ad caſtitatem. Sed facile diluitur hæc quoque oppoſitio. Nam potius Concilium Tridentinum voluit indicare, ab utroque ad cælibatum induci Clericum in ſacris ordinatum, & a Lege, & à voto. Quare verbum *vel* non indicat alternativam, ſed copulam Quod novum non eſt, cum exemplum occurrat multiplex in Jure Can. præſertim in cap. ex parte 10. de reſt. ſpoliatorum.

III. Magis in contrarinm urgere videtur textus *in cap. Quia in ea de Bigam. & in can. Preſbiter diſt.* 18. Quorum Canonum Hæc ſententia eſt, quod cleric conſortium cum fæmina, ſit fornicatio ſimplex. Ergo voti violatio non intervenit, quia in hoc caſu committeretur ſacrilegium. Hoc argumentum continet ſententiam *Caroli Mazzi Clerici Florentini*, qui in tractatu de Matrimonio *Quaſt. V. Articulo XVII.* fuſe probat, clericos proprie non vovere, neque committere ſacrilegium, ſi lapſu fragilitatis ſe labe fornicationis inquinent. Sed jam prohibitus fuit a S. Sede Apoſt. liber ille. Negamus Clericos non vovere: negamus fornicationem hanc non eſſe ſacrilegium; neque adducti Textus declarant hanc eſſe fornicationem ſimplicem.

IV. Graviſſima videtur alia hęc difficultas. Votum debet eſſe, ex vulgata definitione, ſpontanea, & libera promiſſio *can. ante triennium* 31. *diſt.* Atqui Clerici, dum promoventur ad ſacros ordines, neceſſitate compulſi vovent cælibatum, & caſtitatem: neceſſitas autem voluntatem excludit *cap. majores de Baptiſmo cap.* 1. *de his quæ vi metuſque Cauſa fiunt*. Verumtamen hæc ratio non urget magnopere, ſi conſideres, ab Eccleſia neminem ad ordines ſuſcipiendos compelli, adeòque votum annexum non erit involuntarium. Sed Eccleſia tantummodo, volenti ad ſacros ordines promoveri pręſcribit hunc modum per quem non diminuitur libertatis arbitrium, atque voluntatis ſpontaneum exercitium. Ita matrimonium certe libertatem requirit, conſenſumque minime coactum; Eccleſia tamen præſcribit hunc, illumque modum, ut conſenſus clandeſtinus non ſit, ſed in facie Eccleſiæ *cap. non debet* X. *de conſanguinitate, & affinitate Trid. ſeſſ.* 24. *de Reform matr. cap.* 1. Ut intra gradum affinitatis, vel conſanguinitatis nuptiæ non celebrentur; et tamen nemo dixerit, in Eccleſia matrimonia eſſe coacta, atque involuntaria.

Pro Coronide huius diſputationis: non puto inutilem quorumdam canonum obſervationem qui expreſſe docent, antiquitus multis in Regionibus caſtitatem voveri ſolitā, & quoque promiſſam juramento ab ordinando genuflexo coram Epiſcopo, quæ promiſſio vocaretur *conſcriptio* ut eſt *in can. cum in præterito* 48. *diſt.* Quodque interdum promitteretur caſtitas in conſpectu cleri, plebiſque *can. de iis* 28. *diſt.* Idemque in Sicilia moribus uſurpatum fuit *can ante Triennium* 21. *diſt. can. nullum diſt.* 28. Nam præcipuę in Eccleſia Latina votum annexum fuit Sacris Ordinibus, ut conati ſumus demonſtrare.

(p) Serius.

Et ideo Bellarminus *de Sacramento Ordinis cap.* 3. affirmat quod ſi agatur de uſu Subdiaconatus, fuit ab Eccleſia introdnctus, eo quod 21
forte initio, propter fidelium paucitatem, non erant tot ordinum uſus neceſſarii.

[*q*] *Offi-*

Digitized by Google

[*q*] *Officium.*

Subdiaconatus officia.

Mire deſcribuntur in exhortatione, quam ad
clericos dirigit Epiſcopus, in ſacræ ordinatio
nis actu, quę extat in *Pontificali*, his verbis:
Hactenus adepturi filii dilectiſſimi officium ſub-
22 *diaconatus ſedulo attendite quale miniſterium vo-*
bis traditur. Subdiaconum enim oportet aquam ad
Miniſterium altaris praparare, Diacono miniſ-
trare pallas altaris, & corporalia abluere cali-
cem & patenam in uſum ſacrificii eidem offerre.
De ipſis oblationibus tantum debet in altare po-
ni, quantum populo poſſit ſufficere, ne aliquid
putridum Sacrario remaneat; palla, quæ ſunt in
ſubſtratorio altaris, in alio vaſe debent lavari,
& in alio corporales, palla. Ubi autem corpora-
les, palla lota fuerint nullum aliud linteamen
debet lavari, ipſaque lotionis aqua in Baptiſte-
rium debet vergi; Studete igitur &c. de quibus
etiam *in cap. omnino, in cap. lex* 31. *diſt.* Re-
liquæ etiam ordinis ſolemnitates adytum præ-
bent officium ſubdiaconi cognoſcendi: nam poſt
hanc exhortationem Epiſcopus calicem cum pa-
tena vacua ſuper impoſita tradit ſubdiacono,
dicens, *Vide cujus miniſterium tibi traditur, ideo*
te admoneo &c. Et ille manu dextera tangit.
Deinde Archidiaconus accipit, & tradit ei ur-
ceolos, cum vino, & aqua, & bacile cum ma-
nutergio, quæ omnia ſimiliter tangit. His perac-
tis traditur amictus, manipulus, & tunica, dein-
de autem traditur ſubdiacono liber epiſtolarum,
quem tangit manu dextera, dum Pontifex ad
eum, hæc verba dirigit: *Accipe librum Epiſtola-*
rum, & habe poteſtatem legendi eas in Eccleſia
Sancta Dei, tam pro vivis, quam pro defunctis in
nomine Patris &c. In quo obſervetur quod in pri-
mitiva Eccleſia diaconus cum Evangeliũ non le-
geret donec id eſſet ſtatutum, ſubdiaconus etiam
non legebat epiſtolam ita *Durand. l. 2. de ſubdiac.*
c. 8. quare olim lectorum manus erat epiſtolam
canere, ut his temporibus in Eccleſia Græca *Amal* 23
l. 2. c. 11. neque olim in ordinatione librum
epiſtolarum accipiebat, ut idem *Amal.* narrat
eod. l. 2. cap. 5. Neque etiam olim mos erat, ut
Subdiaconus patenam involutam gereret tempo-
re D. Cypriani. Sed hoc officium erat acolythi.

Hic autem explicandus occurrit perobſcurus
Textus *in c. Valentinianus diſt.* 63. qui videtur
inouere quod Imperator debet ordinem ſubdia 24
conatus habere. Hic Textus hunc habet ſenſum,
ut Imperator gerat illud officium in die ordi-
nationis ſuæ receptus primo in canonicum a Ca-
nonicis S. Petri miniſtrans Papę celebranti in
officio ſubdiaconatus, parando Calicem, & alia,
ita *Durandus de Diacono l. 2. cap.* 8. Nec mi-
rum, ſi ad officium ſubdiaconi ſpectat Sacra
vaſa contingere. Nam, etſi Fabianus Papa, qui
ſucceſſit Antero præfecerit ſubdiaconos ſeptem
Notariis inſtitutis ad geſta Martyrum notanda
Spondan. Anno 238. *n.* 1. Quare Synodus Lao-
dicena ſub Damaſo *in can. non oportet* 23. *diſt.* 25
ita loquitur *Non oportet Subdiaconos locum ha-*
bere in Diaconio, & Dominica vaſa contingere,
Vere tamen Synodus ita accipitur. Ut ſubdia-
conis ſit vetita Sacrorum vaſorum contrectatio,
dum divina continent Sacramenta, non verò ſi
his vacua ſint, ita *Cabaſſutius ad eumdem Ca-*
nonem Laodicenum in notitia Eccleſiaſtica c. 21.
pag. 154. ita explicatur Textus *in can. non li-*
ceat 23. *diſt.*

DE HIS QUI SUNT IN MINORIBUS ORDINIBUS CONSTITUTI.

TITULUS XXI

CUM Ordines hjerarchiam (*a*) in Eccleſia conſtituant, prima quoque Tonſura ſpectari [*b*] poteſt, ut Ordo. Idcirco antiquum (*c*) rituale Gręcorum præſefert hunc titulum: *Ordo, & officium ad tondendam comam:* licet apud Græcos [*d*] Tonſura triplex fuerit clericalis, monachalis, & baptiſmalis, cum puer videlicet poſt Baptiſmum tondebatur in Crucis modum, & capilli, Chriſti Redemptoris imagini appendebantur. Tonſura vero Clericalis, de qua nunc loquimur a Trullana Synodo *chiran jeratichin* vocatur, interdum *Stephanos* ideſt Laurea introducta [*e*] in memoriam, & ſimilitudinem

ejus

Digitized by Google

ejus Coronæ, quam diris modis precioſo Salvatoris vertici, Judæi impoſuerunt: idcirco in fronte, in occipitio, & ad utramque aurem, & in medio capitis crines ab Epiſcopo, veluti in coronæ modum (*f*) inciduntur. Effectus Tonſuræ primus eſt mutatio (*g*) ſtatus cum ſtatim Tonſuratus clericus fit, & inter laicos amplius non enumeretur. Secundus effectus eſt habilitas ad recipiendum beneficium, & Ordines cæteros. Tertius effectus ſunt privilegia plurima, veluti: ut nequeat conveniri [*h*) niſi coram Eccleſiaſtico, quod *privilegium fori* dicitur; ut ſi quis eum lædat incidat in (*i*) excomunicationem: ut nequeat (*k*) conveniri niſi in quantum facere poteſt, & alia cætera [*l*] tradentur in notis.

Poſt acceptam [*m*] Tonſuram Clericus ad Oſtiariatus Ordinem vocatur cujus officium exprimitur verbis, quæ dirigit Epiſcopus ad ordinandum *Oſtiarium* inquit (*n*) *oportet percutere cymbalum, & campanam: aperire Eccleſiam, & Sacrarium, & librum aperire ei qui prædicat: fores Eccleſiæ claudere infidelibus, & aperire fidelibus.* Quare in ejus Ordinatione traduntur claves monente Epiſcopo eum ſic agere, quaſi redditurum rationem pro iis rebus, quæ ſub clavibus recluduntur, & Archidiacono ducente, fores claudit, & aperit, pulſatque campanam.

Ne per ſaltum promotio ſequatur a gradu Oſtiariatus, deinde fit tranſitus, ad Lectoratum; (*o*) Quale ſit ejus munus aperit, & declarat hiſce verbis Epiſcopus ante collationem hujuſmodi gradus: *Lectorem*, ait, *oportet legere ea, quæ prædicat, & lectiones cantare, & benedicere panem, & omnes fructus novos.* Et propterea traditur ipſis Lectionum codex his verbis: *Accipite, & eſtote verbi Dei relatores &c.* In hoc (*p*) Ordine forte continetur Pſalmiſtatus, vel poteſtas pſallendi, ex gradu primæ Tonſuræ deſcendit. Sufficit ad Pſalmiſtam conſtituendum etiam Presbyter adhibitis quibuſdam verbis, quæ referuntur in *c. Pſalmiſta diſt.* 23. & ex Pontificali conſtat earum uſum conſervari.

Hac Ordinatione peracta accedant oportet qui Ordinandi ſunt ad officium (*q*) Exorciſtarum. Hos ita inſtruit in Officio ſuo Epiſcopus: *Exorciſtam oportet abiicere Dæmones, & dicere populo, ut qui non communicat det locum, & Aquam in miniſterio fundere.* Accipiuntque poteſtatem imponendi manum ſuper ænergumenos, ad immundos ſpiritus fugandos: quare poteſtas transfertur dum Epiſcopus tradit librum Exorciſmorum pronunciando verba Concilii Carthaginienſis 4. *in c. Exorciſta diſt.* 23. *Accipe &c. commenda memoriæ, & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper ænergumenum, ſive Baptizatum, ſive Catecumenum.* Olim fortaſſe in Eccleſiæ cunabulis non erat hic Ordo tam diſtinctus, cum hæc facultas omnibus Chriſtianis competeret, teſtante D. Clemente *lib.* 8. *Conſt. cap.* 32.

Ultimus Ordo minor eſt Acolythatus. (*r*) Acolythum oportet ceroferarium ferre, luminaria Eccleſiæ accendere, vinum, & aquam ad Eucha-

Euchariſtiam miniſtrare. Utque hoc intelligat Ordinandus, tradit Epiſcopus ipſi Candelabrum cum extincto Cereo, & urceolum vacuum, additis verbis, quę, & in Pontificali leguntur, & *in c. Acolytus diſt.* 23.

In Eccleſia Gręca non omnes Minores Ordines conferuntur, ſed ſolus Lectoratus, ut D. Clemens teſtatur *lib.* 8. *Conſt. cap.* 22.

Alia quædam Officia in Eccleſia, ut laboratorum, [*ſ*] Cathechetarum, & Copiatarum, non ſunt Ordines, & ſere undique exoleverunt.

SUMMARIUM.

Hierarchiam eſſe in Eccleſia, & quid ea ſit oſtenditur. 1.
Tonſura eſt ordo, & probatur. 2.
Tonſura Triplex. 3.
Baptiſmalis Tonſura Ritus. 4.
Abraſionis ſimbolum aliqua Eruditione exornatur. 5.
Abraſio apud nos eſt nota clericatus. 6.
Tonſura ex Decreto Simonis Magi quid eſſet. 7.
Tonſura ad quid ſignificandum inventa. 8.
Tonſura nomine olim Epiſcopi ſe invicem ſalutabant. 9.
In Oriente qua parte Capitis Græci tonſi ſint? 10.
Occaſione hæreſis dilata fuit Tonſura; elegans notitia. 11.
In Tonſuratos Verba ab Epiſcopo prolata. 12.
Tonſura degradatione Clerici Vitro tollitur. 13.
Simplices Tonſurati Apoſtbata judicantur quoad Privilegia quæ interdum amittunt 14.
Tonſurati imprimis Gaudent Privilegio fori, & hoc Privilegium explicatur. 15.
Concilii Tridentini requiſita ut Tonſuratus hoc Privilegio fruatur explicantur. 16.
Tonſuratus gerens habitum, & Tonſuram non tamen ex mandato Epiſcopi deſerviens gaudet Fori Privilegio. 17.
Privilegium Fori in quo conſiſtat. 18.
Privilegium Canonis quo gaudet Tonſuratus explicatur. 19.
Moniales hoc Privilegio gaudent. 20.
Privilegium Capitis Odoardi explicatur. 21.
Examinatur nova Controverſia an quilibet Tonſuratus ſine requiſitis Tridentini gaudeat hoc Privilegio. 22.
Nova intelligentia Textus in cap. pervenit de Fidejuſ. 23.
Privilegia reliqua quibus clericus gaudet enumerantur. 24.
Clerici Teſtamentum propter præteritionem vel exhæredationem non redditur nullum. 25.
Bona quæ in aliis ſunt adventitia in filio Clerico ſunt Caſtrenſia. 26.
Teſtamentum condere clerici valent ſine ſeptem Teſtium numero. 27.
Filius clericus poteſt inconſulto Patre ſtare in Judicio. 28.
Filius clericus nequit exhæredari. 29.
Oſtiarii ſignificatio aliqua eruditione exornatur. 30.
Oſtiarii officium.
Lectorum Elegans ſignificatio. 32.
Lectoris Officium. 33.
Lectiones olim etiã extrã miſſam recitabantur. 34.
Lectorum Ordo fuit a Chriſto inſtitutus. 35.
De Pſalmiſtatu an contineatur in Lectoratu 36.
Pſalmiſtatus Officium ex Pontificali. 37.
Cantus Gregorianus quis ſit fuſe explicatur. 38.
Cantus qui nam hæretici improbarint. 59.
Præcentores qui ſint. 40.
Exorciſtæ qui ſint. 41.
Ulpianus explicatur in L. I. §. medicos ff. de Extraord. Cog. 42.
Exorciſtæ olim Catecumenos ante Baptiſmum exorcizabant. 43.
Exorciſmorum Forma. 44
Acolytus quis ſit Iſidori Ethymologia refellitur. 45.
Qui Acolitatus Officium olim exercuiſſet evadebat irregularis ſi ordinem hunc re vera non habebat. 46.
Laboratores, Cathecheta, & Copiata quid eſſent. 47.

EXPLICATIONES.

[*a*] *Hierarchiam conſtituant.*

SI quis .n. dixerit in Eccleſia Catholica non eſſe Hierarchiam, quæ conſtat ex Epiſcopis, Presbyteris, & miniſtsis Anathema ſit, ait *Trid. ſeſſ.* 23. *c.* 6. Scriptor ſublimis Dionyſius docet Hierarchiam Eccleſiæ Triumphantis eſſe Ordinem, & Sacram diſtinctionem I *c.* 3. *de Cal. Hia.* Excipiuntur .n. diverſæ illuſtrationes immediate a Deo per ſublimiores ſpi-

ritus, qui propius Deo inhærent, & inde indulta virtus ab his infunditur in ſpiritus inferiores per purgationem, illuminationem, & perfectionem. Similiter in Eccleſia militanti Epiſcoporum officium in perficiendo conſiſtit, Sacerdotum in illuminando per Sacramenta, per prædicationem Evangelii, Diaconorum, cæterorumque munus aſſiſtere Sacrificiis, atque hæc tradit idem *Dionif.* Et quemadmodum illa Cæleſtis Ordinatio in novem Ordines diſtinguitur, ita etiam Hierarchia terreſtris, & ideo prima Tonſura, ut Ordo ſpectari poteſt. Conſiderat *Caniſ. Tit.* 4. §. 5. *in notis*.

(*b*] *Spectari poteſt ut Ordo.*

An revera prima Tonſura ſit Ordo diſputat
Barboſa *de univerſo jure lib.* 4. Nos eſſe Or-
2 dinem arbitramur, nam Tonſura Clericalis Or-
do vocatur *in c. cum contingat de etat. & qual.*
& in Degradatione Clerici poſt quam fuerit
privatus omnibus Ordinibus, cum devenitur ad
primam veſtem, quæ datur in Tonſura ſic ait
Epiſcopus. Tibi auferimus habitum Clericalem,
et deponimus te ab omni Ordine. De Clericis ſola Tonſura initiatis loquitur Textus *in c. un. de vit. & honeſt. Cler. in 6.* & tamen eos Ordinatos vocat. Tonsurati gaudent privilegio Canonis, quia hoc indultum ad omnes Ordinatos extenditur ut dicitur *in c. clerici de Cler. non reſid. in 6.* Cumque irregularitas ſit inhabilitas ſuſcipiendi Ordines non poteſt irregularis ne ad primam quidem Tonſuram ordinari *Bonacc. de irreg. c.* 308. *Auctor Itinerarii Albigenſium cap.* 50. Tonſuram vocat caracterem Clericalem *Reia Inſt. L.* 2. *T. VII*

(*c*) *Antiquum Rituale Græcorum.*

Hoc Rituale extat Romæ apud Clericos Theatinos *S. Andræ Vallenſis* ut refert *Lupus ad 7. Synod.*

[*d*) *Licet apud Græcos Tonſura triplex.*

Idem Lupus *Baptiſmalis* Tonſuræ Ritum tra-
3 dit ex *Jacobo Guartiol.* Oratio .n. hæc erat: *Be-
nedic hunc præſentem puellum*, et Crines ab-
4 ſcindebantur in Crucis figuram.

[*e*] *Introducta in memoriam.*

Apud Gentiles varium erat abraſionis Sym-
bolum. Interdum indicabat ſcientiam, & co-
5 gnitionem, unde *Plato* ſcribit *in Alcibiade* quoſ-
dam ſerviles Pilos in animo geſtare, indoctos,
& ſtupidos ſignificans *Eraſm. in Ad.* Interdum erat libertatis Symbolum, unde in *Amphytruone Plaut. actu.* 1. *Scen.* 1. in fine inducit Soſiam Amphitruonis Servum ita loquentem: *Ut ego ſic hodie raſo capite calvus capiam pileum.* Illi namque Mercurius perſuaſerat ſe non eſſe Soſiam, non eſſe antiquum hominem. Reſpicit autem Poeta ſummus conſuetudinem manumittendi ſervos, qui raſo capite pileum accipiebant in templo Feroniæ Deæ, & ideo illa libertatum Dea dicebatur in quo templo ſedile lapideum fuit, in quo hic verſus inciſus eſt. [*Benemeriti ſervi ſedeant, ſurgant liberi*] Interdum erat obſequii erga Deos indicium, & teſtimonium. Nero in Certamine Gymnico inter *Buthyſiæ* apparatum abraſit Barbam, & conditam in Pixide, conſecravit in Capitolio refert *Suet. lib.* 5. Apud Theſeos Ephebi pueri capillum fluminibus, & Apollini tondebant ſicut apud Homerum Achilles fecit, & *in Theſeo a Plutarco* narratur, quod Argivi cum comati eſſent victi a ſpartanis comam depoſuere, ex voto tantiſper, donec Tyreas recuperarent *Herod. lib.* 1.

Apud quaſdam nationes, qui Sacerdotes ini-
tiabantur comam excindebant, ut Ægiptii te- 6
ſte *Polydoro Virg. lib.* 4. *c.* 8. *de Invent. ver.*
& Herod. lib. 2. ne quid in illis eſſet ſuperfluum, ideo a ſalibus quoque abſtinebant, quod extra naturam ſit illorum uſus *Plutarc. Sympoſiacon. pag.* 409.

Et quidem teſte ſpondano Simon Magus ad-
mirabile Tonsuræ genus inter Chriſtianos co- 7
natus eſt introducere ab aure in aurem ad ſi-
gnificandum Zodiacum. Vere autem ex Bedæ
Sententia *lib.* 5. *hiſt. c.* 22. in Clericis inven- 8
ta Tonſura ad proximè exprimendam imaginem ſpineæ Coronæ. Non eſt tamen aliorum opinio improbanda aſſerentium Tonſuræ ortum non alium fuiſſe niſi, quia cum Principi Apoſtolorum deriſionis cauſa ſublati eſſent crines, ea quæ credita fuit a Gentilibus infamiæ nota, totius Eccleſiæ honori ceſſit. Nam Romæ ludibrio affici putabant, quos attonderi juſſiſſent: Unde Domitianus in contemptum Apollonio Thianeo Philoſopho comam attonderi juſſit. Caligula pulchros adoleſcentes occipitio raſo deturpari juſſit *Suet. in Calig. c.* 35. Atque adeo in decus Eccleſiæ Tonſura verſa eſt, ut olim Epiſcopi hoc nomine
ſalutarentur: *Corona tua &c.* ut apud Reges
Majeſtas tua &c. ut eſt in *Epiſt.* 81. *D. Hieron.* 9
ad Auguſt. & Sidonius *l.* 6. *Ep.* 3. & ideo Epiſcopus rogabatur obteſtabatur *per Coronam ſuam* Hieron. apud *Auguſt. Epiſt.* 26. ibi *fratres tuos ſalutes precor per coronam tuam*, & Balſamon. *in c.* 21. 6. *Synod. in Trullo* putat Papæ nominis originem a Tonſura cæpiſſe, nam Græce *manammtpa* eſt *Tonſura Clericalis*.

(*f*] *In Coronæ modum incidunt.*

Nihilominus Sacerdotes Chriſtiani in Orien-
tis regionibus capite ita ſunt attonſi, ut in
vertice ſummo continerent Crucis imaginem 10
Oſor. lib. 4. *rerum Em.* Hic autem ritus tondendi in Coronæ modum eſt in Pontificali, & *in c. prohibete* 23. *diſt. c. duo ſunt* 12. *q.* 1.

In

Digitized by Google

In Hiſpania, cum quidam hæretici ſurrexiſſent
qui eandem cum Catholicis uſurparent capil-
12 lorum Tonſuram; eoque ſigno Catholici vi-
deri vellent; Epiſcoporum Conventu habito, di-
latandam Tonſuram ipſi cenſuerunt; *Concil.
Tolet. 4. cap. 40.*

(g) *Mutatio.*

Per tonſuram fit mutatio ſtatus.

12. Unde qui Tonſuram accipiunt ita admonen-
tur: *filii cariſſimi animadvertere debetis, quod
hodiè de foro Eccleſiæ facti eſtis &c.* & ideo in
13 degradatione Clerici etiam Tonſura tollitur vi-
tro, & reſtituitur ad ſtatum priſtinum, nempe
ad ſtatum laicalem. *c. fin. de pœn. in 6.* & hæc
ſtatus diverſitas rectè exprimitur *in c. duo 12.
q. 1.* Quare, & ſimplices Tonſurati Apoſtatæ
14 judicantur quoad privilegia, quæ amittunt, ſi
ſe gerant ut laici, *c. 1. de Apoſtat. & ibi Gonz.
in not. n. 2.*

(h) *Ut.*

De Privilegio fori.

Hoc ſingulare privilegium conceſſum fuit a
Concilio *Milevitalenſi*, & *Carthaginenſi*, ut
eſt in *c. ſi diligenti de for. comp.* Et olim an-
te Conc. Trid. omnes Clerici, dummodo Ton-
ſuræ characterem accepiſſent, privilegio fori gau-
15 debant *c. Clericum 3. 11. q. 1. c. ſi quiſquam
ibid.* Sed poſtea Concilium in celebri *cap. 6.
ſeſſ. 23. de Reform.* ita ſtatuit: *Nullus prima Ton-
ſura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus
conſtitutus ante 14. annum beneficium poſſit obti-
nere. Hic etiam fori privilegio non gaudeat, niſi
beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut clericalem
habitum, & Tonſuram deferens alicui Eccleſiæ
de mandato Epiſcopi deſerviat, vel in Semina-
rio Clericorum, aut in aliqua ſchola, vel univer-
ſitate de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad ma-
16 jores Ordines ſuſcipiendos, verſetur.* Hæc eſt
Conſtitutio Concilii. Ad intelligentiam hujus
decreti, quæri ſolet, an ſufficiat Eccleſiæ deſer-
vire ſine Epiſcopi mandato? hanc quæſtionem
latè examinat *Spenell. deciſ. 26. n. 30.* Et plu-
res ad effectum gaudendi hoc privilegio adſcri-
ptionem Eccleſiæ de Epiſcopi mandato, neceſ-
ſariam eſſe, docuerunt, ſaltem ore tenus, quam
ſufficere, docet *Ricc. in Prax. deciſ. 601.* ſed vi-
detur ſublata omnis diſputatio poſt declaratio-
nem *Sacræ Congregationis in una Valentina 20.
Jun. ann. 1628. apud Barboſ. in Tract. univerſ.
Jur. Eccl. lib. 1. de privil. Cler. cap. 30.* quæ decla-
17 rat, quod Clericus in minoribus gerens habitum,
& Tonſuram, non tamen ex mandato Epiſco-
pi deſerviens, gaudet fori privilegio.

Hoc autem privilegium fori in hoc poſitum
18 eſt, ut Clericus nequeat conveniri, niſi coram
Eccleſiaſtico Judice; veruntamen è contrario Cle-
ricus actor non debet convenire reum laicum, niſi
coram ſæculari, quia actor ſequitur forum rei
c. cum ſit generale x. de for. compet. ſemper
enim competentia fori ſumitur ex reo conven-
to, ut cauſa coram ipſius Judice ſit terminan-
da *c. experientiæ 11. q. 1. l. ult. C. ubi in rem
act. l. quia ff. de alien. jud. mut.* Quamvis Flo-
rentiæ id conſuetudine obtineat ut Clericus, ſive
actor, ſive reus ſemper Judicem proprium, &
legitimum habeat Eccleſiaſticum ut diximus in
Tract. de Conſuet.

(i) *Ut.*

De Privilegio canonis.

Hoc privilegium, quod dicitur *Canonis* pro-
mulgatum eſt ab Innocentio II. in *Concilio La-
teranenſi cap. 15.* et refertur in *c. ſi quis ſu-
adente diabolo 17. q. 4.* Quidam putarunt, il- 19
lum Clericum gaudere hoc privilegio, qui ha-
bet requiſita Tridentini ſupra enumerata ad gau-
dendum privilegio fori; ita *Bannes 2. 2. q. 11.
artic. 1. Suarez. diſp. 22. ſ. 1. n. 11. Aegid.
diſp. 13. dub. 14. n. 163.* Contrarium nihilo-
minus verius eſt, ut ſufficiat ſimplex Tonſura,
et hoc quoque privilegio gaudent Moniales *c.
de Monialibus de ſent. excomm.* 20

(k) *Ut.*

De Privilegio deducto ne egeat.

Hoc vocatur privilegium Capitis Odoardi,
quia traditum eſt primum Clerico Odoardo
in *c. Odoardus de ſolut.* Hoc privilegium ut in-
telligatur, rigor Juris expendendus. Sciendum
igitur ex *L. 12. Tabularum*; Si debitor intra 21
legitimum judicati tempus non ſolviſſet, licu-
iſſe creditori manus in eum iniicere, et ſecum
ducere vinctum nervo, plumbatis cædere: poſt
60. dies, ſi non ſolviſſet. peregrè trans Tybe-
rim vendere, aut capite punire, et ſi plures
creditores eſſent, debitoris corpus in partes ſeca-
re: verba enim legis decemviralis hæc erant: *De-
bitoris corpus in partes ſecanto.* Sed poſtea ab-
rogato non tantum ſectionis Jure, verum ad-
dictionis, et nexus *l. ob æs alienum C. de ob.
& act.* manſit in uſu venditio ſolemnis om-
nium bonorum, et conjectio debitoris in carce-
rem. Ad has tamen evitandas moleſtias carce-
ris *Lex Julia* ceſſionem invenit *l. 4. C. qui bon.
cedere*, hoc eſt, ut quicquid fortunarum, quic-
quid rei familiaris habet debitor, cedat credi-
tori; adeo ut dubitent, an veſtimenta ipſi relin-
quenda ſint? Atque hoc remedio ceſſionis evi-
tat carceres: quia nil ipſi remanet, unde ſolvat;
& finis carcerum eſt adſtringere debitorem ad
ſolutionem. Jam ex hoc rigore facile intelli-
gitur privilegium *Capitis Odoardi*. Nam ſi Cle-
ricus obæratus, ac debitor fuerit; non poteſt
cogi ad carcerum moleſtias ſubeundas, non po-
teſt compelli ad cedendum bonis, ſed conve-
niendus eſt in quantum facere poſſit, *deducto
ne egeat*: et ſufficit cavere per fidejuſſorem, ut
cum ad pinguiorem fortunam devenerit debita
ſit ſoluturus.

Sed maxima controverſia eſt, quam ſequenti
Diſſertatione diſcutiemus.

T 2 *DIS-*

DISSERTATIO UNICA.

An prima Tonſura ſufficiat ad gaudendum privilegio, cap. Odoardi de ſolut. (

Mire torquentur Interpretes in hoc deliberando.
22 Verum de liberalitate canonum (cum poteſt) diminuendum non eſt. Itaque Defendendum eſt pro certa ſententia. *Satis eſſe ſimplicem Tonſuram; omnemque Clericum, etiam ſine requiſitis Tridentini gaudere privilegio* deducto ne egeat.

Ita cenſet Joannes Caſtagna in Tract. *deducto ne egeat*, *Roll. in Conſ. 16. n. 11. lib. 4. Ricc. in praxi p. 1. reſol. 431. n. 3. Bonacc. de legib. diſp. 10. q. 2. punct. 1 De Marinis reſol. quaſt. c. 47. n. 70. 2. Clericatus de Benef. diſcord. 54 n. 17. Fagnan. in c. Odoardus de ſol.*

Prob. I. quia vix videtur amplius diſputationi locus, cum expreſſiſſima ſit declaratio Cardinalium ſub die 18. *Septembris anno* 1505. quæ his verbis decrevit: *Clericus prima Tonſura inſignitus gaudet beneficio capitis Odoardi, quamvis etiam habitum, & Tonſuram non deferat, nec divinis inſerviat*, quæ declaratio eſt apud *Pignattellum* noſtræ ſententiæ defenſorem. *tom. 4. conſ 2. n. 8.*

Prob. II. Quia conceditur ab omnibus gaudere omnes Clericos privilegio Canonis etiam ſine requiſitis Tridentini, & privilegio in *c. non licet 19. q. ult.* et in *c. fin. de Judic. in 6.* et in *c. relatum in c. cum eſſet de teſt.* Cur igitur Clericus ſola Tonſura decoratus, excepto privilegio fori: non debeat gaudere privilegio *Capitis Odoardi*? Ideo enim Tonſura ſufficit ad gaudendum aliis privilegiis; quia hæc clericum facit, id eſt militem cœleſtis militiæ *can. Chriſtianis 11. q. 1. cap. degradatio de pœn. in 6. Fagnan. d. cap. Odoardus n. 21.* Miles autem gaudet privilegio *deducto ne egent; l. miles 6. ff. de re judicata, l. Sacroſancta c. de Epiſc. & Cl.*

Prob. III. quia Odoardus, cui primum conceſſum fuit hoc privilegium erat ſine Beneficio, ut obſervat *Fagnan. ibid. n. 21.* quod eſt ex requiſitis Tridentini; ergo inferre licet, etiam ſine requiſitis Concilii, Clericum hoc privilegio perfrui.

Prob. IV. ex cauſa finali, ob quam conceſſum eſſe dicitur privilegium hujuſmodi; cauſa finalis eſt, ne Clerici mendicare valeant, & cogantur, cum dedecore totius ſtatus Clericalis. Atqui enumerantur inter Clericos etiam Tonſurati, *c. cleros 21. diſt. c. duo ſunt 12. q. 1. c. cum contingat in fin. de ætat. & qual. Ord.* igitur ſatis credibile eſt hanc fuiſſe mentem ſacrorum Canonum, ut nullus Clericus hoc auxilio deſtituatur.

Objic. I. Clericus non habens, unde creditoribus ſatisfaciat valide excommunicatur. Atqui ſi gauderet hoc privilegio pœnæ Juris locum non haberent; Quod autem excommunicetur patet expendendo textum in *c. Odoardus de ſolut*, in illis verbis „ mandamus quatenus ſi conſtiterit quod prædictus Odoardus in totum vel „ pro parte debita ſolvere non poſſit excommu- „ nicatio relaxatur: relaxatio autem vinculum ſupponit, *c. ad diſſolvendum de deſp. impub.*

Pro reſponſione, duo affirmanda ſunt; primò Clericum gaudere privilegio *capitis Odoardi*: ſecundò interdum poſſe excommunicari. Quomodo id procedat jam explico. Ut privilegium ſuffragetur, ideoque ut nequeat debitor Clericus ad ſolvendum cenſurarum mucrone compelli, neceſſario hæc requiruntur. Clericus debet conveniri actione perſonali, non autem actione reali, ideoque ſi ex c. actione depoſiti mixta *Pichard. in §. ſequens de Act. n. 3.* conveniatur non poteſt ſe privilegio Odoardi defendere, *c. 1. ex. depoſiti*, & debet abeſſe dolus a Clerico: dolus eſſet occultare propria bona, & occultantem propria bona privari legis beneficio eſt expreſſa conſtitutio in *l. ſi ſervum ff. de acq. hæred.* dolus eſſet negare ſe eſſe Clericum, tempore contractus ut alii ad contrahendum alliciantur; nam qui negat qualitatem perſonæ, ob quam illi conceditur privilegium illud amittit arg. *text. in l. 1. C. ad Sen. C. Maced.* Dolus eſſet alienare bona in fraudem, ut ſolvendo non ſit, & re ipſa cognita fraude denegandum eſt Clerico hoc privilegium *Rot. deciſ. 841. p. 10. rec.* etiam requiritur ut debitum confiteatur Clericus: item ut conſtet de paupertate, ut docet *Fagn. in d. c. Odoardus*. Quoties certum non eſt, & evidens rei familiaris inopia Clericum laborare, privilegium Odoardi illi non ſuffragatur. His jam ſuppoſitis mirum videri non debet ſi in d. *c. Odoardus* Clericus fuit excommunicatus. Etenim unum ex potiſſimis requiſitis deficiebat, non conſtabat de illius paupertate: ut liquet ex verbis illis in contextu poſitis, *ſi conſtiterit*, quæ ſatis indicare videntur de inopia adhuc non conſtitiſſe. Eoque magis, quod inopia non præſumitur ſed qui eam allegat probare debet, *l. ſi vero §. qui pro rei ff. qui ſatisdi cog.*

Objic. II. Eccleſia tali privilegio non gaudet deducitur ex Textu in *Auth. ut determinatus ſit numerus Clericorum Coll. 1. in princ. verſ. cum vero.* Ergo ob eandem rationem Clericus tali privilegio gaudere non debet: quæ difficultas eſt apud *Mancinum infra citandum*.

Pro reſponſione; Non videtur illatio neceſſaria. Eccleſia non gaudet privilegio Odoardi; ergo nec Clericus. Etenim vice verſa interdum ea privilegia, quæ Eccleſiæ conceſſa ſunt ad Clericos non extenduntur. Exemplo ſit reſtitutio in integrum, quæ licet ſummo Jure ſit minoribus conceſſa; Eccleſia tamen gaudet Jure minoris vulgato Textu in *c. requiſivit de in integ. reſt. in c. cum cauſa de ſent. & re jud.* & tamen omnes conſentiunt, Clericos non gaudere Jure minoris, ſi in propriis bonis, aut Juribus lædantur Fagnanus in *in cap. Epiſcopus de Præb. & dignit. n. 37.* ex *Gloſ. 2. in Clem. un. de reſt. in integr.*

Quia

Quia communis Eccleſiæ favor tunc ceſſat, ut ait *Abbas in c. 1. n. 17. de reſt. in integ.* Cum multa igitur conveniant Eccleſiæ, quæ Clericis denegantur, & privilegium illi conceſſum ad hunc non extendatur, facile intelligitur quomodo remedium capitis Odoardi ad Clericum pertineat, ad Eccleſiam tamen non extendatur. Ratio vero diſcriminis in promptu eſt. Quia ſi Eccleſia bonis cedat, Parochiæ populos cogere poteſt, ut ſobminiſtrent temporalia iis, qui pro Eccleſia diſtribuont Spiritualia. At vero ſi Clericus inciderit in ærumnas paupertatis, populos ad id nequit compellere *Petrus Barboſa in l. alia §. eleganter n. 9. ff. ſol. Matr. Mantin. Sacr. Jur. Contr. diſt. 22. n. 13.*

Obiic. III. paria ſunt ſortiri forum, & ſubiici legibus, *c. quod Clericis de for. comp.* Sed eſt certum ex decreto Trid. *in d. ſeſſ. 23. c. 6.* Clericos deſtitutos requiſitis a ſe præſcriptis non gaudere privilegio fori: ergo gaudere non debent privilegiis, quæ Lex Canonica indulget.

Pro reſponſione dicendum eſt cum *Fagnana* paria eſſe Clericum ſortiri forum, & ſubiici legibus in iis, quæ concernunt litis ordinationem. Si ita res intelligatur conceditur axioma; hoc eſt qui forum ſæculare ſortitur ligatur legibus fori ſæcularis, ſi ex his ordinatio Judicis pendeat, circa citationes, libelli oblationem, Juramentum calumniæ, & ſimilia. Præterquam quod licet argumentum omne concederetur non tamen conficitur quod Adverſarii cuperent. Nam ad gaudendum privilegio Legis, non eſt neceſſe ſubiici Legi. Clerici ex c. poſſunt gaudere privilegio a Principe ſæculari conceſſo; non tamen ſubiiciuntur ejus ſtatuto, *c. Eccleſia S. Maria de Cõſt.*

Obiic. IV. ad probandum omnes Clericos cogi bonis cedere; idoque non ſuffragari privilegiũ Odoardi, Text. difficilis in *c. pervenit 1. de*
23 *fideiuſſ.* ubi fructus Beneficii ſunt aſſignandi creditoribus; ſed hoc nil eſt aliud, quam cogi cedere bonis, cum ceſſio bonorum in hoc conſiſtat, ut nihil debitori remaneat: ergo nullus Clericus gaudet privilegio *deducto ne egeat.*

Facilis reſponſio eſt; neque enim in ſpecie adducti Textus, fructus omnes Clerico debitori ſubtrahuntur; ſed pars illorum aſſignatur creditoribus, reſervata portione aliqua duobus Clericis debitoribus; ne mendicare cogantur. Et quamvis aliter reſpondeat *Archidiaconus in d. c. pervenit*: attamen noſtra hæc nova interpretatio ex litera Textus elucet, etenim in hunc modum loquitur Lucius III. Helienenſi Epiſcopo, & Archidiacono Norviacenſi *vos auctoritate Apoſtolica freti de eorum redditibus præſcripta debita duorum Clericorum faciatis appellatione remota creditori ſolvi.* Vis reſponſionis erit in illis verbis, *de redditibus*, quę indicant partem redditus. *l. Lucius ff. de alim. legat l. quidam in teſtamento ff. de leg. 1. L. 2. C. de his qua ſub modo, l. hactenus ff. de Uſufr. l. Firmio ff. quando dies legati ced. Cand. ſing. 10. Pechius de teſtam. coniug Lib. 5. cap. 13.* Ita *de nocte abire*, in parte noctis iter facere ſignificat, *Terent. Adelph. act. 5. Scen. 5.* his verbis: *Cum prima luce ibo hinc; imo de nocte cenſeo.*

Hodie modo hilarum fac te.

& Plaut. in ruden. Scen. 21.

Minor de nocte qui abiit Piſiacum ad mare.

Cicero pro Flacco. *Si quis umquam de noſtris hominibus fuit*, & L. de opt. *Genere Orat. Accuſator de plebe fuit, & in Paradoxis Cæteri multa de ſuis rebus aſportabant.*

Atque adeo ſi debitoribus Clericis poſt aſſignationem fructuum creditoribus, remanſit unde viverent; potius noſtra concluſio confirmatur, Clericis competere privilegium *deducto ne egeat.*

Objic. V. Text. *in c. 1. x. depoſ.* ubi Canonicus Belial, cum depoſitum ſubripuiſſet, jubet Alex. *VII.* ſub duris quæſtionibus ad rationem poni uſurpatorem, ut etiamſi oportuerit vinculis maceretur: ergo Clericus carcerum moleſtias pati cogitur.

Sed facilis reſponſio eſt: omnes .n. Textum in *d. c. Odoardus* limitant, ut non procedat in debito proveniente ex maleficio; quia per delictum redditur unuſquiſque indignus privilegio, *l. ſi totum ff. de re jud. c. illud. ff. de pact. dotal.* Quamobrem, etiamſi agatur civiliter de delicto, Clericus in vincula conici poteſt, ut docet *Gutierres de Jur. confirm.*

[J] *Alia.*

De reliquis Privilegiis Clericorum.

Reliqua privilegia ſunt; primò ut Clerici 24
facultatibus, indultiſque gaudeant, quæ militibus concedi ſolent. Ex quo infertur quod diſpoſitio *l. Centurio ff. de vulg. & pup.* quæ ſtatuit, poſſe milites directo ſubſtituere extenditur ad Clericos *Intrigl. de ſubſtit. cent. 2.* Infer- 25
tor ulterius quod ſicut milites habent Caſtrenſe peculium *l. etas C. de Caſtr. pec.* Non minus etiam Clerici *tot. tit. de pecul. Cler.* In quo hæc principia, ut certiſſima, & inconcuſſa tenenda ſunt. Bona quæ in aliis ſunt *adventitia*, in Clericis ſunt *Caſtrenſia*, & ideo invito patre teſtari poſſunt cum intuitu Clericatus, vel alia ratione
comparata ſunt, & adeò invito parte teſtari 26
poſſunt, ut nec pater in his uſumfructum habeat *Auth. Presbyteros C. de Epiſ. & Cler.* de qua re *Graſſus Eff. 19. de Effectu Cler.*

Secundum privilegium ultra adducta illud eſt,
quod licet inter laicos ad teſtamentum legi- 27
time condendum ſeptenarius numerus teſtium ſit neceſſarius *l. ſi unus C. de teſtam.* tamen cum Clericus Clericum ex *c.* inſtituit ſervanda eſt diſpoſitio textus in *c. cum eſſes de teſt. Valaſc. deciſ. 74. per tot.*

Tertium privilegium, ut quamvis filius familias nequeat ſtare in Judicio ſine auctorita-

te, &

28 te, & conſenſu Patris *l. cum non ſolum in princ. verſ. neceſſitatem C. de bon. quæ lib.* tamen ubi filius eſſet Clericus, & ageret, vel conveniretur in cauſa beneficiali, aliove modo Eccleſiaſtica, paterno conſenſu deficiente, Judicium exerceri poſſit, *c. fin. de Jud. in 6.*

29 Quartum privilegium eſt, quod licet filius qui commiſit unam ex 16. cauſis, quibus apparuit ingratus, quæ recenſentur in *§. aliud quoque Capitulum Auth. ut cum de Appell. cogn.* poſſit per patrem exheredari; nequat (*c. non licet 19. q. 3.*) ſi ſit Clericus.

(m) Poſt.

De Oſtiariatu.

Oſtiari, iidem ac *Janitores* ut loquitur Iſidorus in *c. Cleros in fin diſt.* 21. ita dicti quod præſint oſtiis. In Jure Civili *Oſtiarii* ſervi ſunt
30 Janitores, *l. quæſitum §. oſtiarii ff. de fundo inſtr.* Apud Ethnicos miniſterium *Janitorum* fuit curare diligenter, ne profani ſacrificiis anteſſent; ideo apud Græcos Sacerdos dum accederet ad hoſtiam immolandam, antea rogabat *quis hic?* ... et qui Sacris intererat reſpondebat multi boni *polloi, kai agatoi*, & miniſter clamabat *exeat, exeat* qui *impius eſt*, unde *Virgilius*.

Procul, o procul eſte profani
Conclamat vates.

Namque Virgilius eſt locutus de Sacrificiis Eleuſinæ Cereris, ad quæ non patebat aditus, niſi initiatis juxta *Servium*. Eſt Alcibiadi negotium faceſſitum, quod profanus interfuiſſe Sacris Cereris diceretur: quæ Sacra Numerius Philoſophus evulgavit *Ludovicus Vives l. 7. in Aug. de Civit. Dei cap. 20.* Apud Judæos *Janitores* electi fuerunt ad cuſtodiam Templi, ut non ingrederetur in illud immundus in omni re. Ita legitur *in d. c. Cleros.* Stabant enim (ut eſt in *l. 1. Paralipom. c. 9.*) quatuor Templi partibus videlicet in Oriente, in Occidente, Aquilone, & Auſtro portas Templi ſingulas ita obſervantes, ut ne puncto quidem temporis a miniſterio ceſſarent: Levitæ enim quibus numerus Janitorũ creditus erat, eis cibos parabãt.

[n.] Oſtiarium.

De Officio Oſtiarii.

Quæ de ejus officio dicta ſunt, accepimus ex Pontificali Romano, in quod tamen omnia
31 tranſlata ſunt, quæ habentur in *c. cleros in fin. 21. diſt. in c. oſtiarius 23. diſt. & in c. 1. §. ad Oſtiarium 25. diſt.*

Chriſtus D. hoc Officium implevit, dum dixit *Attollite portas Principes veſtras &c.* unde in Evangelio *Joann. 10. Ego ſum Oſtium.* & quandò ementes, & vendentes è templo flagellis deturbavit, ut obſervat *Durand. de Divin. Off. l. 2. c. 4.*

(o) Fit Tranſitus.

De Lectoratus Ordine.

Lectores apud Æthnicos illi erant, qui ſilentium monebant dicentes primi repetenda a populo.

Favete Linguis.

Et erat conſuetum, ut verba eadem præeunti ſæpe ſuccineret adſtantium Chorus: Sæpe 32
etiam fauſtæ acclamationes fierent *Horatius in l. 2. Od. 1.* in qua idem inſtitutum uſurpat.

Odi profanum vulgus, & arceo &c.

Hæc enim triplex cautio erat, & ut ſilentium fieret; & ne quid inominatum exaudiretur. Plin. rem totam paucis comprehendit, *l. 28. c. 2.* his verbis „ Vidimus certis precationibus obſervaſſe ſummos Magiſtratus, & ne quid verborum prætereatur, aut præpoſterè dicatur de ſcripto præire aliquem; ruſuſque alium cuſtodem dari, qui attendat, alium verò præponi, qui favere linguis jubeat: Tibicinem canere ne quid aliud exaudiatur. Exemplum eſt apud Livium *l. 8. Dec. 1.* his verbis: Agedum Pontifex publicus populi præi verba, quibus me pro legionibus devóveam. Huc quoque referendus Virgilii locus de Orpheo.

Sacra facit Vates, ſint ora faventia linguis.

& Juvenalis Sat. 12.

Ite igitur pueri linguis animiſque favete.

Apud nos meliori uſu Lectores ſunt, qui ordi- 33
nantur ad lectiones pronunciandas ex Libro Epiſtolarum, ejuſque munus a nobis indicatum ex Pontificali deſumptum eſt, cui conſonat Textus in *c. lector 23. diſt. in c. perlectis diſt. 25. Nazianz. Orat. 1. in Julianum*, narrat Julianum (qui fuit Apoſtata; de quo eſt text. in *c. Julianus 11. q. 3.*) inter Clericos conſpicuum Divinos Libros lectitaſſe. In Eccleſia olim etiam extra Miſſam, ac Divina Officia lectiones celebrabantur, vel
ex Sacra Scriptura, vel continentes inſignem 34
hiſtoriam *Aug. Serm. 7. de S. Steph.*

Hic Ordo fuit a Chriſto inſtitutus dum illud implevit in medio ſeniorum Librum Eſaiæ aperiens, *c. 41.* Narratur *Luca 4.* & in *c. un. de*
Sacra Unctione. Olim quippe apud Judæos erant 35
Lectores, qui in ſinagoga quovis ſabbato Legem, & Prophetas pronunciarent, *c. 13. Act.* Quare habent ex lege Scripturam Pentateuchi pro numero fere Hebdomadarum Anni diſtributam in ſectiones 53. quas vocant *Peraſoth.* Id igitur munus datum quoque fuit Chriſto, unde Lucas *c. 4.* „ venit Nazareth ubi erat nutritus, & intravit ſecundum conſuetudinem ſuam die Sabbati in ſinagogam, & ſurrexit legere.

In Eccleſia Græca dicimus conferri ſolum Lectoratum in noſtro *Titulo* ſed *Libro 2.* contrariam ſententiam *Titulo 8. diſſ. 3.* adſtruimus firmiſſimè; Hoc loci juxta aliorum opinionem locuti ſumus.

(p) In

(*p*) *In hoc ordine puto contineri Pſalmiſtatum.*

Hæc eſt Sententia Petri *Gregorii l. 16. c. 4. in*
Syntagm., *& Blenian. in Inſt.* -- Gloxa tamen
in *c. cleros verb. Pſalmiſta* 21. *diſt.* putat po-
teſtatem Pſalmiſtæ promanare ex caractere pri-
mæ Tonſuræ. Sed re ipſa in *c. cleros diſt.* 21.
vix diſtinguitur Pſalmiſta, & Lector, et uter-
que vocatur *Pronunciator*. At Latini Tonſura-
tionem ſupponunt Pſalmiſtatum, ex Innoc. *III.*
in cap. cum inter de Re Jud. & ex Joanne in *c. cum*
contingat de ætat. & qual. Nihilominus Roya *in*
Inſtit. Canon. l. 1. Tit. 18. affirma apud Græcos
Lectoratum, & Cantoratũ fuiſſe ..inores ordines
Nov. Juſt. 6. - Latinos vero clericos nuſquam ha-
buiſſe cantores ſed perperã, ut ex *can. III. diſt.* 92.
Pſalmiſta vocatur etiam *Cantor*, ut *in c. ſi*
Pſalmiſta 22. *diſt.* Et ſanè quod in pleriſque
36 Sacris Canonibus, & præcipue *in c. a Diaco-*
no diſt. 93. & *in c.* 1. *diſt.* 77. facta de aliis
Ordinibus mentione, nihil de hoc ordine tan-
gatur, Indicium eſt evidens non eſſe Pſalmiſta-
tum Ordinem diſtinctum.
Ejus officium deſcribitur in Pontificali ubi ex
conſueto tranſcripta ſunt verba *ex c. Pſalmiſta*
37 23. *diſt.* Addit Iſidorus in *c. perlectis diſt.* 25.
ad ipſum pertinere officium canendi, dicendi *Be-*
nedictiones, ideſt *Benedicamus Domino* Laudes,
ideſt *Alleluia*, vel *Chriſtus regnat*, vel *Chri-*
ſtus vincit, & Offertorium, & quidquid perti-
net ad canendi peritiam, nam *D.* Gregorius
Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus, & Pontifex can-
tum in Eccleſia nocturnum, diurnumque exa-
38 cte diſpoſuit, & ordinate diſtribuit, qui ob id
cantus Gregorianus vocatur quod antiquum
vid. cantum reformaſſet; nam uſus cantandi ab
ipſis Apoſtolis dimanavit. Et habemus Con-
cilium Laodicenum *c.* 15. ubi ſtatuitur *ut nul-*
li præter Cantores in Eccleſia hymnos, *& Pſal-*
mos canant. In Italia Damaſus decrevit, *ut*
Pſalmi in Eccleſia diu, noctuque canerentur. Con-
cilium 4. *Carthag. in Affrica c.* 10. de Cantore,
& cantu peculiaria præſcripſit. *Concilium Aga-*
thenſe c. 21. ordinat hymnos quotidie decan-
tari. Dyoniſius Areopagita *p.* 2. *c.* 7. de *Hie-*
rar. teſtatur Miniſtros ceciniſſe ſuo tempore in
sepeliendis mortuis. Tertullianus *c.* 2. *Apolo-*
get. refert *ex Epiſtola Plinii ad Trajanum*, mo-
rem pimorum Chriſtianorum, qui antelnca-
nis horis conveniebant ad hymnos Sacros Deo
decantandos. Et in omnibus antiquis Eccleſiis
reperire eſt ſcolas, ad quas Parochianorum ju-
ventus confluebat, ut ſe cantu exerceret.
Nihilominus fuerunt Hæretici, qui cantum
in Eccleſiis improbarunt, ut Henriciani, & Pe-
trobruſſiani. Illiricus etiam cantum reprehen-
39 dit, cum tamen apud Lutheranos, & Calvi-
niſtas Populus promiſcue, omniſque ſexus, &
ætatis homines in Templis reboent, & magno
clamore perſtrepant *bejerlinch verbo Cantus*.
Ut ergo ad officium cantoris redeamus. Iidem
cantores vocantur etiam *Pſaltæ*, dividuntur in 40
Præcentores, qui vocem præmittunt in cantu,
in *Succentores*, qui reſpodent, in *concentores*,
qui conſonant cum aliis *c. cleros diſt.* 21.

(*q*) *Ad Officium Exorciſtarum.*

Olim omnes Chriſtiani exorciſmis Dæmones
pellebant accepto ritu ab Judæis, ut Orige- 41
gines putat *tract.* 45. *in Math.* Nam Salomon,
Judæos primus eam artem docuit Joſeph. *lib.* 8.
Antiq. c. 2. Et Epiphanius *hæreſi* 30. agit de
quodam Judæo, qui nondum Baptizatus, in
nomine *Jeſu* obſeſſum liberavit; de illo ritu 42
Chriſtianorum videtur agere Ulpianus *in l.* 1.
§. Medicos ff. de V. & extr. cogn.
Sed poſtea tale officium ad eos contractum
eſt, qui ab Epiſcopis ad tale munus ſunt pro-
moti; eſt *Text. in c. non oportet* 69. *diſt.* Exor-
ciſtas vocat *Thurarios* Tertullianus *de Idolola-*
tria c. 11. his verbis. *Quo ore Chriſtianus Thu-*
rarius ſi per templum tranſibit, quo ore fuman-
tes aras deſpuet, & exſufflabit, quibus ipſe pro-
ſpexit; qua conſtantia exorcizabit Alumnos ſuos?
Olim pertinebat ad Exorciſtas Cathecumenis
ante Baptiſmum adhibere exorciſmum *Durand.* 43
l. 1. *de rit Eccl. c.* 34.
Quid nunc obſervetur jam in titulo indica-
vimus *ex Pontificali*, cui conſonat *Text. in c.*
Exorciſta 23. *diſt. in c. cleros diſt.* 21.
Forma Exorciſmorum olim brevior erat cu-
jus exemplum habemus in *Act. c.* 13. *Adiuro*
vos per Chriſtum quem Paulus prædicat. Poſte- 44
rioribus temporibus longiores formulæ rituſ-
que ab Eccleſia præſcripti ſunt.
Olim quoque ſacrificium Miſſæ adhibebatur
ad ſalutem obſeſſi *D. Joann. Cryſoſt. hom.* 4.
contra Armenos, narrat olim in more, & con-
ſuetudine fuiſſe, ut tempore Divinorum offi-
ciorum expellerentur Dæmones. Meminit quoque
D. Auguſtinus Sacrificii Miſſæ pro *Domus* purga-
tione.
Formulam tamen elegantem his carminibus
complexus eſt Prudentius *in Apoth. contra Judæos.*

Intonat Antiſtes Domini, fuge callide Serpens
Mancipium Chriſti fur corruptiſſime vexas.
Deſine Chriſtus adeſt humani corporis ultor
Non licet ut ſpolium rapias, cui Chriſtus inhæſit
Pulſus abi ventoſe livor, Chriſtus vetat, exi.

(*r*) *Eſt Acolytatus.*

Iſidorus Acholytos dictos putat a *ferenda*,
recepto vocabulo, apud Græcos *Acholyti*; ſed in
hac Ethymologia fallitur, *Cholyin* enim arcere, 45
& prohibere ſignificat. Quare Ceroferarios pu-
tat *Levinus ad Horat.* 3. *Od.* 1. eos fuiſſe, qui
non ut prohibiti arcebantur à Sacris, ſed lumina
præferebant a græco *Acholytos* quod eſt latine
non prohibitus.
Ceroferarii ab Aaron, & filiis ſui miniſterii
exem-

Digitized by Google

exemplum cæperunt *Exod.* 27. Ponebant .n. ex oleo baccis olivarum expreſſo lucernas in Tabernaculo teſtimonii ; meminit hujus Ordinis *S. Cyprianus*, *Euſeb.* & *Rom. Conc. ſub Sylveſtro*, & *B. Hieronimus* Vigilantium redarguit *Epiſt.* 58. qui hoc objiecerat Catholicis his verbis : *Per totas Orientis Eccleſias quando legendum eſt Evangelium, accendunt luminaria jam Sole rutilante non utique ad fugandas tenebras, ſed ad ſignum lætitiæ demittendum.*

Ejus officium, in titulo a nobis expreſſum, appoſitum invenitur in Pontificali cui conſonat Text. *in c. Acolytus diſt.* 33. & *diſt.* 21. *c. cleros*. Olim Acolytus inter Miſſarum Solemnia detinebat *Patenam* involutam, ut his temporibus Subdiaconus Microlog. *de Eccl. Obſervat. cap.* 18.

Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 17. ſtatuit officium hoc, 46
ſine Ordine exerceri non poſſe, imo antiquitus qui hoc uſurpaſſet incidebat in irregularitatem *Niceph. lib.* 8. *hiſt. c.* 48.

(*f*) *Laboratorum* &c.

Laboratorum [*Epiph. in Comp.*] docet fuiſſe officium, corpora fidelium defunctorum obvolvere, hi etiam *Foſſarii* dicebantur *Hieron.* 47
Epiſt. ad ruſt.
Catherbeta Religionis primordiis pueros docebant. De aliis officiis videatur *Spondanus anno* 44. *n.* 34.

COMMUNIA TAM MAJORUM, QUAM MINORUM ORDINUM.

TITULUS. XXII.

QUILIBET Ordo, ut recte conferatur proprium (*a*) Epiſcopum, diem (*b*) certum, [*c*] ætatem congruentem, literaturam (*d*) debitam requirit. Paucis multa continentur.

Dum proprio Epiſcopo Canones ordinare Jus eſſe ſtatuunt, non excludunt Privilegia. Nam poſſunt Abbates [*e*] Benedicti, qui Jus Mitræ, & Baculi habeant Subditis conferre minores gradus, & poſſunt Cardinales [*f*] Presbyteri, & poteſt Romana [*g*] Eccleſia Mater omnium gentium. Ceterum ex conſueto proprius Epiſcopus adeundus eſt, qualis judicatur ille, in cujus Diæceſi ordinandus vel Originem, (*h*) vel Domicilium, vel Beneficium habet; vel ſaltem ejus licentia literis dimiſſoriis [*i*] expreſſa obtinenda eſt ad alium Epiſcopum quamvis dum vacat Sedes Epiſcopalis poſſit (*l*) Capitulum completo primo vacationis anno Subditis Diæceſeos literas expedire dimiſſorias ad Ordinationem. Quinetiam [*m*] ſi Sede non vacante contigerit Epiſcopum eſſe ſuſpenſum, quòd ordinaverit alienum ſubditum; Capitulum jubere poterit, ut ordinandi ad viciniores Epiſcopos ſe conferant.

Dum præterea diem certum requirunt Canones, qualis ille ſit ex obſervatione Interſtitiorum, & quatuor temporum cognoſcitur. Debet in primis inter unum, & alium Ordinem, tantum temporis intercedere, quantum ſufficiat ordinato, ad exercendum in Eccleſia cujuſcumque ſuſce-

ſuſcepti Ordinis officium, & (*n*) hoc tempus vocatur *Interſtitiorum*. In (*o*) Minoribus juxta præſcriptum Epiſcopi, vel augetur, vel diminuitur ex decreto Trident. *in ſeſſ. 23. c. 11. de Ref.* Atqui ad altiores gradus, & ſacratiſſima myſteria eſt ingreſſurus, non niſi poſt annum a ſuſceptione poſtremi gradus minoris, ad ſacrum Ordinem promovebitur. Debet deinceps ordinatio celebrari in ſabbato quatuor temporum, & in ſabbato ante dominicam Paſſionis, & in eo, quod Dominicam Reſurrectionis antecedit, *cap. de eo de temp. ordinat.* Nihilominus prima Tonſura quovis die rectè confertur; Minores verò ſaltem die feſto. Olim {*p*} hæc Anni tempora obſervata non fuerunt, nec ſummus Pontifex alio menſe, quam Decembri ordinabat.

Dum ætatis (*q*) congruentis rationem habendam, ſanxere Canones; diverſum Jus in minoribus gradibus, ac in majoribus ſtatutū eſt. Ad primam Tonſuram, & tres minores expoſcitur ætas (*r*) Annorum ad minus ſeptem. Ad Acolytatum 12. quod cum juxta antiquos Canones procederet, ex (*ſ*) Declaratione Cardinalium, poſt Tridentinum quoque obtinere ſancitum eſt. In reliquis gradibus; poſt Jura antiqua, Tridentina Synodus diſpoſuit, ad Subdiaconatum annos viginti duos, ad Diaconatum 23. ad Presbyteratum 25. ſaltem inceptos requiri.

Dum poſtremo literaturam (*t*) debitam ſpectandam, aſſerimus, hæc non tam exacta in minoribus requiritur. Ecce; ad primam Tonſuram ſatisfit menti Canonum, ſi peritia ſufficiens legendi, ſcribendique non deſit. Ad alios minores, promovendos, Latinam linguam intelligere ſatis eſt. Ad Sacros Ordines ea poſtulatur ſcientia, quæ ſuſcepto Ordini exercendo conveniat. Ad Presbyteratum ea notitia exigitur, qua Ordinatus, & Sacramenta adminiſtrare, & populum in neceſſariis ad ſalutem valeat inſtruere.

SUMMARIUM.

A Proprio Epiſcopo, qui ordines non ſuſcipit, illicitè ordinatur, & ſuſpenſus eſt. 1.
Exceptio ſingularis regulæ. 2.
Græci non poſſunt a Latinis ordinari ex Textu. 3.
Ordinationis hora erat olim circa veſperum. 4.
Alexandriæ quotidie celebrabatur ordinationes ex abuſu. 5.
Olim omnes canones, Sacerdotes, perdiſcebant. 6.
Abbates benedicti, a quonam tonſuram concedendi, & minores ſuis ſubditis, facultatem acceperint? 7.
Pænitentiam agentes in monaſteriis etiam ad minores ordinabantur ab Abbate. Id correctum a Tridentino. 8.
Declarationis verba. 9.
Abbates præcedente ordinarii permiſſu etiam non ſubditos ordinare valent. 10.
Originis Epiſcopus quis ſit? Cōſtitutio Innoc. XII. 11.
Domicilii Epiſcopus quis ſit 12.
Epiſcopus domicilii poteſt ordinare clericum promotum ad beneficium ab Epiſcopo originis. 13.
Ratione paterni officii Clericus domicilium comparat; caſus elegans. 14.
Clericus in aliquem locum relegatus a loci Epiſcopo rectè ordinatur. 15.
Scholares Piſanæ Univerſitatis Piſis ordinari nequeunt. 16.
Domicilium duobus in locis haberi poteſt. 17.
Idem plura habens a diverſis Epiſcopis collata beneficia, a quibuslibet ordinari poterit. 18.
Dimiſſorias concedunt Regulares ſuis monachis. 19.
Interſtitiorum origo. 20
Interſtitia minorum erant annua. 21.
Interſtitia apud Græcos non obſervantur. 22.

Quatuor temporum elegans origo. 23.
Quatuor tempora quando experint obſervari? 24.
Ætas ordinandorum novis eruditionibus illuſtratur. 25.
Novus intellectus ad Textum in canone de his 28. diſt. ex hiſtoria, vetuſtatiſque notitia. 26.
Tonſura ætas nulla præſtituta fuit. 27.
Ætas ad tonſuram non ſufficit hodie ad beneficium acquirendum. 28.
Literatura ad tonſuram ſufficit levis, ut ſciat ordinandus legere; ſed hoc ad effectum penſionem acquirendi ad beneficium; tamen major ſufficientia requiritur. 29.
Imperiti quinam ſint irregulares, elegans expoſitio. 30.
Sacerdotes olim prædicabant inter miſſarum ſolemnia. 31.

EXPLICATIONES.

[a] Proprium.

Ordo conferendus a proprio Epiſcopo.

1 ITA docet *Text. in c. nullus alterius, in c. nullus Primas 9. q. 2. & cap. 2. de tempor. ordin. in 6. in cap. Primatus diſt.* 41. Quod ſi quis ab alieno ordinatur Epiſcopo, a ſuo non eſt recipiendus, *c. ſi qui Clerici 3. q. 1. c. nullus Epiſcopus de Paroch. Trid. ſeſſ. 23. de reform. c.* 8. Et eſſe illicitè ordinatum illum Clericum, qui ab alieno Epiſcopo manus impoſitionem accepit, eſt Textus, *in c. nullum, in c. Epiſcopi, in c. non invitati* 9. *q.* 2. Et eſſe ſuſpenſum ab Ordine, tradit *Text. in c. 1. 21. q. 2. Trid. ſeſſ. 6. cap. 5. & ſeſſ. 23. cap* 8. Nihilo-
2 minus, ſi alter Epiſcopus amicitiæ intuitu, & ſub ſpe ratificationis alienum Clericum ordinet, neque ipſe peccat, & rectè proceſſit ordinatio, *c. Lugdunenſis* 9. *q.* 2.

Sed numquid poſſunt Græci a Latinis ordi-
3 nari? negat *Textus in c. cum ſecundum de tempor. ordin.* quia in ritu diverſi ſunt.

[b] Diem.

Certo die ordinationes faciendæ.

Sicut Ordinatio Epiſcopi die dominico celebratur, *cap. ordinationes diſt.* 75. ita reliqui gradus certum diem poſtulant, *tot. tit. de*
4 *tempor. Ordin.* Olim quidem circa veſperam Ordinatio ſequebatur, *Gelaſ. Epiſt.* 9. *Gregor.* 13. *Epiſt* 5. *Concil. Roman. ſub Zacharia c.* 11. Alexandriæ verò quotidie Sacrorum Miniſtrorum Ordinationes celebrabantur nullo præcedente jejunio, Unde S. Leo Poſſidonium Presbyterum ad ſe Legatum a Dioſcoro tamdiù apud ſe retinuit, voluitque Eccleſiaſticis fun-
5 ctionibus Romanæ Eccleſiæ tamdiu intereſſe, ut ex inſtitutis ejuſdem abuſus Alexandrinæ emendarentur, *Spondan. anno* 444. *n.* 6.

(c) Ætatem.

Certa ætas requiritur ad Ordines.

Licet ætas diverſa pro diverſis temporibus fuerit requiſita, attamen certum annorum numerum ſemper ad Ordines Eccleſia præfixit, *c. multis, c. quicumque* 77. *diſt.* & paſſim id ex *tit. de ætat. & qual. Ordin.* cognoſcitur.

[d] Literaturam.

De ſcientia in ordinandis neceſſaria.

De literatura quoque ſolliciti ſunt Canones, ut patet in *c. ignorantia* [illegible] *a laicis, c. nulli Sacerdotum, c. quæ ipſis, & per tot. diſt.* 38. *Trident. ſeſſ.* 23. *cap.* 4. *de refor.* Quare omnes Sacerdotes Canones perdiſcebant, Librum Sacramentorium, Lectionarium, Antiphonarium, Computum dierum, & Menſium,
Canones Pœnitentiales, Pſalterium, Homilias 6
per circulum Anni Dominici, *c. nulli, c. quæ ipſis diſt.* 38. & omnes alii Clerici decreta Conciliorum callebant, [illegible] Ex quo hæc accipit textus in *cap. 3. de vita & hon. Cler.* ibi: *ſcholas tenere.* Ne ignorantia Clericos, & Monachos invaderet, humanæ, divinæque literaturæ ſcholæ erant deſtinatæ, tam Clericis, quam Monachis *Concil. Aquiſgran. ſub Carolo Magno* [illegible] *diſt.* 37. Erudite Florens *ad cap. 3. de vit. & hon. Cler. pag.* 805.

[e] Abbates.

Abbates quot ordines conferant?

Conceſſa primum fuit hæc poteſtas in *Sy-*
nodo Nicæna 2. in c. cum contingat de ætat. & 7
qual. ordin. ſed cum hanc facultatem extendiſſet *Alex. IV. in c. Abbates de privil. in* 6. ut non ſolum converſis conferrent tonſuram, verum, & iis, qui ad monaſteria convolaſſent
ad agendam pœnitentiam: PP. idcirco Concilii 8
Tridentini eam coarctarunt in *ſeſſ. 23. de reform. c.* 10. ſtatuentes; ut tantum regularibus ſuis ſubditis Tonſuram, minoreſque Ordines conferrent, *Cabaſſ. l. 3. c. 15. n.* 4. & *Piaſecius* [illegible] *n.* 7. adducit declarationem *Sacræ Congregationis anni* 1504. quæ ita cenſuit.

Congregatio cenſuit, quod Abbas benedictus poſſit regularibus ſibi ſubditis conferre primam Ton-
ſuram, & quatuor minores, ac etiam benedice- 9
re Calicem; & Paramenta ſine unctione Olei Sancti nec non omnes benedictiones facere ſine aliqua licentia. Quare infertur, quod Abbates præcedente Ordinarii permiſſu, etiam non ſubditos ordinare valent, & hac de re, eſſe aliam

decla-

10 declarationem, fatetur *Magrius in Vocab. verb. Abbas*. Suis tamen novitiis Abbates jam conferre ordines non poſſunt ex *d. Concil. Trid.* ſed profeſſis, *Barboſa alleg. 3. de off. & pot. Epiſc.*

[f] *Cardinales.*

Cardinales an ordines conferunt?

Cum poſſit Pontifex ſimplici Presbytero concedere, ut minores conferat, *Victor. de Sacram. Ord. n. 234. Piaſec. c. 1. n. 27.* facilè intelligitur, multo magis concedi potuiſſe hoc privilegium Cardinalibus; ut teſtatur *Abbas in c. Clerici 2. n. 5. de vit. & hon. Cler.* etſi nudos habeant ordines ſacros, *Fagnan. in cap. 15. de Pœnit. n. 42.*

[g] *Romana.*

Pontifex omnes Clericos ordinare poteſt.

Etenim eſt Romanus Pontifex Epiſcopus univerſalis, & Ordinarius Ordinariorum, *c. cuncta per mundum* 9. *q. 3.* & ideo Gregorius Pontifex ſcribens *Fortunato Epiſcopo Neapolitano l. 1. Ep. 18. relata in c. fraternitatem diſt. 71.* Gratianum Eccleſiæ Benafranæ Diaconum concedit ab Epiſcopo Neapolitano ordinari. Quod ulterius demonſtratur ex *c. 1. de tempor. Ordin. in 6.* Roma enim eſt patria communis, *c. ult. de for. compet. l. Roma ff. ad municip. l. eos ff. de vacat. mun.* eleganter *Claud. in 1. Paneg. Stiliconis*,

Hac eſt in gremium victos quæ ſola recepit,
Humanumque genus communi fovit amore.

[h] *Vel.*

Rectè ordinat Epiſcopus originis, domicilii, vel beneficii,

Ita expreſsè ſancitur *in c. nullus de tempor. Ordin. in 6.* nam triplici modo quivis clericus efficitur ſubditus, & Diœceſanus Epiſcopi, ſaltem quoad ordinum ſuſceptionem; nam quoad alios effectus plures poſſunt enumerari modi, quibus efficitur de juriſdictione alterius.

Quod attinet ad originem, hæc duplex eſt, alia propria, alia genitorum. Propria poteſt eſse locus diſtinctus a patria genitorum. Ut ſi quis fortuito, dum pater peregrinaretur, in aliquo loco prodierit in lucem, *l. municipem ff. ad municip.* adde noviſſimam conſtitutionem Innoc XII. de qua Anaclet. *Tom. 1. pag. 264.* Veruntamen ad
11 ſumptionem Ordinum conſideratur origo parentū, & origo propria, *Gloſſ. in c. 1. de uſur. in 6. verb. alienigenas, Piaſec. p. 1. c. 1. n. 9.* vel locus, ubi quis baptizatus eſt, & per librum Baptiſmi probari originem, tradit *Rebuff. in tract. de pacif. poſſeſſ. n. 217.*

Quod attinet ad domicilium. Diſtincta eſt habitatio a domicilio. Domicilium habet, qui in aliquo loco permanendi animo cum ſuis fortunis conſiſtit, *l. Cives C. de incol. l. in lege ff.*
12 *de V. S.* Habitationem verò habere poteſt aliquis abſque animo permanendi, dummodo non habitet tamquam hoſpes, *l. 1. §. hoſpes ff. de his, qui dejec.* Ad ſuſceptionem verò ordinum domicilium quoque parentum inſpicitur, ut ait *Piaſec. loc. cit. n. 9.* Neque illa regula decennii pertinet ad ſubſtantiam domicilii, ſed animus permanendi conſideratur. Quod ſi nullus occurrat extremus actus aſſumpti domicilii, decennium ſufficit ad præſcriptionem.

Placet hic quaſdam quæſtiones reſolvere ex caſibus in dies occurrentibus.

Quæritur utrùm poſſit Epiſcopus domicilii, ad alios gradus illum promovere, qui ab Epiſcopo originis fuerit promotus ad titulum benefi- 13
cii: vel patrimonii cum adſcriptione alicui Eccleſiæ? *Reſp. Barboſ. de poteſt. Episc. p. 2. alleg. 4.* utique poſſe, & ſufficere notitiam morum habitam.

Quæritur utrum filii officialium, qui in aliquo loco ſunt, ubi pater ſuum officium perpetuò exercebat, poſſint ab hujus loci Epiſcopo ordinari? *Reſp. Frances de compet. Juriſd. ad Bullam Urbani VIII. q. 6. n. 1150.* ſimiliter poſ- 14
ſe: quia ſtatum a filiis hic domicilium comparatur ob perpetuitatem officii.

Quæritur, quid ſit dicendum de relegatis in aliquem locum? Et hi quoque, aut eorum filii ab ejus loci Epiſcopo rectè ordinantur, quia rele- 15
gatus non poteſt habere animum diſcedendi, *l. filii §. relegatus ff. ad municip. Barboſ. ubi ſupra n. 35. niſi canonicum obſtet impedimentum.*

Quæritur quid Juris ſit de Scholaribus alicujus Univerſitatis? Sed cum hi animum recedendi habeant, domicilium non conſtituunt in urbe, 16
ubi ſunt ſtudiorum cauſa, *Gratian. diſc. for. n. 4. & cap. 181. contra Menoch. caſu* 86. *ſub n. 22.*

Illud verò inter hæc maximè notandum eſt, quod duobus in locis domicilium haberi po- 17
teſt, *c. 2. de ſepul. in 6. Lotth. l. 1. q. 20. n. 48. Rot. part. 2. recent. deciſ. 188. n. 4.*

Quod attinet ad Beneficium. Non modo ſi Beneficium ſit pingue, competens eſt ad Ordines concedendos, Epiſcopus Beneficii, *Ugol. de Offic. Epiſc. c. 25. §. 1. ad fin.* Sed etiamſi ſit tenue, *Garc. 2. p. c. 4. n. 7.* (obſervetur tamen innovatio Bullę Innoc XII. quæ incipit *Speculatores*, qua ſtatuitur, Beneficium eſſe oportere ſufficiens congruæ ſuſtentationi) etiam ſi ſit unquam tenue, vel ſi non habeat Beneficium in titulum, ſed in commendam, *Ugol. de offic. Epiſc. c. 25.* & etiamſi Beneficium quoad proviſionem alteri Epiſcopo ſit ſubiectum, idem *Garcias n. 6.* vel etiamſi in diverſis Diœceſibus idem plu- 18
ra habeat Beneficia, ab his omnibus poterit ordinari, idem *Garcias n. 6.* Non tamen ſi quis habeat penſionem in aliquo loco, Epiſcopus loci competens eſt, *Barboſ. p. 2. alleg. 4. n. 57.* Notetur, ſupra tradita moderanda eſſe juxta motum proprium Innoc. XII. qui incipit *ſpeculatores*, in quo decrevit, ſubditum ratione originis eum eſſe, qui naturaliter ortus ſit in Diœceſi, in qua ordinari deſiderat. Vel ſi natus ex accidenti; tunc attendatur naturalis origo patris; et ſi pater alibi domicilium habet; hoc, non origo patris attenditur. Notat *Anaclet. ad Tit. XI. Lib. 1. §. 4. n. 50.*

(i) *Vel.*

De literis dimiſſoriis.

Harum formulas tradit *Barboſa in fine tracta-
tus de offic. & poteſt. Epiſc.* & de his literis men-
tio fit in *c. ſi qui Clerici* 2. *q.* 1. *in c. nullus
Epiſcopus de Paroch. Trid. ſeſſ.* 23. *cap.* 8. *in c.* 1.
21. *q.* 2. *in c. fin. de eo, qui furtive &c.*

(*l*) *Capitulum*.

Capitulum quandonam dimiſſorias concedat?

Hoc ſtatuit Trident. *ſeſſ.* 7. *c.* 10. *de Reform.*
19 cæterum poteſt etiam Capitulum concedere ante
annum elapſum dimiſſorias illis, qui ad ſuſci-
piendos Ordines Beneficii receptione coarctantur.
Plura alia *Piaſecius p.* 1. *c.* 1. & fuſiſſimè de
his literis dimiſſoriis ad praxim hodiernam *Ca-
baſſ. l.* 1. *c.* 14. *Scient. Can.*

Illud non omittendum, quod dimiſſorias con-
cedunt regulares quoque ſuperiores ſuis mona-
chis, juxta formam, & modum traditum a *Clem.
VIII. & Decreti Congregationis extat his verbis:*

*Congregatio cenſuit ſuperiores Regulares poſſe
ſuo ſubdito itidem regulari, qui praditus quali-
tatibus requiſitis Ordines ſuſcipere voluerit, lite-
ras dimiſſorias concedere: ad Epiſcopum tantum
Diœceſanum illius Monaſterii, in cujus familia re-
gularis poſitus fuerit, & ſi Diœceſanus abfuerit,
ad quemcumque alium &c.* Verba ordinationis
Clem. VIII. refert Barboſa *P.* 2. *alleg.* 7. *n.* 18.

[*m*] *Quinetiam*.

Hoc deductum eſt ex *c. eos qui de temp. Or-
din in* 6. Æquum namque eſt, ut in quo quis
deliqnit, puniatur, Atque hoc quidem exten-
ditur contra quoſcumque Epiſcopos, quacumque
cenſura irretitos, *Cabaſſ. l.* 1. *c.* 14. *n.* 2. *ſcient. can.*

(*n*) *Et*.

De Interſtitiis.

Canones poſt Tonſuram acceptam, inter Oſ-
tiariatum; Lectoratum, & Exorciſtatum, &
20 Acolytatum tempus præſcripſere de uno gene-
ralium ordinationum ad aliud, *Barboſa alleg.* 11.
n. 18. ut in accepto officio ordinatus, ſe exer-
ceret; *exinde Acolytus, & Subdiaconus* 14. *An-
nis fiat*, ait Text. in *c. in ſingulis* 77. *diſt.* cui
conſonat *Syricius in c. quicumque ibid.* Hæc tem-
pora, quæ intercedunt inter unum, & alium
Ordinem *interſtitia* denominantur ad experien-
tiam vitæ introducta, *c. in veteri diſt.* 77. Unde
antiquitus præconio exacta vita Ordinandorũ ce-
lebrabatur, ut refert *Spondanus anno* 224. *n.* 2. *ex
Lampridio in Alexandrum* his verbis: Grave eſt
„ cum id Chriſtiani, & Judæi faciant in præ-
„ dicandis Sacerdotibus, qui ordinandi ſunt, non
„ fieri in Provinciarum Rectoribus, quibus for-
„ tunæ hominum committuntur, & capita &c.

[*o*] *In*.

Rurſus de interſtitiis.

Interſtitia quoad minores Ordines poſſunt ab
21 Epiſcopo diſpenſari, ex decreto Trident. *ſeſſ.*
23. *cap.* 2. *de Reform.* Sæpe minoribus interſti-
tiis [illegible] Annis, *c. quicumque*, *c. in ſingulis*, *c.
ſi quis* 77. *diſt.* in ſubdiaconatu permanere duo-
bus annis debebat Clericus, in Diaconatu tri-
bus, in Sacerdotio, ante Miſſam quatuor annos. 22
Et apud Græcos nulla interſtitia ſervantur, niſi
inter majores, & minores trium dierum.

(*p*) *Olim*.

Quatuor anni tempora, quid ſint?

Quatuor temporum jejunia antiquiſſima qui-
dem ſunt, & ad ſimilitudinem jejunii a Judæ-
is obſervati, qui jejunabant menſe Julio in me-
moriam Moyſis, qui de monte Syna deſcen- 23
dens tabulas Legis abiecit, & juxta Jeremiam
muri primũ rupti Civitatis a Nabuchodonoſor,
qui cum Chaldæis eam cepit, *§. hinc* 23. *q.* 5. Ie-
junabant quoque menſe *Auguſto* in memoriam
ſeditionis ortæ in populo propter exploratores
Terræ ſanctæ, & per quadraginta annos coacti
ſunt longis a Terra ſancta circumire diſpendiis,
excepto Caleb, & Ioſue, & in memoriam in-
ſuper Templi incenſi a Veſpaſiano; & Bethel
Urbis captæ. Jejunabant ſimiliter menſe Octobri
in memoriam occiſi Godoliæ. Jejunabant ean-
dem menſe *Januario*, in memoriam Ezechielis, in
captivitate poſiti. Atque ſic menſes planctus, &
jejuniorum referuntur in *c. jejunium diſt.* 76.

Calliſtus I. anno 223. quatuor temporum
jejunium in Eccleſia quoque inſtituit, quod 24
prius ter in anno celebrabatur, *c.* 1. *diſt.* 76.
Et quomodo menſes Judæorum noſtris reſpon-
deant, fusè tradit *Gobarr. lib.* 10. *var. c.* 20. *n.* 0.

Veruntamen idem Interpres *ibidem* affirmat
ante Gelaſium Ordinationes ſolemniter cele-
brari conſueviſſe, menſe ſaltem *Decembri*, quod
ex Damaſo conſtat; deinde verò Simplicius I.
infixit alium ordinem, cæpit menſe Februario
inſuper ordinare, *Leo III.* menſe *Martio*, *Gonzal.
ad c.* 2. *de temp. Ord. n.* 6.

(*q*) *Dum*.

De ætate ordinandorum.

Quemadmodum apud Romanos ad certum
dignitatis gradum impetrandum, ætas inſpicie-
batur: nec enim Conſulatus geri potuit ante 43.
annum, Prætura ante 40. Ædilitas, & Quæſtura
ante 27. *Sigon. de Antiq. Jur. Civ. Rom. l.* 2.
nec ad judicandum ante 35. annum quiſquam
admittebatur, *Suet. in Auguſt.* Ita etiam in Ec-
cleſiaſticis gradibus ratio præſcriptæ ætatis ha-
benda eſt. Veruntamen hoc intercedit diſcri- 25
men inter antiquos gentium mores, & Eccleſiæ
inſtitutum. Quod Romani, etiam intra ætatis
præſcriptum ad dignitates deſignabant, cum ali-
quis dignum republica opus præſtitiſſet. Nam
Valerium Corvinum in 30. & II. ætatis anno
ante legitimum tempus ad Conſulatum promo-
tum, legimus apud *Valer. l.* 8. *c.* 16. & Mario
Juniori, Scipioni Africano, & Octavio Auguſto
ob ſingularem rei militaris diſciplinã Conſulatũ
ante tempus delatum, comperimus. *Alex. ab Alex.
l.* 3. *c.* 5. P. Cornelius Scipio *Africanus* poſtea dic-
tus, ante legitimum tempus Ædilitatum pe-

tens

Digitized by Google

tens, etſi Tribuni plebis adverſarentur, quia nondum annorum ſatis eſſet, pervicit tamen, ut per Tribus diceretur, atque extemplo Curulis eſt declaratus, *Auctor ejus vitæ.* Q. Metellus tam bonæ ſpei Adoleſcens fuit, ut in petitione Preturæ, & Pontificatus Conſularibus Viris prelatus fuerit, *Plin. de vir. ill.* Pompejus Magnus de ſe libere profitebatur, quod omnem Magiſtratum citiùs nactus eſſet, quàm ipſe expectaret. Germanicus C. Cæſaris pater Druſi, & Junioris Antoniæ filius a Tiberio patruo adoptatus Quæſturam quinquennio antequam per leges liceret, & poſt eam Conſulatum ſtatim geſſit, *Sueton.*

At verò, in Eccleſia, licet animi vigor præceſſerit ætatem, pueri, aliique immaturæ ætatis ad ſacros Ordines non admittuntur: *ne tanto periculoſius cadant, quanto citius ad altiora conſcendere feſtinant*, ut loquitur Text. *in c. pueri 1. q. 1. Indecorum eſt, ut hi debeant Eccleſias regere, qui nondum noverunt regere ſeipſos, c. cum in cunctis de elect.*

Dum vero in *c. de his 28. diſt.* dicitur pueros primis infantiæ annis tonſurari (quicquid hic *Gloſſa* meditetur) ſi licet novam interpretationem adhibere, puto, hunc Canonem reſpicere morem antiquum Eccleſiæ, ut quidam ab
26 infantia Sacris Ordinibus deſtinarentur, etiam ante Baptiſmum, & deinde ætate debita Ordines ſumerent; quod deduci videtur *ex c. quicumque 77. diſt.* Et confirmatur ex *Concil. Tol. 4.* narrat enim quod qui ad Clerum aſpirabant a pueritia in uno Conclavi morabantur ſub probatiſſimo ſeniore, quem Magiſtrum habebant Chriſtiane vite, & teſtem vite, & tandem ex his ordinabantur, qui non improbarentur.

[r] Ætas.

De ætate ad minores ordines.

Hoc deducitur ex *c. nullus de tempor. ord. in 6.* ubi ad Tonſuram, & tres primos Minores infantiam egreſſam ſufficere, ſtatuitur; quod idem habetur in *c. 1. diſt. 77.* Ad Acolytatum verò duodecimum annum explevisse, neceſſe eſt, *c. 3. diſt. 77. Barboſa alleg. XI. n. 1. ubi latè.*

(ſ) Ex.

Rurſus de ætate ad minores ordines.

Hæc Declaratio eſt apud Piaſecium *p. 1. c. 1.*
27 *n. 23.* his verbis „ Congregatio Concilii reſpondit, nullam eſſe a Tridentino Concilio præſtitutam ætatem Tonſure, & quatuor minoribus Ordinibus, ſed eam attendendam, quę a Sacris Canonibus preſcribitur.

Verùm licèt qui eſt Clericus ſtatim capax fieret Beneficii, & per Tonſuram quilibet in ſtatu Clericali ponatur, nihilominùs his temporibus prima Tonſura initiatus poſt 7. ant etiam in Minoribus conſtitutus, ante 14. annum Be-
28 neficium obtinere nequit, & in hoc Jus innovatum a Concilio Tridentino *ſeſſ. 23 c. 6 de Reform.* contra quod non poſſe Epiſcopum diſpenſare, Sacra Congregatio cenſuit, præclarè *Garcias p. 7. c. 4. n. 8. de Benef.*

[t] Dum.

De literatura Clericis neceſſaria.

Quæ de literatura diximus accepta ſunt ex *Trident. ſeſſ. 24. c. 8. & ſeſs. 23. c. 4. de Reform.* & illiterati ab Ordinibus repellendi ſunt, *c. præcipimus 34. diſt. c. illiteratos 36. diſt. c. pænitent. 55. diſt. c. fin. de tempor. Ordin. in 6. Clem. 1. de ætat. & qual. c. grave nimis de prob.* Quibus conſtitutionibus hæ ſunt interpretationes adhibendæ. Quod attinet ad tonſuratos, ſufficit 29
quidem ad primam tonſuram peritia ſimplex legendi, *Leo in Theſaur. fori Eccleſiaſtici P. 3. c. 8. n. 6.* id verò ad obtinendam penſionem ſufficere intelligitur, ut poſſit, & ſciat penſionarius recitare Officium parvum B. Virginis, tamen ad Beneficium etiam ſimplex major ſufficiencia exigitur, nempe legendi peritia, conſtruendi, & in his examen fieri ſolet, *Garcia de Ben. p. 7. c. 7. n. 5.*

Arctioris interpretationis occaſionem præbet Text. in *c. illiteratis 36. diſt.* dum ait *imperitos eſſe irregulares*, qui indiſtinctè accipi non debet. Duplex igitur ignorantia eſt; prima eorum, qui omnino ſunt rudes, ut neque ſyl- 30
labas, & elementa noſcant; ſecunda eorum, quibus ſcientia deficit, ad ritè obeunda Sacra Munera. Ex his duabus ignorantiis prima tantum conſtituit irregularem, quę reddit omninò ineptum, & inhabilem, & ita intelligitur Text. in *d. c. illiteratis:* altera imperitia nullam inducit irrregularitatem, *Gibalin. de irregul. a. prop. c. 3.* & ita quoque accipitur, *Text. in c. fin. de æt. & qual. Ord.* Quare hinc deducitur, non poſſe diſpenſari, ut quis adminiſtret Ordinem, ſi deſtituatur notitia neceſſaria, vel niſi affulgeat aliqua ſpes futuræ ſcientiæ. Ita *Gibalin. conſectar. unico n. 8.*

Alteri interpretationi occaſionem offert *Text. in c. legimus, in c. Epiſcopus, in c. Sacerdotes 77. diſt.* per quos Canones prohibetur Clericis profanorum Auctorum lectio. Sed reſpondetur peritiam decretam a Sacro Jure non eſſe pro- 31
fanam, ſed Sacræ Scripturæ, & congruentem Ordinis miniſterio: Sacerdotes enim prædicabant antiquitùs inter Miſſarum ſolemnia, ut deducitur *ex c. Sacerdote de conſ. diſt. 1.* & in Epiſcopis Mitra ſcientiam utriuſque Teſtamenti deſignat, duo namque illius cornua, duo ſunt teſtamenta, anterius novum, poſterius vetus, quæ duo Epiſcopus memoriter ſcire debet, *can. omnes diſt. 38.* & per duas fimbrias notatur paratum eſſe oportere in utroque hiſtorico Sacræ Scripturæ intellectu, *Durand. l. 3. cap. 1. de Divin. Officiis*. Quamquam abſurdum non eſt ex eruditione communi aliquid ad veri dogmatis aſſertionem conferre: ut loquitur Clemens in *can. relatum diſt. 37.*

QUI

Digitized by Google

QUI PROMOVERI NON POSSINT.

TITULUS XXIII.

PROHIBITORIUM eſt edictum de promotione. Omnes illi promoveri valent, qui non prohibentur.

Quidam vero prohibentur ratione ſubjectionis; quidam ratione delicti jam patrati: Quidam propter ſuſpicionem futuri lapſus: quidam propter corporis læſionem inducentem irregularitatem. Examinemus hæc ſingula.

Ratione ſubjectionis promoveri (*a*) impediuntur ſervi, niſi forte domino conſentiente aſſumantur ad Clericatum; quo [*b*] caſu, & manumiſſi, & ingenui ſunt. Quod ſi [*c*] invito domino ſervum ordinet Epiſcopus in minoribus, tenetur ipſe conditione domini; ſin (*d*) autem in ſacris; duos reddet ſervos in pœnam. Ultra ſervos, quia curiales (*e*) etiam ante ratiocinia reddita ſubiiciuntur Judici ſæculari; quia viri (*f*) conſtante matrimonio connubialibus legibus tenentur: quia tutores: curatores; executores; procuratores ante depoſitum officium, libertate non gaudent mutandi ſtatum, ab Ordinibus decreto Canonum removentur. Olim ſimiliter Monachi (*g*) initiari Ordinibus prohibebantur. ſed a 4. Sæculo ceſſavit hoc interdictum.

Ratione delicti patrati arcentur ob Ordinum ſuſceptione rei criminum, quæ, & nota ſint, & inducant (*h*) infamiam. Utrumque (*i*) requiritur. (*k*) Tametſi exaſperetur pęna in homicidas, ſimoniacos, iterantes Baptiſmum, ordinatos in ſtatu conjugali, uſurpantes ordinem, violantes cenſuras, qui etiam occulti ſubmoventur ab ordinibus tamquam irregulares.

Propter ſuſpicionem futuri lapſus, non ſunt ordinandi clynici, ideſt in ægritudine baptizati: nec non, & (*l*) illegitimi, & (*m*) bigami, & (*n*) mulieres, & qui [*o*] pęnitentiam egerunt.

Propter læſionem corporis non convenit ordinari, ita [*p*] deformes, ut ſcandalum excitent; ita [*q*] mutilatos, ut ſint irregulares, ita (*r*) impeditos natura, ut ad uſum ordinis incapaces ſint. Quod latè Adnotationes declarabunt.

SUM-

VEra ſervitus hodie non datur. 1.
Rationes, cur ſervi nequeant ordinari.? 2.
Conditio ſervilis cur ab honoribus excluderetur? 3.
Servi charactere equi inurebantur in fronte. 4.
Servi corpora vocabantur. 5.
Epiſcopi monebantur in ſui conſecratione ſervos non ordinare. 6.
Servus ordinatus, & manumiſſus, & ingenuus eſt. 7.
Jus aureorum anulorum explicatur. 8.
Domino repetente ſervus ordinatus degradatur ab Epiſcopo. 9.
Tempus repetendi ſervum eſt annus. 10.
Servus cum permiſſu domini ordinabatur, ſcripto licentia comprehendi ſolebat, & inambulatione legebatur. 11.
Servus inconſulto Domino ordinatur in Sacris ab executione ſuſpenſus eſt. 12.
Refellitur Gibalinus, & explicatur elegans Textus. 13.
Curialium varia ſpecies. 14.
Curialis ordinari prohibitus quis ſit. 15.
Curialis licet ordinatus, e foro ſeculari eſſe non deſinit. 16.
Remedium, quo Curialis poteſt ordinari. 17.
Uxoratus non poteſt ordinari, & quibus rationibus? 18.
Solvitur elegans difficultas. 19.
Cur potius regularis ſtatus, quàm Clericalis diſſolvat matrimonium ratum? 20.
Viri quibus caſibus ad ordines promoveantur? 21.
Uxorati in Græcia juramento fragilitatem debent comprobare. 22.
Uxoratus ſuæ conjugis conſenſu ordinari poteſt. 23.
Uxoratus ſequuto divortio poteſt ordinari. 24.
Monachi non ordinabantur olim. 25.
Novus intellectus Textus in can. 6. Concilii Calcedonenſis. 26.
Quatuor olim Tituli ad quos Epiſcopi poterant ordinare. 27.
Primus Titulus Eccleſiæ Cathedralis, ſecundus Eccleſia Pagi, tertius Martyrum, quartus Monaſterium. 28.
Ad Titulum monaſterii quinam ordinarentur. 29.
Crimino ſi cur ordinari nequeant, rationibus, & eruditionibus illuſtratur? 30.
Notorium Juris, & notorium facti quid ſit. 31.
Infamia Canonica quid ſit. 32.
Infamia facti explicatur. 33.
Regula ad cognoſcendam infamiam facti. 34.
Infamia Juris quotuplex. 35.
Homicidæ occulti non poſſunt ordinari. 36.
Qui ſævit in cadaver inimici, an incidat in irregularitatem. 37.
Qui non defendit proximum in periculo occiſionis, an ſit irregularis? 38.
Qui digitum abſcindit, mordet labra, truncat auriculas, excutit dentes, irregularis non fit. 39.
Occidens fortuito an ſit irregularis? 40.
Medicus, chirurgus an ſint irregulares? 41.
Clericus adurens, aut abſcindens fit irregularis. 42.
Clericus an poſſit exercere Medicinam? 43.
Mutilans, occidenſue in bello etiam juſto eſt irregularis. 44.
Clerici domini temporales poſſunt indicere bellum, & Ducem præficere. 45.
Spectantes ultimum ſupplicium non fiunt irregulares. 46.
Baptiſmum iterans eſt irregularis. 47.
Suſcipere ordines poſt matrimonium inducit irregularitatem. 48.
Uſurpans ordinem fit irregularis. 49.
Violans cenſuras fit irregularis. 50.
Illegitimus occultus non poteſt ordinari. 51.
Quod rationibus illuſtratur. 52.
Delphicum Oraculum profertur. 53.
Nova Quæſtio, an legitimatus deſinat eſſe irregularis. 54.
Modi legitimandi juxta Canones. 55.
Ratio, cur Religio legitimet. 56.
Diſpenſatio in radice Matrimonii latè explicatur, & quomodo legitimet. 57.
Diſpenſatio quomodo legitimet? elegans diſtinctio. 58.
Legitimatio per oblationē Curiæ exolevit hodie. 59.
Legitimatio per ſubſequens Matrimonium dotalia non requirit inſtrumenta de Jure Canonico. 60.
Legitimatio eſt ſpecies diſpenſationis. 61.
Legitimatus per ſubſequens Matrimonium fieri nequit Cardinalis ex Bulla Xyſti V. 62.
Communis error Interpretum detegitur, & rejicitur. 63.
Judex ſecularis eſt incapax, & incompetens quoad incidentiam ſpiritualem. 64.
Bigamia quid ſit? 65.
Bigamia duplex. 66.
Bigamus an ſit maritus cognoſcens uxorem adulteram? 67.
Bigamia ſimilitudinaria non eſt vera bigamia. 68.
Bigamia cur inducat irregularitatem, ratio expenditur. 69.
Mulieres cur arceantur ab Ordinibus? 70.
Mulieres apud Pepuzzianos, & Epiſcopatus, & Preſbyteratus honore fulgebant. 71.
Mulieres jure merito ab Ordinibus excluduntur. 72.
Pænitentia ſolennis a publica differt. 73.
Saxones imaginem ſolennis Pænitentiæ adhuc ſervant. 74.
Pænitentia publica nunc infames non reddit, ut olim pænitentia ſolennis. 75.
Deformes cur excludantur ab Ordinibus, aliqua eruditione explicatur. 76.
Quanam deformitas reddat irregularem? 77.
Mutilatio quanam requiratur ad irregularitatem? 78.
Caſtrati ex neceſſitate irregulares non ſunt. 79.
Thlibiæ, & Thlaſiæ quinam ſint? 80.
Exempla hiſtorica emaſculati admiſſi ad ordines. 81.

Sur-

Digitized by Google

Surdaſter non eſt irregularis. 82.
Surdaſter, monoculus, claudusque factus poſt ordines jam ſuſceptos toleratur. 83.
Sacerdos excæcatus vi morbi diſpenſari poteſt. 84.

EXPLICATIONES.

[*a*] *Impediuntur*.

Servi ab ordinibus excluduntur.

LICET Chriſtiana Religio ſit benigna; nec quemquam opprimat; nec caput è Cœli regionibus oſtendat.

Horribili ſuper aſpectu mortalibus inſtans.

Quod Ethnicorũ religioni tribuebat *Lucretius lib.* 1. Tamen inter Chriſtianos quoque ſervitus eſt;
1 quamquàm acceſſerit aliqua moderatio. Namque olim omnes bello capti ſervi capientium erant, *l. 4. ff. de ſtat. hom.* His temporibus ſi bellum inter fideles geratur, qui capiuntur non veri ſervi fiunt; ſed veluti in cuſtodia retinentur, ut ab ea ſe redimant pecuniis oblatis; late *Diana part. 2. tract. 3. miſcel. reſ.* 1.

Veri tamen ſervi, quales ſunt ſervi capti in bello, contra non baptizatos: qui ſervi permanent; etiamſi Baptiſmi lavacro fuerint regenerati; ut ſupra oſtendimus *ad tit. de jure perſonarum*, quidquid aſſerat, Text. in *L. Deo nobis C. de Epiſcopis, & Cler.* ordinari nequeunt, *c. 1. 2. 3. 4. 5. & per tot. 54. diſt. c. 1. & 2. de ſerv. non ord.*

Rationes, cur mancipia, ſint ordinibus indigna, obviæ ſunt. Vel quia nemo poteſt duobus dominis ſervire. Vel quia ſervilis condi-
2 tionis homines ſemper ab honoribus excluſi fuerunt, *L. obſervare ff. de offic. Procur.* Neque inter athletas ad ludos gymnaſticos admittebantur: unde *Dionyſ. Alicarn.* qui ſub Auguſto floruit, præcepta dans orationis habendæ ad athletas in certamen deſcenſuros: *Caveant*, inquit, *ne ſervilibus verberibus coerceantur*, hoc eſt, ne clavicularum ſervos admittant, *Petrus Faber. lib. 3. Agon. cap. 17. Ariſt. Probl ſect. 30. q.* 10. Accedit quod ſervi a Sacris olim arcebantus; Nam Coi (vel) Divinæ Iunonis operam dantes reiiciebant ſervos, *Cal. Rodb. l. 13.*
3 *c.* 23. Ita Chæronea Sacerdos Lorum tenens pro ædibus Sacris Matutæ; ideſt Leucotheræ clamitabat: *Servum non ingredi*, *Gyral. l. 17. Decor. Gent.* Quid quod ſervi parum a quadrupedibus, ob vilitatem, differre credebantur. Quin, & ſine perſona dicuntur, *l. quod attinet ff. de reg. jur.* Unde Syracuſani, ut diſcrimen ingenuæ; & ſervilis perſonæ notaretur, ſervis characterem equi candente ferro inurebant, *Alex.*
4 *l. 3. c.* 16. Romani ſervos in arena feris obiiciebant, *Fulgoſ. l. 9. c.* 2. Et apud Græcos *ſomata* ideſt corpora vocabantur. Unde *Athyn. l. 5. c.* 8. ex Moſchione, qui de navi Hieronis Syracuſii commentaria ſcripſit, ſic habet. *Archimedes*
5 *mechanicus ſolus pauculorum corporum adjumento Helicem* comparavit, ideſt *ſervorum*; unde Epiphaniæ apud *Magium lib. 1. miſcell. cap.* 12. *Dominus inquit centum corporum.*

Cur igitur ſervi ad honores, ad gradus ad Ordines Eccleſiaſticos admitti debeant? Si tam viles habentur?

Excludunt has perſonas decreta Canonum in *c. 81. Apoſt. in c. frequens 53. diſt. in c. qui vero 16. q. 1. & tot. tit. de ſerv. non ordin.* Imo 6
Epiſcopus in ſui conſecratione monebatur his verbis „ ne quemlibet ſervilis conditionis ad „ Ordines promovere præſumeret, *c. conſuluit de ſerv. non ordin.*

[*b*] *Quo*.

Ordinati, an liberi fiant?

Ordo libertatem confert ſervo, *Text. in c. ſi ſervus 54. diſt.* „ Si ſervus ſciente, & non con„ tradicente domino in Clero fuerit ordinatus, „ & ex hoc ipſo, quod conſtitutus eſt, liber, 7
„ & ingenuus erit; idem affirmat *Gibal. c. 3. de Irreg. q. 5. prop.* 2. Ut enim de Iure Civili duobus modis ingenui fiunt ſervi: Primò dum a Principe natalibus reſtituuntur, *l. 1. ff. de jure aur. ann.* Secundo cum jus aureorum anulorum ipſis conceditur, *L. 1. C. eod.* tantum enim illi referebantur in Ordinem equeſtrem, qui 8
ferreo anulo depoſito, aureum accepiſſent *Stat. lib. 3. Silv.*

Atque idem in Cuneos populos cum duxit equeſtres,
Mutavitque genus lævâ, quæ ignobile ferrum
Exuit, & celſo majorem æquavit honorem.

Licet reipſa jus hoc aureorum anulorum imaginem dumtaxat, non ſtatum præſtet ingenuitatis, *l. un. C. ad L. Viſcell.* unde hic libertus reverentiam adhuc Patrono præſtabit, *l. ſed ſi hos ff. de in jus voc.* unde hoc iure non perfecto ingenuitas acquirebatur.

Ut ergo de Iure Civili duplex eſt modus ingenuitatis comparandæ, ſic de Jure Canonico *Sacer Ordo* reddit ingenuum, quidquid contraſentiat Gonz. *in c. 1. de ſerv. Ord. n.* 6. nam extinguitur jus patronatus, *§. & ſi ſervus Novell. de Sanctiſſ. Epiſ. c. admittuntur 54. diſt. Caniſ. lib. 1. Tit 7. §. 5. in ſum.* De Iure aureorum anulorũ *Faer. lib. 2. ſemeſtr. c. 6. pag.* 67.

(*c*) *Quod*.

De ſervo, invito domino, ordinato

Hoc deducitur ex *c. de ſervorum 54. diſt.* quia contradicente domino, manet ſervus. Et 9
dum ſervum ordinatum dominus repetit, de-

grada-

Digitized by Google

gradatur ab Epiſcopo *Gonz. tom. 1. ad c. 2. de
ſerv. non ord. n. 10. verſ. primo caſu*. Tempus
10 autem intra quod dominus poteſt ſervum re-
petere, eſt annus, a die ſcientiæ ſecutæ ordi-
nationis, *c. ſi ſervus 54. diſt.*

Atque hic res obſervatione digna notetur;
quod licentia domini, ſive manumiſſio erat
11 quodammodo conditionata. Antecedebat quidem
ordinationem, & ſcripto dabatur, & publicè
legebatur in ambulatione, cujus formulam re-
citat *Juo 6. par. cap.* 131. Non habebat tamen
effectum niſi ſecuta ordinatione; adeoque con-
ditionem quandam includebat, *ſi enim ſervus*
non ordinabatur libertatis favore non potieba-
tur; ut obſervat *Gibal. de irreg. q. 5. prop.* 2.

[*d*] *Sin.*

Alia de ſervi ordinatione.

Hic locum habet vulgata diſtinctio; aut Epiſ-
copus in Sacris Ordinibus ordinavit ſervum (ſi-
militer ignorante domino) minimè conſcius
ſervilis conditionis, & ſtatus; & in pœnam
vicarium nempe æqivalentem ſervum, in eadem
corporis magnitudine reſtituet. Sin autem jam
erat conſcius ſubiectionis alterius dominio;
duos præſtabit ſervos, *c. ſi ſervus 19. 55. diſt.
c. ſi Epiſcopus 12. q. 2.*

Et hic ſervus, in Sacris Ordinibus per anni
ſpatium, veluti ab executione ſuſpenſus cele-
brare prohibetur *Petr. Greg. l. 13. de rep. c. 16.*
12 Ratio autem, cur ſervi geminentur ad reſtitu-
tionem obvia eſt; unus enim ſupplet dominium
amiſſum, alter ſupplet jus patronatus prære-
ptum, ob talem ordinationem.

Atque hic fallitur *Gibalinus* explicans *Text.
in c. qui aut leges* 54. in his verbis, *qui contra-
dictione praeunte non legitimè ſunt creati a ſacris
officiis repelluntur*. Exiſtimat ex his verbis infer-
13 ri, quod ſervus accepto quoque Diaconatu ſit
domino reſtituendus. Falſiſſimum. Solum infer-
tur quod per annum ab executione ordinis repel-
litur. Si enim Sacer Ordo libertatem confert,
redditque ingenuum, ut Canones docent; quid
opus eſt ſervum a gradu ſuſcepto deturbare?
Quid opus eſt ingenuum domino priſtino reſti-
tuere? *Sannig. ad Tit. de ſerv. non ord. cap.* 2.

(*e*) *Curiales.*

Qui ſint curiales ordinari prohibiti?

Curialis nomen late patet. Interdum accipiũ-
14 tur curiales pro Aulicis, & domeſticis Principis.
Et hi non modo, non removentur ab ordinibus
ſed gaudent multis privilegiis; veluti ut prędia
eorum non poſſint, ſine ſolemnitate alienari, *l.
fin. C. de præd. Decur. l.* 10. Ut habeant pro le-
gitima ſua novem uncias, licet alii filii non ha-
beant, niſi trientem, & ſemiſſem *Auth. de trient.
& ſemiſſ.* §. 1. *colum.* 3. ut fiant nobiles, *Pur-
puratus in l. 1. col. 18. ff. de Offic. ejus, cui
mand. Juriſd.* ut excuſentur ab Hoſpitiis mili-
tum *Caſſan. in cathal. 5. par. conſid. 32. & ibi
late. Annata ad Lib. 10. Cod. Tit.* 31.

Sed Curialis, in quem dirigitur Canonum pro-
hibitio ille eſt, qui obligatur ad reddenda ra-
tiocinia. Taliſque dicitur Procurator, Actor, 15
Executor, Tutor, Curator, *c. unic. de oblig. ad
rat.* quod extenditur ad omnes quoque obnoxios
cuicumque conditioni *in can. præcipimus 34. diſt.*
Ratio eſt, quia licet ad ratiocinia obligatus ac-
ceperit caracterem poſt Ordines: attamen quoad
adminiſtrationem reddendam è foro ſæculari eſ-
ſe non deſinit: inſtar ejus, qui delictum com-
miſit, dum eſſet laicus, & mox clericalem in-
duit habitum; non eſt tamen exemptus a foro 16
ſæculari ad *Text.* expreſſum in *c. ex parte 27. de
privil.* Similiter ſi aliquis citatus coram Judice
ſæculari dum eſſet laicus ad ſtatum ſe conferat
Clericalem, decipitur ſi credit fori privilegio ſe
gaudere, *c. propoſuiſti de for. comp.* Ergo etiam
poterit obligatus ad ratiocinia per ſæcularem po-
teſtatem revocari, quo caſu Eccleſia forte *infa-
matur* ut loquitur *Carthag. Concil. in d. c. un.*
nam Tutores judicio damnati infames ſunt *§. ſuſ-
pectus Inſt. de ſuſp. tut.*

Unum remedium ſuppetit Clericis ita ordi-
natis, ut per ſubſtitutum curiæ deſerviant, *l. 5.
§. cum autem C. de his qui ad Eccl. confug.* quam-
quam hoc poſſit juxta regulas civiles procede- 17
re, non tamen juxta Canones. Niſi forte Cleri-
cus rationes Eccleſiæ procuret, & tutelas miſe-
rabilium exerceat, *c. fin. 86. diſt. c. 2. diſt.* 87.

(*f*) *Viri.*

Uxoratus ordinari prohibetur.

Non enim permittitur ſimul uxorem habere,
& ſacris altaribus deſervire.

—— *Diſcedat ab Aris*

Queis tulit externa gaudia nocte Venus.

ut cecinit *Tibull. l. 2. Eleg.* 1.

Et Cythara cum Pſalterio male concordat in
converſatione uxorum *ait Text. in c. diverſis de* 18
Cler. coniug. & expreſſe prohibentur promoveri
vinculo matrimonii ligati in *c. cum decorem eod.*
Cum enim Presbyter cum Eccleſia ſpirituale
connubium contrahat; ut oſtendimus in *tit. de
Ren.* bigamia quædam oritur, *c. nuper ex. de
Bigam.* ex ratione textus *in cap. debitum de Bi-
gam.*

Nec dicatur, quod ſicut coniugato licitum
eſt ante conſummationem matrimonii intra bimeſ-
tre Religionem ingredi, *c. ex publico de converſ.
coniug.* & diſſolvitur matrimonium, & remanens
in ſæculo facultatem adipiſcitur ad ſecundas 19
nuptias convolandi, *c. verum de converſ. con. c.
diſpenſatus, c. ſcripſit §. eſſe 27. q. 2. Trid. ſeſſ.
24. c. 6. de Reform.* Ita etiam conjugato ſit per-
mittendum Sacros Ordines ſuſcipere. Nam po-
teſt affirmari, id fuiſſe conceſſum regulari ſta-
tui ex præcellentia illius ſtatus, quia eſt vincu-
lum arctius, quod tribus votis perficitur, &
vere regulares ſunt *Holocauſta in obſequium Di-
vinum oblata* cum voluntatem amittant, & 20
dominia rerum, & mortui dicantur, & ideo
donatio, quæ ſit cauſa ingreſſus religionis eſt

donatio mortis cauſa , *c. in præſentia de prob.*
nec requiritur inſinnatio , ut de mortis cauſa
donationibus Leges ſtatuunt , *l. cum de mortis*
cauſa C. de mort. cauſ. don. Tiraq. de legibus
Conn. l. 16. Gloſſ. 5. n. 72. Cæſar Manent.
Conſ. 55. n. 1. quæ omnia de Clericis affirma-
ri non poſſunt , cum & liberi maneant , & do-
mini *c. relatum , c. cum eſſes de Teſt.* & pecu-
21 lium habeant *c. 1. & tot. Tit. de pecul. Cler.*
& ideo in *Extravag. unic. de voto* Joannes Pon-
tifex ſtatuit , ex ſuſceptione ordinum ratum
matri monium non diſſolvi .

At ſunt caſus in jure expreſſi , in quibus vi-
ri , conſtante matrimonio , ad ordines recte pro-
moventur .

Primus eſt in Eeeleſia Græca frequens ; nam
qui habent uxores recte ordinantur *c. cum olim*
de Cler. coniug. Præceptum enim , & Legem
22 Syricii , ut habet idem Texts in *c. aliter 31. diſt.*
non receperunt ; cumque tempore ſuæ Ordina-
tionis interrogatr an velint continenter vivere
juramento fragilitatem comprobaverint , uſum
quoque uxorum retinent *c. Nicena 31. diſt. Gonz.*
in c. 1. de Cler. coniug. n. 4.

Secundus caſus eſt ; cum accedente conſenſu
uxoris ad ordines maritus aſcendit ; quod lici-
23 tum eſt *d. c. cum olim de Cler. coniug.* Sed
nequit amplius cum illa in eadem domo co-
habitare *Concil. Tolet. 3. c. 5.* & inſuper opor-
tet uxorem promittere continentiam *c. coniu-*
gatus de converſ. coniug. cap. 5. de cler. coniug.
Concil. Later. 3. c. veniens de converſ. coniug.

Tertius caſus eſt , cum ſequatum fuerit di-
vortium , quod licet vinculum matrimonii non
tollat , *c. quæſivit de Divort.* ſed ſeparet quoad
24 cohabitationem ; attamen vir poteſt Religionem
profiteri ; & ordinari etiam in ſacris *c. conſti-*
tutus de converſ. coniug.

[g] *Monachi*

Monachi ordinari an prohiberentur ?

Talis prohibitio conſtat ex *c. ad aures de*
tempor. Ordin. cap. nemo , cap. alia , cap. inter-
dicimus , cap. adiicimus 6. quæſt. 1. & ideo
25 primis Eccleſiæ ſæculis , ut cæteri laici de-
cimas ſolvebant ; quia ut cæteri laici a pro-
priis Parochis Sacramenta recipiebant *c. Eccle-*
ſia 16. q. 1. c. queſti eod. c. 7. de pact. Mox
fuerunt exempti , vel a Paſchaſio Pontifice , ut
videtur deduci ex *c. Decimas 16. q. 1.* vel a
Concilio Moguntino ſub Paſchaſio *can. queſti 16.*
q. 1. Certe Ordinibus initiari permiſſum fuit
a IV. Sæculo *c. Sanctorum 70. diſt. c. Monachos*
16. q. 1.

Sed quid ſignificant in *c. 6.* Concilii Calce-
donenſis hæc verba ? *Nullum abſolutè ordinari*
debere Presbyterum , aut Diaconum , nec quemli-
bet in gradu Eccleſiaſtico , niſi ſpecialiter in Ec-
cleſia civitatis , aut pago , aut monaſterio , qui
26 *ordinandus eſt , pronuncietur ?* Numquid ergo
Clericus addicendus eſt monaſterio ? Non atti-
git hunc difficultatem *Gonzal.* & tamen mere-
tur ſedulam explicationem : pendet enim intel-
ligentia ex hiſtoria Eccleſiaſtica. Obſervat Lu-
pus in *cap. 6. Concil. Calced. pag.* 540. in hoc
canone quatuor recenſeri titulos , ad quos poſ-
ſunt Epiſcopi ordinare . Primus erat *Eccleſiæ*
civitatis , nempe Cathedralis : Secundus *Eccle-* 27
ſia pagi , ſeu Parochia forenſis : Tertius eſt *Mar-*
tyrium , ſeu cappella de Epiſcopi conſenſu le-
gitimè extructa ; ut etiam nunc ad dotatas 28
capellas Clerici ordinantur . Quartus eſt *Mo-*
naſterium : ſed variis modis Clericus ordinaba-
tur ad hunc titulum monaſterii . Primo tam-
quam clericus uni monaſterio per Epiſcopum
præficiendus ; Etenim S. Auguſtinus *in regula* ,
& quibusdam Epiſtolis diſtinguit monaſterii Præ-
poſitum , & monaſterii Presbyterum . Et S. Ge-
laſius *Epiſt. 9. in literis ad Lucaniæ , Brutii ,*
& Siciliæ Epiſcopos , ait : monaſteriis Epiſcopos ,
presbyteros , & diaconos præeſſe , & *Socrat. l.*
2. *cap.* 30. ait , Marothonium Epiſcopum Nico-
medienſem dum Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ 29
ſub Macedonio Epiſcopo erant , Diaconos om-
nia virorum , & mulierum monaſteria procu-
raſſe . Secundo ad hunc titulum ordinabantur
etiam Epiſcopi . Nam Adrianus R. Pontifex
monaſterio Sancti Dionyſii confirmans bene-
ficia , ſeu privilegia a Stephano II. conceſſa ,
hæc loquitur : *Promulgamus , ut penitus liceat*
ibidem habere Epiſcopum. Tertio quis ordina-
batus ad ſolam *præfecturam Altaris* : ex quo
mire explicatur Text. *in cap. ult. de ſtat. Mo-*
nach. Ita *Simon Dunelmenſis* ait , Anno 1121.
Eccleſiæ Dunelmenſi pręter cathedrales mona-
chos fuiſſe etiam ſæculares canonicos ad regen-
da iſtorum altaria vice ſua domum redeuntes
ad facienda Divina : & Synodus *Francofortien-*
ſis cap. 27. ſtatuit , ne Abbatum Clericos quis
recipiat , aut retineat ; & ſexta Pariſienſis Sy-
nodus , ne Abbates recipiant Clericos Epiſco-
porum , & ita etiam intelligitur Text. in *cap.*
quoniam 21. de privil. Quarto poterat quis or-
dinari ad *Sacrum monaſterii miniſterium* . Ita
Hermias Sozomenus laudat *lib. 6. cap.* 28. Dioſ-
corum , & Eulogium monaſteriorum ſuorum
patres , & presbyteros . Quinto tandem poterat
quis ordinari ad *Monaſterium tamquam ſimplex*
monachus ; quod hodie eſt ordinari ad titulum
monaſticæ profeſſionis , quod conceſſum eſt a 4.
ſæculo a Concilio nempe *Calcedonenſi* , ut di-
ximus .

(h) *Quæ.*

De morum probitate ordinandorum .

Ergo perjuri , homicidæ , falſarii , uſurarii ,
fures , ſcurræ , mimi , ſcænici , ludrici , ſedi-
tioſi , ultores injuriarium , proditores , aleæ ,
atque ebrietati dediti ordinari nequeunt *c. fin.*
de temp. Ordin. c. ſi Epiſcopus diſt. 50. c. 1. diſt. 81.
c. 2. diſt. 35. c. 1. diſt. 47. c. 1. diſt. 48. c. ſi quis om-
ni 1. q. 7. tota diſt. 46. c. 2. diſt. 33. c. infames 6. q.

1. &

1. & 2. q. 7. per tot. Caniſ. in ſumm. tit. 7. §. 6.

Ut enim Zeno ſolitus erat dicere: *decorandas eſſe urbes non pretioſis ornamentis, ſed inhabi-*
30 *tantium virtutibus Stob. ſerm.* 41. ita Eccleſia: utque *Ariſtoteles eod. Stob. teſte*, de magiſtratibus dicebat oportere *virtutis ſuæ cauſa admirationi parcere*: Et Epictetus honorem gerentem comparabat facibus in portu ſublatis, quæ per mare errabundis multum auxilii ferant: & ſicuti *Plato de legib. l.* 4. cenſebat munera nemini eſſe concedenda, niſi cui cæteris, parendo legibus, in civitate præſtaret. Utque Carneades in Senatu dixiſſe fertur, neminem Conſulem, nemine Imperatorem eſſe niſi ſapientes. Hæc ſimiliter omnia de aſſumendis ad honores Eccleſiaſticos, ad gradus ordinum appoſite accomodantur. Cum enim clericus, & presbyter, debeant exemplo eſſe cæteris, debeant admonere, debeant virtutes inſinuare: quam turpe eſſet ab altero rationem vitæ depoſcere, cum ſis ipſe corrigendus, aut ſaltem cum tibi ſordes exactæ vitæ exprobari poſſint. Praclare *Cicero Orat.* 8. *in Ver. in Exordio*.. qui ſibi hoc ſumpſit ut corrigat mores aliorum, ac peccata reprehendat, quis huic ignoſcat ſi qua in re ipſe a religione Officii declinarit? Furem aliquem, aut rapacem accuſaveris? Vitanda eſt tibi, ſemperque erit omnis avaritiæ ſuſpicio. Maleficum quempiam adduxeris, aut crudelem, cavendum erit ſemper ne qua in re aſperior, aut inhumanior fuiſſe videare. Omnia quæ vindicaris in altero, tibi ipſi fugienda ſunt.

[i] *Utrumque.*

Crimino ſi ab ordinibus repelluntur.

Requiritur primo ut nota ſint crimina: II. ut inducant infamiam docet *Gibal. de irreg. c.* 5. *concl.* 6. Notorium crimen ſit vel per ſententiam Judicis quæ tranſierit in rem judicatam,
31 vel per confeſſionem rei in Judicio, vel quando factum adeo omnibus manifeſtum fuit, ut nulla tergiverſatione celari poſſit. Primæ duæ ſolent appellari notorietates juris: poſtrema facti. Neque tamen notorium facti inducitur quod per teſtes probari poſſit; quod rumores, & fama publica delictum promulget; Hæc non ſufficiunt, ut notat *Ugolinus cap.* 23. *de irreg.* §. 1. *Sayr. l.* 7. *cap.* 12. *n.* 5. multa congerit *Gonz. tom.* 2. *ad cap.* 24. *de appell.* Infamia inducitur a crimine triplici modo. I. propter quodlibet grave crimen infamia inducitur quæ
32 canonica vocatur, *c. infames* 6. *q.* 1. *c. ult.* 25. *diſt. c. quoniam* 4 *diſt.* 48. Sed hæc infamia ſola pœnitentia tollitur, nec de ea quiſquam judicari poteſt in foro exteriori, cum ſit occulta: Sed ante Ordinum ſuceptionem culpa gravi inquinatus Pœnitentiæ Sacramentum permittat neceſſe eſt, *Piaſec. in praxi par.* 1. *cap.* 1. *de conſer. ordin.* & de hac infamia in præſentia ſermo non eſt. At alia inducitur infamia, quæ facti dicitur, & rurſus alia, quæ Juris eſt. Facti infamia cum aliquis apud bonos, & graves viros exiſtimationis detrimenta patitur, vel 33
frequentatione criminum. Tales ſunt aleatores, *cap. inter dilectos de exceſſ. Prel.* Vinolenti, *cap. ante omnia, c. Eccleſia Principes* 25. *diſt.* Seditioſi, *c ſeditionarias* 46. *diſt.* Concubinarii, *c. qui in aliquo* 51. *diſt.* Convivia facientes, *cap. multi* 44. *diſt.* Mimis, & ſcænicis operam dantes, *c. Clerici de vit. & honeſt. c. maritum* 33. *diſt.* Item uſurarii, *c.* 2. *de vit. & hon.* & ſordidas artes exercentes *Clem.* 1. *eod. Tit.* Et de hac infamia facti nulla certior regula tradi poteſt; quam quod illa ſit infamia facti, quæ a mala vita naſcitur; & ita divulgatur, 34
ut non poſſit eſſe occulta. Quæ quando adeſſe dicatur omnium optimè explicat *Navarrus in repet. ad can. inter verba* 11. *q.* 3. *concluſ.* 6. & quomodo probetur docet *Maſeard. de probat. Conc.* 895. At vero infamia juris, aut irrogatur per ſententiam juſdicentis, vel protinus ipſo facto incurritur in caſibus, in quibus jure cavetur *cap.* 2. §. *porro* 3. *q.* 7. & infames ſecundum Leges, ſunt infames ſecundum Canones *cap. omnes vero* 6. *q.* 1. Sententia verò 35
juſdicentis irrogat infamiam non ſolum pronunciando aliquem criminoſum in delictis inducentibus ipſo jure infamiam; ut ſi pronunciet aliquem adulterum, *l. palam* §. *qua in adulterio ff. de rit. nuptiar.* vel uſurarium *c. infames* 3. *q.* 7. Sed etiam cum infligitur pœna inducens infamiam, *l. quod ait ff. de his qui not. infam.* ut ſi quis eiiciatur in exilium, ſi flagris, & fuſtibus cędatur, ſi publicam agere debeat penitentiam; *c. maritum* 33. *diſt.*

Sed unde deducitur utrumque requiri, & notorietatem, & infamiam ad irregularitatem inducendam? facile hoc intelligitur. Cum enim neceſſario crimen debeat eſſe notorium, ad minus ſtatim aderit infamia facti, quæ prohibet ſuſceptionem ordinum. *Gibal. prop.* 2. *cap.* 5. *de irregul. c. omnes infames* 2. *q.* 1. *c. qui in aliquo* 51. *diſt. Garcias* 7. *p. c.* 8. *n.* 64. Atque per hanc infamiam, & notorietatem induci irregularitatem docet *Laym. lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 5. *c.* 4. *n.* 2.

(k) *Tametſi.*

Homicidæ ordinari non poſſunt.

Hoc diſertè affirmat *Gibalin. tom. conſect. un. cap.* 5 Quod autem occulti homicidæ ſubmoveantur ab ordinibus patet ex *Trid. ſeſſ.* 24. *c.* 7. *de* 36
Reform. Quod extenditur etiam ad mandantem homicidium, *c. ſicut dignum* §. *Clericos de homic. fin. eod. Tit. in* 6. At circa mutilationem conſulentes, dubium eſt, an fiant irregulares? Et quia in jure expreſſa irregularitas non reperitur; putat hanc non extendi ad mutila- 37
tionem *Gibal. de irreg. cap.* 4. 3; *prop.* ſimiliter dubitari ſolet, an qui ſævit in cadaver inimici, & illud obtruncat, fiat irregularis? Et quia ſævities illa non eſt revera homicidium, eximitur hic ab irregularitate, *Felin. in c. ſicut de homic.* Et rurſus diſputatur an qui proximum

mum non defendit, dum poteſt, ſecuta occiſiio-
ne, fiat irregularis? & hoc quoque caſu locum
38 non habet irregularitas, idem *Gibalin. part. 1.
reg. un. c. 4.* ſed quid, ſi dentes excutiantur la-
bia mordeantur, capilli evellantur? Numquid
in hoc ſaltem caſu irregularitatis impedimentum
39 orietur? Sed cum requiratur, aut occiſio, aut
ſaltem membri mutilatio ad hanc irregularita-
tem: hæ omnes partes rationem membri non ob-
tinent, ideo impedimentum irregularitatis mi-
nimè conſurgit, idem *Gibalin. confect. 16. c. 4.
pag.* 157. Hic non ceſſant difficultates. Si com-
mittatur homicidium caſuale, & prorſus invo-
luntarium, numquid naſcitur irregularitas? Ne-
40 quaquam oriri definitum eſt *in cap. lator de
homic.* Sed nec infans dormiens, ebrius, furio-
ſus, ut eſt *in Clem. un. de homic.* pęnam irre-
gularitatis ſubeunt, ubi mutilent, vel occidant.

Nec omittenda alia celebris quæſtio: An me-
dicus, chirurgus, aliique curam ſuſcipientes
ægroti ſive per aduſtionem, ſive per inciſio-
nem, ſive alia ratione curent, incidant in ir-
regularitatem? Sed cum homicidium inculpa-
41 bile non producat irregularitatem ſane ſi ſine
culpa medentis pereat ægrotus, non oritur irre-
gularitas, *c. tua nos .x. de homic.* Etiamſi mem-
brum abſcindatur a chirurgo. Quamvis longe
aliter ſe res habeat in Clerico *Gibalin. c. 4. con-
fect. 11. pag.* 101. quid ſi abſcindat, aduratque?
42 Irregularitatem non evitat. An verò Clericis in-
terdicta ſit medicina, & chirurgia abſque
irregularitatis periculo, diſputatur ſimiliter
43 apud noſtros? ſed certe prohibitum non eſt
exercitium hujus artis ob irregularitatem, ſed
ob indecentiam, aut periculum *Covarr. in Clem.
de hom. 2. p. §. 4. n. 1.* Imò Greg. XIII. So-
cietati Jeſu id conceſſit. Et in *c. Sententiam
ne Cleric. vel Mon.* ſolum ordinatis ad majo-
res gradus combuſtionis, & inciſionis uſus
prohibetur. Supereſt duplex alia inſpectio.
Prima de homicidio in bello commiſſo: Se-
cunda de Judice ſcribente ſanguinis ſententiam.
Qui mutilant, vel occidunt in bello aggreſ-
ſivo licet juſto, irregulares ſunt: ex defectu
44 charitatis, *c. petitio de homic.* Sed nihilominus
poſſunt Clerici ſuadere bellum juſtum, quod
factum ab Adriano, Paulo I. Leone IV. qui
ſæpius Francos impulerunt adverſus Saracenos,
Longobardos, alioſque Eccleſiæ hoſtes, *c. igitur
23. q. 8.* Deinde Clerici qui dominium tempo-
45 rale potiuntur poſſunt indicere bellum, & Du-
cem præficere, *c. Epiſcopus ne Cler. vel Mon.
in 6.* Quod vero attinet ad Judicem non eſt
dubium hunc ſcribentem ſententiam ſanguinis
ſecuta morte fieri irregularem, *c. fin. ne Cler.
46 vel Mon. in 6.* Sed tamen Clerici habentes tem-
porale dominium evitant irregularitatem, dum
cauſas criminales judici committunt, *c. fin. ne
Cler. vel Mon. in 6.* Et tandem ſpectantes
reorum ſupplicia niſi ſua præſentia auctorita-
tem, & auxilium præſtent lictoribus, non fiunt
irregulares *Gibalin. diff. 18. cap. 4. de irreg.*

Hæc omnia dicta de homicidio comprehen-
dunt, & voluntarium, & involuntarium ho-
micidium. Sed nunc dum aſſerimus homici-
dium occultum inducere irregularitatem de
voluntario intelligimus *Gibalin. confect. 7. q. 7.
pag.* 257.

Atque huic ſimilis eſt iteratio Baptiſmi quę,
& miniſtrum & baptizatum, etiamſi occul- 47
tum fuerit crimen irregulares conſtituit, *c. pla-
cuit, c. qui apud 1. q. 4.*

Nec minus, & ſuſceptio Ordinum, poſt con-
tractum Matrimonium invehit irregularitatem,
ex novo jure Extravagantium, *c. antiqua de vot.* 48

Deinde autem Clericus, qui uſurpat Ordi-
nem, eumque exercet fit irrregularis, *c. 1. &
2. de Cler. non ord. miniſ.* 49

Tandem violatio cenſuræ in exercitio illius
Ordinis irregularem reddit, *cap. 1. cap. is qui,
cap. is, cui de ſent. Excom. in 6.* de excommu- 50
nicatione majori extat *cap. ſi quis Epiſcopus 11.
quæſt. 3.* & de aliis cenſuris *in cap. 1. de re
jud. in 6. cap. 1. cap. is qui, cap. cui de ſent.
Excomm. in 6.* Sed tamen apud antiquos Cano-
nes non erat irregularis niſi ille, qui Excom-
municationis vinculo innodatus in ſacris Ordi-
nibus miniſtraſſet *Gloſſ. in cap. 1. de Sent. Ex-
comm. in 6.*

Hæc itaque delicta ſuos auctores reddunt ir-
regulares; ubi etiam notorium crimen non fue-
rit *Gibalin. confect. un. c. 5. de irreg.*

[I] *Illegitimi.*

Illegitimi ordinari non poſſunt.

Hoc definitum eſt in *cap. 1. de fil. presb. c.
pervenerat. qui fil. ſint legit. Concil. Trid. ſeſſ.
23. cap. 20.* Neque eſt admittenda opinio Caſ-
tri, *l. 2. de lege pænali, c. ult. col. 3.* aſſirman-
tis occultum illegitimum poſſe ordinari. Neque
eſt ad ordines promovendus ille, qui fuerit or-
tus ex matrimonio licito ſecundum Jus Civile,
ſecundum Canones vero prohibito, *c. per vene-* 51
rabilem .x. qui fil. ſint legit. Rationes autem
cur illegitimi excluduntur ab ordinibus obviæ
ſunt; Nam quorum natales, vel a patre, vel
a matre aliquid vitii habent, eos per omnem
vitam opprobria comitantur: ac ſapienter dictum
a *Poeta Euripide.*

Niſi fundamenta ſtirpis jacta ſint probè.
Miſeros neceſſe eſt eſſe deinceps poſteros.
Plut. de lib. educ.

Nam mali parentes malos generant filios *c. ſi
gens 56. diſt.* Quin etiam olim tales filios naſ- 52
ci Eccleſiæ ſervos conſtat *ex c. cum multa 15.
q. 8.* ibi in *ſervitute in Eccleſia Jure perenni ma-
nebant, ut parentes impuniti non abirent.* Un-
de licet inveniamus plerumque ad honores il-
legitimos fuiſſe vocatos: nam Timotheus Dux
Athenienſium ſcorti filius fuit *Athan. l. 13. c.*
13 Lavirifius M. Longobardorum Rex, matre
meretrice natus erat *Fulgoſ. l. 3. cap. 4.* & Elio-

gabalus

gabalus *Varius* dictus, quaſi incerto Patre natus, *Lamprid. &c.* Attamen ſæpius etiam ab honoribus publicisque muneribus *Spurii* removebantur, & celebre eſt de hac re Delphicum
53 Oraculum prolatum in contentione inter Ageſilaum fratrem Regis Agidis Claudum, & inter *Leotiſchidem* filium ſpurium uxoris Regis Agidis. Mortuo Agide nata eſt contentio de regno ſpartano inter Ageſilaum, & Leotyſchidem; Oraculum vero Delphicum tale fuit.

Sparta cave, quamvis ſte maxima gloria tollat.
Veh tibi ne claudus recti cruris noceat rex.

Hæc Leotyſchides, in Ageſilaum claudum dixiſſe contendebat Oraculum. At Ageſilaus retorquebat in Leotyſchidem ſpurium *Athen. l.* 12. *c.* 16. *Vicit* Ageſilaus Imperioque indignus ſpurius ille filius Alcibiadis declaratus eſt.

Placet tamen hic novam excitare Contro-
54 verſiam, **an Legitimatus deſinat eſſe Irregularis?** Hac enim occaſione **plurima** de modis legitimandi explicabuntur.

Omiſſo inutili verborum circuitu ſic ſtatuendum eſt. *Legitimati* per modos a Jure Canonico expreſſos, atque decretos poſſunt ordinari cum deſinat eſſe Irregulares. At *Legitimati* a Principe Sæculari Irregulares eſſe non deſinunt ita obiter *Gibal. conſ.* 5. *de Irreg. cap.* 6. *prop. un.* Sed vere, & omnino ad mentem **Canonum**.

Explicabitur ante omnia Sententia noſtra: deinde ad argumenta deſcendemus.

Plures ſunt modi a Jure Canonico præſcripti **ad legitimandum**. Primus eſt per *Religionis ingreſſum*. Religio detergit maculas ait *Juſt. in*
55 *Novell.* 5. & ſtatutum eſt in *c.* 1. *de fil. præsb.* et quamvis Sixtus V. in motu proprio reddiderit illegitimos inhabiles, ad Religionis ingreſſum, vetuſque Jus antiquarit, eam tamen Conſtitutionem Gregor. XIV. ann. 1591. ad terminos Juris communis reduxit, et ratio cur legitimet profeſſio hæc eſt, quia in religione periculum ceſſat, ut filius paternam imitetur incontinentiam, propter
56 quam ab Ordinibus arcebatur *c. per literas* 14. *de fil. præsb.*

Alter modus legitimandi eſt per ſubſequens Matrimonium *c. tanta .x. qui fil. ſint legit. Auth. de trient. & ſemiſ. coll.* 3. Nec intereſt, quod Matrimonium in articulo mortis celebretur quo tempore ſpes prolis ſuſcipiendę concidit, quippe etiam inter impotentes Matrimonium recte, et valide celebratur *c.* 1. *de frig.* Nec etiam refert Matrimonium morte diſſolvi *c. fin. de ſec. nupt.* nam Matrimonium non cenſetur in tempus mortis, ſed tempore mortis perficitur quæ duo diverſa ſunt; Ita libertas ſervo dari non poteſt cum moritur, morienti tamen recte datur *l.* I. *§. ſumus C. de Lat. libert.*

Tertius modus eſt per diſpenſationem in radice Matrimonii. Cum enim Lex Eccleſiaſtica prohi-
57 buerit Matrimonium valide contrahi, ſi nihilominus contractum ſit, et liberi ſuſcepti; unum remedium ſuppetit, ut Pontifex radicem prohibitionis tollat, Prohibitionem legis amoveat, dicam paucis, ut Pontifex diſpenſet; et in radice diſpenſatum dicitur. Et operatur hęc diſpenſatio, ut actus retrotrahitur ad tempus contracti Matrimonii, et perinde ſit ac ſi initio Pontifex diſpenſet, et in radice diſpenſatum dicitur, et ſicuti ab initio filii nati eſſent legitimi, ita ex hac fictione, ex hac diſpenſatione filii, ut legitimi reputantur, redditur ergo filius ad primævum ſtatum, ut legitime natus credatur, quod probatur ex *c. per venerabilem .x. qui fil. ſint legit. Sanchez. l.* 8. *de Matr. diſc.* 7. *&* 8.

Quartus modus eſt diſpenſatio conſueta, qua aliquis redditur habilis ad gradus Eccleſiaſticos. nam quamvis illegitimus ad minores Ordines tan-
tum, et ſimplex beneficium diſpenſari queat ab 58
Epiſcopo *c.* 1. *de fil. præsb. in* 6. attamen ad reliquos Ordines Sedis Apoſtolicæ diſpenſatio requiritur.

Modi a Jure Civili præſcripti ſunt.

Primo reſcriptum Principis *c. illud tamen* 9. *diſt. Novell.* 89. quæ facultas interdum eſt ex privilegio apud alias perſonas *l.* 1. *§. qui mandatum, l. & ſi Prætor ff. de Offic. ejus, cui mand. eſt Juriſd.*

Secundo cum filius offertur Curiæ *§. quibus connumerari Inſt. de hered. quæ ab inteſt. def.* quem etiam quidam accipiunt de Curia Principis, vel Imperatoris, ſed hoc non eſt uſu receptum, ut oblatus Curiæ fiat legitimus, Text. autem in-
telligitur de filiis oblatis ad munus *Decurionis* ex- 59
cipiendum, quod munus pariter exolevit. Olim namque Romani in Imperiis Orientalibus Curiam habebant, in qua adinſtar Senatorum erant quidam Primates, qui tributa debebant exigere, et ſi quid deeſſet ab eis exigebatur *l.* 1. *C. Theod. de privil. Rom. Aug.* et ideo pauci inveniebantur qui vellent hanc dignitatem. Utque allicerentur homines, in præmii ſuis filiis ſpuriis oblatis Curiæ, Imperatores Beneficium legitimitatis indulgebant, ut explicant omnes.

Nunc his modis pręmiſſis: ſi quærimus quis filius legitimatus Ordinibus ſuſcipiendis idoneus judicetur, verius cenſendum, ſolum legitimatum per modos expreſſos a Jure Canonico Irregularem non cenſeri.

Probatur I. Quia cum legitimatio ſit Diſpenſationis genus arg. *Textus in §. ult. Auth. quibus mod. naturales efficiantur ſui, Ludov. a. Sardis in Tract. de Legitim.* 7. *parte quæſt.* 1. Ex ſui Natura, arida, arcta, odioſa eſt, et minime extendenda; Ita reſcripta odioſa ſunt, et ſtricte interpretanda *c. cauſam* 16. *cap. prudentiam, de off. deleg. cap. ad aures* 8. *cap. ad hæc* 10. *cap. paſtoralis, cap. ſedes de reſcriptis l.* 2. *C. de diverſ. reſcript.* ergo etſi ad unum effectum prodeſſe valeat Diſpenſatio Principis Secularis, quoad reſtitutionem natalium; non tamen operatur quidquam, quoad ſpiritualia, et illis annexa ut inferunt *Paetus Jordan. Lucub. Vol.* 2. *L.* 10. *T.* 18. *n.* 65. *Mangillus de Imp. quæſt.* 85. *n.* 9. *Peregrin. de Fideic. art.* 23. *n.* 11.

Digitized by Google

Giovagn. Conſil. 37. *l.* 2. *Rota P.* 2. *Rec. deciſ.* 41. *per tot.*

Probatur II. *Ex Can. lege* 10. *diſt. juncta Gloſſa in verbo diviſis, in fine.*

Probatur III. Quia, ſi de Jure ipſo Canonico, legitimatus ad unum effectum, non cenſetur quoad alium effectum legitimatus, ut eſt expreſſum exemplum, *in cap.* 1. *de Fil. Presbit. in* 6. Et pariter confirmat exemplum Relligionis. Nam etſi Relligio ſpurium reddat legitimum quoad Ordines, non tamen quoad Prælaturas obtinendas, quia Paſcalis S. P. in Concilio Pictavenſi Dignitates hujuſmodi apertis verbis excipit, teſte *Gibalino ubi ſuprà*. Ergo multo minus legitimatus, quoad effectus in Jure Civili conſideratos, cenſendus erit legitimatus, quoad ſpiritualia.

Probatur IV. Quia a Jure Canonico, non magna habetur Ratio modorum quibus ad legitimandum utitur Jus Civile, Ecce, Jus Civile ultra Matrimonium ſubſequens requirit neceſſario ad effectum legitimitatis, etiam Dotalium inſtrumentorum conſcriptionem *l. nuper C. de Natu. Lib. §. fin. Inſt. de Nup. Novell.* 12 *cap.* 4. *Novell.* 18. *cap.* 11. At de Jure Canonico, ad legitimationem, iſtas Tabulas, et inſtrumenta
60 Dotalia non requiri, communior traditio eſt, *per cap. tanta* 6. *x. qui filii ſint legitimi*, *notat Sarment. l.* 1. *Selectt. cap.* 5. *n.* 8. *Covar. de Sponſ. par.* 2. *cap.* 8. §. 2. *n.* 8. Ergo videtur inferendum ſolam legitimationem juxta formam Juris Civilis non ſufficere.

Probatur V. Quia legitimandi Jus atque poteſtas, eſt Juriſdictionis propria, *Auth. quib. mod. nat. effic. ſui, §. illud.* Atqui Secularis Princeps reſtituendi Natalibus Juriſdictionem niſi er-
61 ga ſuos ſubditos exercere non poteſt. *cap. per venerabilem §. inſuper x. qui filii ſint leg.* quem textum extollit *Covar. de Sponſ. p.* 2. *cap* 8. §. 8. *n.* 18. Pluribus argumentis uti vix eſt neceſſarium. Jam tempus audiendi adverſarios.

SOLVUNTUR OBJECTIONES.

Obiicitur I. Legitimatio, eſt actus voluntariæ Juriſdictionis. Porrò actus Juriſdictionis voluntariæ poſſunt etiam extra Territorium exerceri *l.* 1. *C. de Emanc. lib. l.* 2. *ff. de Off. Proconſ.* Ergo inferre licet quod legitimatus a Principe Seculari, ſi poſtea fiat Clericus, etiam quoad Spiritualia legitimus habendus eſt, nam hic actus voluntariæ Juriſdictionis comprehendit caſum in quo aliquis ſubditus non ſit; extenditur ad eos qui de territorio non ſunt.

Reſpondetur, Actus Juriſdictionis voluntariæ,
62 extra territorium exerceri quidem poſſe, ſed inter ſubditos, vel inter eos, qui proprio conſenſu poſſunt prorogare Juriſdictionem, aut quoad Bona intra territorium ejuſdem exiſtentia *cap. nevit x. de Off. leg.*

Obiicitur II. Modi legitimandi a Jure Civili Introducti, ſunt etiam ſecundum Jus Eccleſiaſticum cuſtodiendi; Nam in *cap. innotuit de elect. & el. pot.* ſcriptum eſt, legitimatos per ſubſequens Matrimonium, non tamen adhuc redditos eſſe habiles, ad culmen dignitatis Eccleſiaſticæ aſcendendum.

Sed Reſpondendũ, ex obſervatione Gonzales ſpeciale eſſe, ut non evaneſcat impedimentum quoad Dignitatem Epiſcopalem obtinendam, tamet- 63
ſi legitimatio per ſubſequens Matrimonium ſequta fuerit, *cap. cum in cunctis de elect. can. Cenomanenſi* 56. *diſt.*

Non tamen inferre licet, id eveniſſe quia ex .g. Dotalium inſtrumentorum conſcriptio ſequta non fuerat quaſi verò Jus Civile legitimationes omnes moderari, et regere debeat.

Obiicitur III. Si dùm Princeps Secularis, aliquem reſcripto ſuo reſtituit Natalibus, non erit ſequta legitimatio etiam quoad Eccleſiaſticos Effectus, Abſurdum ſequetur; Nam aliquis erit legitimus, et illegitimus.

Sed hæc non refragantur. Nam accidere poteſt, ut quis ad certos actus reputetur legitimus, attamen ad alios actus inhabilis adhuc remaneat. lege obſecro Textum *in c.* 1. *de Filiis Presb. in* 6. ibi videbis, legitimatum quoad minores gradus, adhuc eſſe irregularem quoad gradus, ordineſque majores.

Obiicitur IV. Textus in *can. Dominus noſter, diſt.* 57. Nam generatim docet; natos ex commiſtionibus adulterinis, etiam abſque alia diſpenſatione ad altaris miniſterium admitti; Cur ergo excludendus a Clericatu ille, qui quantum fieri potuit legitimatus fuit ſecundum Formam Juris Civilis?

Paucis mentem textus aperiam; Si Filius ſpurius legitimè nuptias contrahat; Si ex hoc Matrimonio ſibi naſcantur; Planè ſtipite primævaque origine attenta, filii hujuſmodi ex illicitis commixtionibus deſcendiſſe videntur; At re ipſa nec ſpurii, nec illegitimi ſunt. Unde ad rem non facit ille textus.

Obiicitur V. Manumiſſus Servus ex modis inductis a Jure Civili, ſimiliter adoptatus filius ex forma adoptionis a legibus introducta, cenſentur manumiſſi, et adoptati etiam de Jure Canonico, quoad omnes effectus *cap. de Servorum, & Toto Titulo x. de ſervis non ordin. cap.* 1. *& toto T. de cogn. Leg.* ergo eodem pacto diſſerendum de legitimatione peracta a Principe.

Sed Reſpondetur, quod Servus manumiſſus, non tamen adhuc perfectè liber eſt, quoad effectus Juris Canonici. Quia ſi operas debet Patrono, ordinari non valet, *can. Clericus* 54. *diſt. & can. quicumque ib.* Adoptionis verò exemplum, vix ad ullum Juris Can. effectum pertinet, unde in contrarium non urget.

Obiicitur VI. Si Pontifex legitimet ſpurium, quoad dignitatem, intelligitur idem legitimatus quoad hæreditatem *cap. per venerabilem x. qui filii ſint leg.* Cur ergo ſi Princeps reſcripto ſuo aliquem legitimet, non erit legitimatus quoad ſpiritualia?

Reſ-

Digitized by Google

Reſpondetur ex hoc Juris noſtri Principio.
Quod Eccleſiaſticus Judex, quoad Temporalem
64 incidentiam eſt incompetens, non incapax. Ju-
dex verò Secularis, quoad incidentiam Spiri-
tualem eſt incapax, et incompetens. Qui in-
capax eſt nullo caſu fieri poteſt competens.
Jam vero, et ſi Cauſa legitimationis poſtula-
ta a Seculari Poteſtate ſit temporalis cauſa,
incapax tamen eſt iſta Poteſtas quoad Spiritua-
les effectus incidentes. Et ideò legitimatus a
Poteſtate Seculari non eſt omninò liber ab im-
pedimento.

[*m*) *Bigami*.

Gameti græce ſignificat uxorem. Qui unam
accepit *Monogamus*, qui duas *Bigamus* dicitur.
Triplex Bigamia: Prima eſt vera Bigamia, cum
65 quis ſecundas contraxit nuptias *c. deinde*, *c. qui
ſine* 2. *diſt.* Secunda eſt Bigamia interpretativa,
cum quis unicam duxerit, ſed viduam, jam-
66 que a primo marito cognitam *c. ſi quis viduam
diſt.* 34. *c. quis quis* 84. *diſt.* An vero inter-
pretativæ Bigamiæ ſpecies ſit, cum maritus ſu-
am cognoſcit uxorem jam detectam adulteram,
non levis diſputatio eſt, apud *Gibalin. c.* 3. *de*
67 *Irreg.* 3. *part. propoſ.* Sed recte idem Interpres,
maritum eſſe quidem Irregularem, ſed non ex
Bigamia, ſed ex infamia ſtatuit, & defendit;
Nam *Text.* qui in oppoſitum adducitur *in c. ſi
cujus* 34. *diſt* potius hanc opinionem, cui adhæ-
ret, confirmat; nam in *d. c.* evidens, & pro-
batum adulterium poſtulatur, & requiritur, ut
Clericus, cujus uxor adulteravit, abſtineat a
Sacris Miniſteriis, & idem aſſeritur in *c. ſi layci
eadem diſt.* At vero ad hanc Irregularitatē inducē-
dam nihil attinet evidentia criminis. Nam hæc
Irregularitas eſſet ex defectu ſignificationis uni-
tatis illius, quæ eſt inter Chriſtum, & Eccle-
ſiam, in qua ſignificatione vitium induceretur
etiamſi adulterium eſſet occultum. Præterea, &
ratio occurrit quia in tantum Interpretativa
Bigamia aſſurgit accipiendo viduam, quia illa
ſuam carnem vere, & legitime alteri diviſit tra-
dita ſui corporis plena Poteſtate: at in Adulte-
rio uxoris hoc non contingit, alioqnin etiam ma-
ritus adulter, erit Irregularis, quod nemo dixerit.

Tertia Bigamiæ ſpecies eſt *Similitudinaria*, *c.
quot quot.* 27. *q.* 1. In græco Textu Ancyrani
Concilii ponitur prævaricati, & non prævaricatæ.
Conſurgit hæc Irregularitas cum Spirituali Ma-
trimonio ligatus, aliud carnale attentat, ac per-
68 ficit. Reipſa tamen hæc vera Bigamia non eſt.
An vero id in Clericis verificetur, an etiam in
Religioſis, difficile eſt ad deliberandum. Verius
eſt neutrum eſſe Bigamum, cum id numquam
ex Ancyrano Capitulo deduci queat, ut probat
Gibalin. n. 95. licet uterque violans Caſtitatem
impunitus non ſit abiturus. Ille ſuſpenditur *c.
ſane Sacerdotes de Cler. conjug. c* 9. *qui Cle-
rici vel vou.* Illi a Sacris pariter arcentur *Aure-
lian.* 1. *c.* 23. his verbis. *Monachus in Mona-
ſterio converſus ſi pellici poſtea, vel uxori fue-
rit ſociatus tanta prævaricationis reus numquam
Eccleſiaſtici gradus officium ſortiatur*.

Cur vero ex Bigamia oritur Irregularitas, &
quæ ſit cauſa, & ratio facile oſtenditur. Omnis 69
ratio provenit ex defectu ſignificationis Sacra-
menti, ut indicant plures Canones *ſub diſt.* 82.
Nam cum miniſtrare nequeat Sacramenta qui in
Sacramentis perfectionem perdidit, ut loquitur
Text. in c. qui perfectionem 1. *q.* 1. Certe qui
eſt Bigamus in ſignificatione Sacramenti defecit:
Matrimonium enim debet ſignificare unum Chri-
ſtum, unamque Eccleſiam.

(*n*) *Mulieris*.

Cur mulieres ab Ordinibus arceantur ratio
traditur in *c. mulier* 33. *q.* 5. *quia prævarica-
tio per illam incboata eſt in mundo.* Ulterius
quoque ne Virgini quidem Redemptoris Matri,
concesſa fuit ſpiritualium facultas. Text. ele- 70
gans *in c. nova de Pæn.* Debent enim in Offi-
ciis, & functionibus quibuſcumque a viris ſe-
parari; Quare mulieres olim ad Templum ac-
cedentes habebant Portas, & loca Orationis ſe-
juncta a viris *Spondan anno* 114. *n.* 81. & ex
traditione Apoſtolica velato capite in Eccleſiam
ingredi debebant, ut aſſerit *Tertull. de Veland.
Virg. cap.* 2.

Sed inventi ſunt Pepulziani Hæretici a *Pe-
pulza Vico Phrygiæ*, quem & *Jeruſalem* vocari
teſtatur *Apollonius apud Euſebium* 5. *Hiſt.* 17.
qui Hæretici, ſuos Epiſcopos, & Presbyteros 71
habebant fæminas *Spond. ann.* 133. *n.* 11. Idem-
que de Hæreticis *Tatianis* affirmat *anno* 174.
n. 4. Inventi quoque ſunt *Collirydiani* qui S.
Virginem, ut Deum colerent, Collyridemque
ſive Placentam illi ſacrificantes offerrent, Sacra
ipſa per mulieres celebrantes *Epyph. hæreſ.* 77. 78.

Accedit, & proxima ratio talis prohibitionis;
quia videlicet ſunt mulieres ſuſpectæ lapſus.
Hinc Theophilactus, & Decimenius docent,
quod vir, qui ſe ab Hereticis ſeduci permittit
non vir, ſed fæmina eſt. Hieronymus ſcribens
ad *Cteſiphontem*, ſerio obſervat, occaſione mu-
lierum eſſe natas hæreſes; *Ariſtot.* dixit *debile* 72
*Conſilium mulierum, ideoque ab ejs regi Ci-
vitates non poſſe ad evitandas Calamitates.
quæ regimen fæmineum conſequuntur*, apud Græ-
cos talis verſus circumfertur.

*Anus incontinne ſaltans magnum
Pulverem excitat.*

[*o*] *Pænitentes*.

Duplex Pænitentia, alia ſolemnis, alia Pu-
blica, & inter ſe invicem diſtinguntur Solem-
nis jam abiit in deſuetudinem *Gibalin. c.* 4.
de Irreg. conſ. 9 & illa eſt, quæ olim in ca- 73
pite Quadrageſimæ certis ſervatis ritibus fieri
ſolebat, cujus meminit Text. *in c. in capite*

50. *diſt.*

50. *diſt.* Cujus tamen imaginem quamdam ad-
huc ſervant Saxones in Urbe Alberſtadienſi,
ſiquidem in eo Templo, quod Virgini Marri
74 Sacratum eſt ſingulis annis ex plebe eligitur
aliquis, quem ferali, & pulla veſte obvoluto
capite, cineralium die, in Templo ſtatuunt,
& peractis Sacris eiiciunt, donec per 40. dies
per urbis compita erraverit; interim ædes ſacras
ingredi prohibetur, & tandem die Jovis Heb-
domadæ ſanctæ ad Templum reducitur, & ab-
ſolvitur, & *Adamum* hunc vocant *Covar. lib.
2. var. c. 10. Volater. de Geogr. l. 7.*

Publica Pęnitentia abſque ſolemnitate, publice
fit ex Epiſcopi, vel Sacerdotis mandato, ubi
peccatum publicè commiſſum fuerit *c. 1. de
Pænit.* ut eſt peregrinatio cum certis veſtibus.
verberatio &c. & publica dicitur quia peccati
quamdam continet revelationem.

Quod attinet ad Irregularitatem. Olim Pęni-
tens ſolemnis erat Irregularis *Gibalin. ubi ſu-
pra.* Incurritur tamen etiam ex publica *Bonac.
diſp. 3. q. 3. punct.* 3. ſed ſolemnis Pænitentia
75 ultra Irregularitatem infamiam quoque adjun-
ctam habebit.

[p] *Deformis.*

In facie Dignitas hominis elucet, omneſque
ſenſus in illuſtri ſede locati ſpectabiles ſe fa-
ciunt, & eleganter *Plutarchus* pulcritudinem
76 ita definit. *Opus eſt Anima gratificantis corpori
decus forma.* Pythagoras, Iſocrates, & Plato
in gymnaſium deformes non admittebant, Lex
Moyſis arcebata Sacris *Levit. c.* 21. Et Eccle-
ſia deformes Irregulares declarat. Quinetiam
veteres inauſpicatiſſimum omen cenſebant oc-
curſus Perſonæ deformis. Nam et Imperator
Hadrianus ex Mauri occurſu ingruere ſibi ex-
trema concepit, quo ſpectaſſe videtur *Juvenalis.
Et cui per mediam nobis occurrere noctem* Ca-
lius Rod. l. 24. cap. 9. A. L.

Et Lycurgi lege deformis puer in loca vaſta,
atque prærupta exponitur *Alex. ab Alex. l. 2.
c.* 25.

Hæc porrò faciei deformitas, ut inducat Ir-
regularitatem debet eſſe inſignis: non tamen
quoad colorem ſive album, ſive croceum, ſive
furfure infectum, de quo *Plin. l.* 36. Sic etiam
Aethiopes notabiliter deformes cenſentur neque
Irregulares *Majol. l. 4. c.* 21. Ergo deformes
inſigniter reddunt, notæ in facie, & Cicatri-
ces offendentes ſpectantium oculos, etiam ſine
culpa contractæ *Gibalin. c. 3. Conſ. 2 de Irreg.*
77 Os etiam turpiter diſtortum, labra corroſa,
aut abſciſſa, ut vix dentes operiant, denaſati,
defectus auriculæ, quos caſus expēdit fusè *Gi-
bal.* albuginem habentes in oculo *c. hunc etenim
49. diſt.* ſunt Irregulares.

Cognita Irregularitate ab Epiſcopo, non po-
teſt deformis ordinari ad majores ſine Pontifi-
cia diſpenſatione. Ad minores, & ad ſimplex
beneficium rectè Epiſcopus diſpenſat, *Praſec.
de diſp. p. 1. c. 1.*

(q) *Mutilati.*

Hujus generis ſunt qui carent pollice, at ca-
rens digito aliquo, aut ungnibus Irregularita-
tem non incurrit *c. fin. de fil. presbyt.* & ſimi- 78
liter mutilati dicuntur, qui altero pede carent
aut qui pede ligneo opus habent. Quid verò
dicendum de Eunuchis? *Thlibias*, & *Thlaſias*
ab Ordinibus non removeri docet *Gibal.* neque
ſpadones ex *c. 21. Apoſt. & c. 1. Nican.* C. Ca-
ſtrati quoque quibus invitis ferro, aliaque ra-
tione exſecta ſunt virilia ad Ordines promo-
veri poſſunt *c. ſi quis medicis diſt.* 55. At qui
abſque juſta cauſa Eunuchus fieri voluit Irre-
gularis eſt, & hunc Apoſtoli *c. 22. 23. & 24.*
a communione fidelium ſegregarunt: quia hoc
eſt ſęvire in ſe ipſum: unde hos vocant ſui 79
homicidas. Et hęreſis fuit dicentium, quod niſi
quis Eunuchus fuerit non poteſt æterna præ-
mia conſequi *Epiph. hæreſ.* 58.

Ex ipſa autem ſignificatione *Thiblia*, & *Thla-
ſia*, ratio diſcriminis inter hos, & illos agnoſci-
tur. Nam *Thlibia*, & *Tlaſia* ſunt qui ab infantia 80
virilia amiſerunt, quod a parentibus expreſſa, aut
inutilia ſunt reddita per contuſionē, aut cōpreſſio-
nem. Emaſculati vero per *caſtrum* ferri
genus a Perſis inventum ob neceſſitatem, nul-
lam ſimiliter culpam, aut reprehenſionem in-
currunt, ideoque nec pęnam Irregularitatis,
ut differit *Gibalin.* Hinc Candacis Rœginæ Eu-
nuchum ab ipſis Apoſtolis factum Epiſcopum
conſtans eſt ſententia PP. Et Melitonem Sar- 81
denſem Epiſcopum tamquam in ſpiritu S. Eu-
nuchum laudat plurimum Polycrates Epheſio-
rum Epiſcopus *in literis ad Victorem Pontificem*
relatis *a B. Hieronymo* in *Catal. viror. illuſtr.*
Et Euſebius commendat Dorotheum Eunuchum
natum Presbyterum Eccleſiæ. *l. 7. cap.* 28.
At cum adſcribi poteſt culpæ eviratio, exclu-
ditur Eunuchus ab Ordinibus, & merito unde
Valer. Max l. 7. c. 7. refert Benutium quem-
dam, qui ſibi genitalia amputaverat tamquam
obſcænam perſonam habitum fuiſſe, & indi-
gnum, qui aliquid ex Teſtamento caperet. Ele-
ganter Claud. *Adde quod Eunuchus nulla pie-
tate movetur. Nec generi, natiſque cavet.*

[r] *Impediti natura.*

Hujus generis eſt ſurdus. Si caret omnino
ſenſu audiendi Irregularis eſt: at ſurdaſter, qui 82
difficile audit non erit Irregularis *Filliuc. tract.
19. n.* 169. Sed erit tamen Irregularis *mutus*,
ſive lingua careat, ſive non; *Bleſus* quoque
qui patitur difficultatem ad pronuncianda verba
erit Irregularis judicio Epiſcopi *Sayr. Claudus*
qui ſine Baculo incedere non poteſt non ordi-
natur *c. ſi quis 55. diſt. Delirus, & furore
percitus*, abſtinere debet ab Ordinatione *c. qua-
rum 7. q. 1. Monoculus* etiam non ordinatur ſi 83

tamen

tamen remanſerit ſiniſter oculus Irregularis non eſt *c. ſi Evangeliſta* 55. *diſt.* Illud inter hæc obſervetur quod ſi poſt Ordines aliquod impedimentum ex his ſupervenerit facile tolerari poteſt, cum aliquis ſit Irregularis quoad promotionem, non quoad exercitium *Piaſec. pag.* 48. *in praxi*. Quare Sacerdos amittens omnino videndi facultatem poteſt diſpenſari, ut celebret, 84
modo ſibi coadjutorem adhibeat. Et multa exempla diſpenſationis hujuſmodi adducit *Gibalin. de Irreg. c.* 3. *Conſect.* 1. 4. *part. prop.*

DE REGVLARIBVS,

ET MONACHIS.

TITULUS XXIV.

MULTÆ ſunt Religiones; & variæ, ſicuti varia ſunt Opera Charitatis. Quædam diriguntur ad militandum, ut Ordines [*a*) Equitum: quædam ad prædicandam; (*b*) quædam ad pauperes (*c*] alendos; aliæ ad viſitandos, redimendoſque [*d*) captivos: aliæ ad (*e*) docendum: aliæ ad (*f*) curandos ęgrotos, aliæ ad meditandum; (*g*) aliæ ad perpetuo Orandum. Alii in Religione dicuntur (*h*] Aſcemetæ.

Omnium tamen Religionum unica ſubſtantia, & definitio eſt, ut quælibet dicatur, ſtabilis in communione vivendi modus ab Eccleſia approbatus, editis votis perpetuæ Caſtitatis, Paupertatis, & Obedientiæ. Hæc definitio multa continet. Cur hic modus in communione vivendi, approbandus eſt ab Eccleſia? Fuit quidem ſemper ad novum Ordinem ſaltem Epiſcopi [*i*] requiſitus aſſenſus. Sed tandem [*l*) judicio Pontificis reſervata eſt introductio novæ Religionis, ne ſub imagine ſanctioris vitæ hęreſes foveantur, ut de (*m*] *Vualdenſibus* contigiſſe narrant Hiſtoriæ. Cur profeſſio Triplicis voti requiritur? Quod cum Religio ſit ad perfectionem iter, tria vota obſiſtunt [*n*) tribus impedimentis, a ſummo bono avocantibus. Cur perpetua, & irrevocabilis debet eſſe hæc mutatio ſtatus? Quòd quæ (*o*) ſodalitates hac conditione vitæ immobilis carent, verè dici nequeunt Religiones: nam religioſus [*p*) mortuus mundo dicitur, & ideo teſtari (*q*) poteſt, & donare (*q*] mortis cauſa cum religionem ingreditur, & eamdem ob cauſam ceſſat patria (*r*) poteſtas, & Beneficium vacat [*ſ*] profeſſione ſequta. Neque amplius egredi poteſt religioſus, e ſeptis Monaſterii, alioquin (*t*) Apoſthata eſt, niſi forte ad (*u*) ſtrictiorem Religionem tranſire velit; quod Canones permittunt. Moniales (*x*) verò ob periculum violandæ Caſtitatis clauſuram quoque ſervare debent, ſub Pęna Excommunicationis a Pio V. latæ, in Bulla *decori*.

Ut vero valide profeſſio ſequatur Novitius [quæ vox eſt a ſervis novirer

viter acquiſitis) debet impedimentis carere. Impedit Matrimonium (*y*) conſumatum, impedit ſtatus perfectior, (*z*) unde Cardinales, & Epiſcopi Religionem ingredi nequeunt. Secundò requiritur [*aa*] probatio, quæ ad triennium protrahebatur in Orientali Eccleſia, *Iuſt. Nov.* 5. *Ex Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 3. annus prǝſcribitur: quare, & abolita eſt vetus illa conſuetudo cum (*bb*) paterna oblatio filium conſtituebat religioſum, omiſſa certi temporis probatione. Tertiò Profeſſio in ſcriptis acceptari [*cc*] debet a legitimo ſuperiore. Quod ſi Profeſſio defuerit in (*dd*) aliquo, reclamari poteſt [*ee*] intra quinquennium, & uſu communi (*ff*) receptum eſt, ut ante lapſum quinquennii reſcriptum impetretur a Papa, vel Legato, per quod cauſæ cognitio committatur Ordinario; & Sacra Congregatio cenſuit agendum eſſe coram Epiſcopo, & ſimul coram ſuperiore Monaſterii.

Privilegia omnium religionum varia ſunt. Primo ut ipſi quoque Novitii, vel moniales gaudeant privilegio (*gg*) *Canonis ſiquis ſuadente* 17. *q.* 7. II. Ut per profeſſionem tollatur (*hh*) Irregularitas ex defectu natalium. III. Ut dirimatur Matrimonium (*ii*) non conſumatum, ut jam poſſint ordinari Monaſticam vitam profeſſi. Utque omittam ſingularia quædam cujuslibet Religionis indulta privilegia a Sede Apoſtolica: illud quoque Jure communi maximum privilegium eſt, ut Religioſi ſint exempti ab Epiſcopis, & univerſitatem conſtituant, qua omnes ſub uno Prǝlato degant.

SUMMARIUM.

Relligio Militaris Equitum D. Stephani laudatur. 1.
Regula Equitum D. Stephani eſt S. Benedicti. 2
Equitum Calatravenſium origo. 3.
Ordo Equitum Alcantara. 4.
Ordo Equitum S. Maria Redemptionis Captivorum. 5.
Ordo Equitum Jeſu Chriſti in Portugallia. Omnes hi ſub D. Benedicto. 6.
Ordo equitum Templariorum ejuſque hiſtoria. 7.
Ordo Equitum D. Stephani a quo Pontifice approbatus. 8.
Equites Militares non ſunt Relligioſi, ſed Eccleſiaſtica Perſona. 9.
Equites Hieroſolimitani ſunt veri Relligioſi. 10.
Reiicitur Baſileus aſſerens Equites D. Stephani gaudere Privilegio Canonis. 11.
Ordo Pradicatorum laudatur. 12.
Magiſter Sacri Palatii ſemper ex hoc ordine eligitur. 13.
Ordo Pradicatorum quibus aliis pracedat. 14.
Relligio S. Joannis de Matha. 15.
Relligio S. Maria de Mercede. 16.
Relligio Societatis Jeſu laudatur. 17.
Tridentina Synodus de hac Relligione Societatis Jeſu. 18.
Ordo Sancti Antonii. 19.
Monachi, & eorum vita. 20.
De Monachorum origine hareſes confutantur. 21.
Monachorum Diverſa ſpecies recenſentur. 22.
Anachoreta in ſolitudine vivunt. 23.
Anachoreta quidam paſſim vagantur. 24.
Anachoreta viventes in Lauris qui ſunt. 25.
Laura quid eſſet. 26.
Laura Origo. 27.
Laura ubi conſtituta erat. 28.
Incluſi qui nam ſint. 29.
Stylita qui nam ſint. 30.
Hi Epiſcopi permiſſionem exigunt. 31.
Aſcemeta, & Studita qui ſint. 32.
Pontifex debet approbare Relligiones. 33.
Obſtacula perfectionis eruditionibus illuſtrātur. 34.
Congregatio S. Philippi Neri non obſtringit ad Vota. 35.
Beata, & Beguina. 36.
Voventes paupertatem, & obedientiam, & Caſtitatem perpetuam Confeſſario vel

Epiſ-

Epiſcopo non ſunt Relligioſi. 37.
Olim, & profeſſio emittebatur, & habitus Relligioſus uno eodemque tempore ſumebatur. 38.
Monaſterium conſequitur ipſo Jure Dominium Bonorum de quibus Monacus antea Teſtatus non fuerat. 39.
Profeſſio fieri poteſt reſervata facultate ſibi teſtandi. 40.
Profeſſionem ingrediens donare poteſt. 41.
Monacus non eſt amplius ſub Patria Poteſtate. 42.
Tollitur magna difficultas diſtinguendo Tempora ante Concilium Trid. 43.
Mater non habet filium in Poteſtate, & tamen revocare poterat inpuberem filium a Relligione. 44.
Poſt Profeſſionem vacat Beneficium. 45.
Tacita Profeſſio in Gallia non ſufficit. 46.
Profeſſus ad ſeculum rediens an ſuum Beneficium recuperet. 47.
Exceptio triennalis Poſſeſſoris, & Regula Cancellariæ obſtat repetenti poſt egreſſum a Relligione. 48.
Apoſthata quis ſit. 49.
Diſtinguitur Apoſthaſia ab egreſſu, & fuga. 50.
Apoſthata an ſit aliquis etiam retinendo habitum. 51.
Novitius a Relligione diſcedens Apoſthata non eſt. 52.
Transfuga ſe conferens ad aliam Relligionem an ſit Apoſthata. 53.
Tranſire in ſtrictiorem Relligionem licet. 54.
Tranſire an etiam in ſtrictiorē poſſit monialis. 55.
Strictior Relligio qualis ſit? 56.
De Carmelitis, de Capuccinis, de Fratribus Sancti Franciſci de Paula an poſſint ad aliam Relligionem, & ad quam tranſire. 56.
Clauſura Monialium quid ſit? 57.
Clauſura origo. 58.
An ullo caſu Monialibus egredi liceat? 59.
Excomunicationem incurrunt violantes Clauſuram Monialium. 60.
Reges, & Rigina Monaſteria ingredi poſſunt. 61.
Infantes non violant Clauſuram. 62.
Epiſcopus Ordiniſve Prælatus non violat Clauſuram ſociatus &c. 63.
Ingreſſus viris neceſſariis ut ſunt Medicus, Chirurgus non prohibetur. 64.
Beguinæ quid eſſent? 65.
Canonicæ Seculares quid ſint? 66.
Profeſſæ ſolum Clauſuræ legibus adſtringuntur. 67.
Mulieres clauſtra virorum ingredientes an incidant in Excommunicationem? 68.
Epiſcopus an fieri poſſit Relligioſus? 69.
Et ſi fiat, an perſeveret in Titulo eodem? 70.
Profeſſio facta ante tempus Profeſſionis olim valida fuit. 71.
Probatio olim erat triennii. 72.
Monialium S. Dominici Novitia moritura ante annum probationis ex Privilegio profiteri poteſt. 73.
Pænitentium in Monaſterio exiſtentium elegans notitia. 74.
Locus probationis qua in parte Monaſterii eſſet. 75.
Habitus probationis. 76.
Probatio in habitu Laicali olim ſequebatur. 77.
Camelacuchium quid eſſet. 78.
Nunc mutatio veſtis poſt Tridentinum an ſit neceſſaria. 79.
Ritus probationis in Thebrude. 80.
Cur Probatio ante profeſſionem exigatur Rationes expenduntur ex hiſtoriis. 81.
Paterna oblatio olim filium Relligioſum vere conſtituebat. 82.
Ultra alia exempla probatur hoc hiſtoria Regis Vambæ. 83.
Hodiè Paterna oblatio filium non conſtituit Relligioſum. 84.
Tacita profeſſio locum habet etiam poſt Tridentinum. 85.
Tacita proffeſſio acceptatione non indiget. 86.
Expreſſa profeſſio quo ritu, & modo emittatur. 87.
Ritus profitendi per Procuratorem. 88.
Qui ſtatum Pænitentiæ ſuſcipiebant quomodò profiterentur. 89.
Beneficiatus cum profiteri vult an debeat reſignandi Beneficium poteſtatem ab Epiſcopo petere? 90.
Ad validam profeſſionem requiſita enumerantur. 91.
Reclamare poteſt Profeſſus intra quinquenniū. 92.
Privilegia Relligionum. 93.

EXPLICATIONES.

(a) *Ordines Equitum.*

ORdior a Religione D. Stephani. Militia hæc inſtituta per Coſmum Mediceum Magnum Hetruriæ Ducem ſemper Chriſtianæ Reipublicæ ſalutarem ſe exhibuit, qua in
1 re Militiæ laudes poſitæ ſunt ad Text. *in c. ſumma* 23. *q.* 1. Et quid poſſint Hetruſci Equites, & quo robore animi, & virtute ſint inſtructi ſæpe Barbarorum litora, atque Portus didicerunt, & remotæ inſulæ, & claſſes refertæ latronum multitudine, Chriſtianiſque ſpoliis onuſtæ, vel captæ, vel fugatæ, vel diſiectæ: nec flos ille nobilitatis umquam in otio tabeſcit, ſed quotannis excurrit maria, ſæviſſimoſque Prædones arcet a noſtris Oris maritimis. Hic militaris Ordo fuit introductus a Magno illo Coſmo anno 1561. ſub Regula S. Benedicti,
diciturque Religio S. Stephani quod eum habet 2

Pro-

Protectorem. Eodemque pacto ſub Ordine S.
Benedicti inſtitutus fuit Ordo Militum de *Avis*
ab Alphonſo I. Luſitaniæ Rege qui tranſiit in
Ordinem *Calatravenſem*, quem confirmavit
Alex. III. auxit Privilegiis Innoc. III. conceſ-
3 ſitque Paulus III. ut ſemel ejus Equites uxo-
rem ducerent, & Bened. XIII. Crucem rubram
in candido amictu præſcripſit. Et ſimiliter ſub
Ordine S. Benedicti floret Ordo *Alcantara* a
4 Gomerio Equite fundatus ab Alex. III. & Lu-
cio III. probatus: & floret Ordo *S. Mariæ
Redemptionis Captivorum* ab Jacobo I. Arago-
niæ Rege inſtitutus, & *Ordo de Minteſia*, &
5 Ordo Jeſu Chriſti Portugalliæ, a Dioniſio
6 Portugalliæ Rege poſitus.

Olim quoque erat *Ordo Templariorum* cui
regulam preſcripſerat S. Bernardus Abbas Cla-
7 ræ Vallis; *Templarii* dicti tales Equites a vi-
cinia Templi Salomonis, eorumque inſtitutum
erat itinera ad Sanctam Civitatem perducentia
ſuis armis cuſtodire tuta ab incurſibus Turca-
rum. Horum inſigne geſtamen fuit Rubea
Crux candidæ veſti aſſuta, diuque fuerunt hi
Equites Chriſtianæ Reipublicæ propugnaculum,
& ex Privilegio abſolvebantur ab Excommu-
nicatione per ſuum Priorem *c. cognovi de Sent.
excom.* Sed juſtas ob cauſas in Concilio Vien-
nenſi talis Ordo fuit extinctus *Cl. 5. Conſt. 3.
ad Providam.*

Ordo vero S. Stephani approbatus fuit a
B. Pio V. Conſt. 60. quæ incipit *his quæ* in qua
8 Bulla omnia Privilegia, & Gratiæ aliorum
Militarium indulgentur. Alii Ordines Milita-
res ſunt ſub aliis regulis, ut Equites S. Mau-
ritii inſtituti a Duce Sabaudiæ approbante
Gregorio XIII. Conſt. III. ſub regula Ciſter-
cienſium.

Illud omnibus his Religionibus commune eſt
ut licet Equites Eccleſiaſticæ perſonæ cenſean-
tur non tamen proprie religioſi ſunt, ratio de-
9 ducitur ex verbis hiſce *D. Thomæ* 2. 2. *q.* 86. *art.*
4. *ad* 3. *Illi modi vivendi ſecundum quos ho-
mines Matrimonio utuntur non ſunt ſimpliciter,
& abſolute loquendo Religiones.* Ergo religioſo-
rum nomine cenſentur Milites S. Joannis Hie-
10 roſolimitani, qui dicuntur *Milites Rhodii*,
quod Princeps eorum Sedes erat in inſula Rho-
di conſtituta, qui Ordo cępit *anno* 1520. ſub
regula S. Auguſtini inſtitutus, ad pugnandum
contra Infideles, de quo *Polyd. Virg. de in-
vent. rer. lib. 7. c. 5.* Hos, & Theutonicos
etiam Milites eſſe Religioſos affirmat *Laym. de
regul. tit. 2. tr. 4. c. 1.* quia tria vota ſub-
ſtantialia emittunt. Et ideo gaudent privilegio
Canonis *Si quis ſuadente Concil. Lat. 3. in
append. tit. de illis, qui incidunt c. 6.* Mul-
taque obtinent privilegia a Pio IV. conceſſa
Conſt. 9. quæ incipit Circumſpecta. Neque ad-
mittendum, quod Baſſęus tradit verbo *Excom-
11 municatio p.* 457. Quod Equites S. Stephani,
gaudeant privilegio *Canonis*, eo quod veniant
appellatione Monachi ex Textu in *c. cum illorum
de Sent. Excom.*

(b] *Ad prædicandum.*

Hunc Ordinem a *D. Dominico erectum an.* 1209.
Honorius III. confirmavit in Bulla *Religioſam
Vitam*, ſub Die 22. Decembris Anno 1216.
Romæ &c. de cujus excellentia ſcripſit D. An-
tonin. *in 3 part. hiſt. Tit.* 23. *per tot.* Et
ſplendidus hic Ordo laudationis uberrimum, 12
& ferax argumentum eſt. Gregorius IX. de
Prædicatoribus loquens *veros, & fideles Chriſti
miniſtros* vocat Joann. 22. *homines in virtute
Domino Militantes.* Alex. II. *exultante, inquit,
Spiritu frequenter animadvertimus, quod ſtatus
Eccleſiæ Generalis per veſtra Prædicationis, ac
Doctrina ſalutis inſtantiam Divina Gratia ſuf-
fragante multipliciter illuſtratur. Bonif. IX. ait,
ſonus prædicationis per diverſa mundi Climata
noſcitur exiviſſe*, ideoque crevit hæc familia
ad numerum Stellarum: *Sac. Eccl. Rom.* 49. Car-
dinales enumerat, Pontifices tres Innoc. V.
Bened. XI. B. Pium V. Ex hac religione Ma- 13
giſter Sacri Palatii ſemper eligitur, quod munus
B. Dominicus inſtituit ſub Honorio III. *anno*
1218. *ſecundum Malvendam Annal.* Ejuſque of-
ficium eſt lectionem Sacram facere; Omnibus
libris, qui Typis mandantur præeſſe. Congreg.
Sancti Officii intereſſe; in omni concertatione
Sententiam ſuam dicere. Hic Ordo præcedit 14
Minores, Carmelitas, & Heremitas S. Augu-
ſtini *Caſ. 4. p. Cath. conſ.* 68.

(c] *Ad pauperes alendos.*

Sequitur Religio altera ſub *titulo S. Trini-
tatis*, cujus initium adſcribitur *D. Joanni de
Matha* apud Gallos, anno 1197. Floret in Hiſ-
pania, Gallia, & Belgio, *Choppin. lib. 1. Mo-
naſt. tit. ult. art.* 13. Ejus Religioſi adeo mi-
ſericordię operibus affluunt, ut in honorem
anguſtiſſimę Trinitatis, ſemper de omnibus 15
bonis ſuis tres partes faciant: unam *ad redem-
ptionem captivorum*, aliam *ad ſuſtinendos pau-
peres infirmos* quos Domi etiam recipiunt; ter-
tiam *ad ſuos uſus ſervant.*

[d) *Ad redimendos captivos.*

Ordo S. Marię de Mercede fuit inſtitutus an-
no 1218. per Jacobum I. Aragoniæ Regem, &
S. Raimundum Pennafortium, in quo Religioſi 16
ſtipem colligunt, eamque captivis a ſervitute
Turcica liberandis impendunt, ingenti ære in
Africam, Aſiam, & Gręciam per ſuos miſſo.

[e] *Ad docendum.*

Vere hęc Religio meretur Elogium Gregorii
XIII. dum indulto ſuo concedens huic Religioni
facultatem ubique locorum ædificandi ait, hanc 17
ſocietatem *in odorem ſuavitatis altiſſimo deſer-
vire.*

Digitized by Google

vire. D. Ignatio Lojola Hiſpano Calabrenſi fun-
datore gloriatur; quam Congregationem, nomi-
18 ne *Societatis Jeſu* decoravit: *Tridentina Synodus*
ſeſſ 25. *cap.* 16. *de Reform. vium inſtitutum* ap-
pellat. Regulam ab eo conceptam *Paulus III.*
approbavit *anno* 1545.

In hac Societate præter conſuetudinem alia-
rum Religionum ſunt quidam, quos ſcholares
appellant, qui tria vota ſimplicia emittunt,
ſpondentque è Religione non recedere. Remitti
tamen a Præpoſito Generali poſſunt, & nihilo-
minus veri Religioſi ſunt, ut declaravit *Gre-
gorius XIV. conſt.* 10. *qua incipit Eccleſia*, &
inter Mendicantes hæc Religio adſcribitur, &
eorum privilegiis fruitur. *S. Pius V. Conſt.* 133.
Dum indefeſſe. Multæ ſunt hujus Societatis fun-
ctiones. Dei populum pabulo verbi Divini, &
Sacramentorum paſcere. Juventuti erudiendæ
in omni genere diſciplinarum aſſiduè incumbere.
Quare Collegiũ Vilnenſe in Univerſitatem ſtudii
generalis erectum eſt. *Gregor. XIII. Conſt.* 102.
qua incipit attenta.

Si velim illuſtres viros in ſcientiis, quorum
extitit in hac ſocietate inexhauſta fęcunditas, enu-
merare; & Martytes apud Japones; alioſque
Indorum populos, & Collegia toto Orbe diffu-
ſa, quem exitum invenire poſſem?

(f) Ad.

De Ordine S. Antonii.

Ad hoc opus dirigitur Ordo S. Antonii, quem
vit nobilis *Gaſto anno* 1121. erexit; ad paupe-
19 res, mutilos, ſacro igne tactos, cęteroſque de-
biles ſublevandos, cujus rei ſignificandæ aſſum-
pta eſt figura græcæ literæ T. quod eſt ſignum
potentiæ, illudque ſodales Antoniani ex auro,
argentoque conflatum collo appenſum gerunt.

Hujus Ordinis caput eſt S. Antonii Abbatia
in Diœceſi Viennenſi, & inſigne Monaſterium
viſitur Trajecti ad Moſam in Belgio. Fuit ap-
probatus ab *Alexandro IV. Urbano IV. Clemente IV.
Bonifacio VIII.*

(g) Ad.

De Monachorum Ordine.

Monachi, ſoli vitæ contemplativæ dant ope-
ram: cæteri dicuntur mendicantes. Charitas enim
20 Dei perficitur pet vitam contemplativam, &
activam, fusè *Laym. de ſtatu relig. cap.* 3. *l.* 4.
vol. 2.

Hujus Ordinis ſunt *Caſſinenſes*, *Ciſtercienſes*,
Carthuſiani, *Camaldulenſes*, & alii Ordines
illuſtres, omnique laude decorandi. Utque al-
tius hanc tractationem repetamus *Monachi* di-
cuntur græcè *aſceta*, ideſt *Cultores Dei*, ſeu
exercitatores, ut enim *aſceta* apud Platonem
21 ex Julio Pollice, *l.* 3. *On.* c 3. ſunt qui cæſtu,
pugnis, aliiſque rationibus ſe ſe ad pugnandum
exercent; hi quoque ſtudium virtutis medita-
tione decurrunt, & ſimiliter Juſtinianus San-
ctimonialem dixit *Aſcetriam Novell.* 123. *cap.* 43.

Omitto errores Hæreticornm, qui contendunt, 22
quarto poſt Chriſtum natum ſæculo Monachiſ-
mum cæpiſſe; quos confutat *Bellarm. l.* 2. *de
Monach. c.* 3.

Aſceta, ſeu Monachi ſunt, vel *Cænobita*, vel
Anachoreta. Cænobitæ in unum locum, ſeu con-
ventum ſunt aggregati, vitam communem agen-
tes, qui dicuntur a loco *Tabernenſes*, *Nitrienſes*,
Syri, *Paleſtini*, vel a primis Inſtitutoribus *Pe-
dotrita*, *Gymniſta*, *Baſiliani*, *Antoniani*. Ana- 23
choretę in ſolitudine, & deſertis vivunt. Et hi
multifariam dividuntur. Quidam dicuntur *Ere-
mita*, qui contento curſu in ſolitudinem ſe
abdiderunt, neque prius in vita communi, et
unius Patris diſciplina eruditi fuerunt ad ſpi-
rituale certamen: alii poſt diuturnam in Cęno-
bio exercitationem impetrant ab Abbate illum
ſeceſſum, et ſecretiorem Anachoreſim ſervant,
in ſpecie dicti *Anachoreta*, *Gibalin. de Clauſ.
reg. diſq.* 3. *c.* 1. §. 8. *verſ. cum igitur n.* 25.
Et rurſus quidam Anachoretę paſſim vagantur,
neque fixas habent ſedes in ſolitudine, cujuſ- 24
modi fuit mirabilis ille *Macedonius*, *Simeon
Priſcus*, & *Iacobus Niſibenus*: quidam incluſi
in Lauris, quidam in Cellis. *Laura* a Cęnobio 25
diſtinguitur. In *Lauris* vivunt Anachoretæ non
vitam communem, ut in Cænobiis, ſed vitam
a congreſſu ſeparatam agentes, ſic *Geraſimus* 26
Magnus ab Eutychiana hęreſi ad veram fidem
traductus maximam *Lauram* in Jordanis ſoli-
tudine conſtruxit, quę Divino juſſu mutata fu-
it in Cęnobium. *Cyrill. in Vita S. Euthimii n.*
113 Sic in Nitria Cellę, ſeu *Laurea* ita ſparſę
erant, ut Anachorete ita diſtarent, ut ſe nec
audire, nec videre poſſent; *Sozom. lib.* 1. *hiſt.
cap.* 31. Hujus nominis *Laura* origo ex Vita S.
Quirici 20. Septemb. petenda eſt, nempe a 27
Flumio Laura, in loco Huſacem dicto, qui Mo-
naſterium alluebat; et celebris eſt *Laura Pha-
ram*, S. *Saba*, S. *Geraſimi*, S. *Euthimii de In-
ſula Nitrienſi*; Quę vero Lauritis neceſſaria
erant ad vitę ſuſtentationem, curabat Prępoſitus,
ſeu Abbas per œconomos, nam Laura propè
Cænobium conſtituta erat, *Gibal. ubi ſupra pag.* 28
423. et vix diſſimilem Anachoreſim, et inclu-
ſionem *Bruno* in aſperrimis Carthuſię montibus
aggreſſus, in ſuos poſteros tranſmiſit.

Sed hæc non erat perpetua incluſio. Nunc
videamus de illis, qui in aliquo loco ita ſe 29
includunt, ut numquam exeant, nec quemquam
admittant; Maro vitam ſubdialem inſtituit,
nam in vertice montis conſtructo ſibi exiguo
Tabernaculo, ſub dio manens, aeris diverſis
impreſſionibus expoſitus vitam vixit. Inclu- 30
ſis etiam accenſere poſſumus *Stylitas* qui am-
bitu Columnę ſe includebant inſiſtentes, ne-
que ab illa recedentes unquam. H… tu-
ti auctor fuit Simon. qui columnam ſ… num … a-
bitorum aſcendit: Domicilium exędi … in
illa binos cubitos patebat Quid quod … ſe-
pulchrum nonnullis pro domo. Ut plane fuit
Antonio, de quo idem *Gibal. pag. ibi* 443.

Digitized by Google

Alii in ſpelunca, cavernis, antris, cubilibus
31 ferarum vivebant. Veruntamen *Trullana Synodus cap.* 41. jubet, eos, qui tale vitæ genus eligunt, prius triennio ſub Prelati obedientia degere; neque inconſulto Epiſcopo permittit, ſtatum hunc eos amplecti.

(b) Alii.

Aſcemetæ, & Studitæ.

Aſcemetæ vocabantur etiam Studitæ, a Studio, qui fundavit illis Monaſterium, erantque Mo-
32 nachi Conſtantinopolis, qui tempus terebant in Pſalmodiis, et hymnis a greco *aſcima*, quod vigilantem ſignificat, neque unquam ceſſabant, aliis ſibi invicem per dies, noctesque ſuccedentibus, *Bolland. in Vita Alexandri* 15. *Ianuarii*.

(i) Epiſcopi.

Quod ne temere dictum putetur, videatur *Azorius l.* 11. *Inſt. c.* 23. *q.* 5. *& Bellarm. Tom.* 1. *Contr. l.* 1. *de Monach. &* 4.

Id videtur etiam deduci ex *c. de monachis* 18. *q.* 2.

[l] Judicio.

Pontifex approbat Religiones.

Nam approbatio Religionis eſt de majoribus cauſis, quę ad Sedem Apoſtolicam, unicè pertinent, *c. majores de Bapt.* & ideo, preſumptio,
33 conatuſve innovandi Ordinem inconſulto Pontifice reprobatur *in c. ne nimia de relig. dom. & a Gregor. X. in c. un. eod. in* 6.

(m) De.

De Valdenſibus.

Certe occaſionem reſervandi, novę religionis approbationem exhibuerunt heretici, dicti *Pauperes de Lugduno* temporibus Innocentii III. Illi, Ordinem inſtituerant, cui multę cum hereſes, tum ſuperſtitiones admixtæ erant; quare, & a Lucio III. hereſeos damnati fuerunt, *Abb. Uſperg. in Chronic. anni* 1212. contra quos diſputat *Viguerius* 228. latiſſimè.

(n) Tribus.

De tribus ad perfectionem obſtaculis.

Sed quęnam ſunt iſthęc obſtacula, & offenſiones, quę curſum Chriſtianę perfectionis im-
34 pediunt? *Superbia* primum, *Avaritia* deinceps, & quę ſepe rationem è gradu dimovent, *Carnis voluptates*. Quid? nonne ſuperbia radix eſt malorum, ait Gregorius *l.* 31. *moral: dum ita Scriptura teſtatur: initium omnis peccati eſt ſuperbia. Scil. inanis gloria, ira, invidia, triſtitia, ventris ingluvies, luxuria ex hac virulenta radice prodeunt. Expriſſa Mantuanus* in hoc vitium reiicit calamitates ſui temporis.

Evolat horriſono rapidi Phlegetontis ab amne
Ingenti alarum ſtridente ſuperbia ductu &c.
Crimina nigrantem poſt ſe trahit omnia pompam.

Nonne avaritia amor ille inordinatus divitiarum fons eſt multorum ſcelerum? Idem *Gregor. l.* 31. *c.* 3. *Moral. Prodeunt*, inquit, *ex auri aviditate proditio, fraus, fallacia, perjuria, inquietudo, violentia, contra miſericordiam obdurationes.* Preclarè *Bion Stobæo teſte ſerm.* 10. *Avaritia eſt improbitatis omnis Metropolis.* Nonne etiam luxuria filias habet ſuas, cecitatem mentis, precipitationem, inconſiderationem, inconſtantiam, amorem ſui, odium Dei, affectum preſentis ſeculi, & horrorem futuri? idem *Greg. l.* 11. *Mor. c.* 3. Ergo religioſum inſtitutum tribus votis adverſus infeſtiſſimos animi hoſtes militat; contra ſuperbiam Obedientia; Paupertate contra avaritiam; Propoſito integritatis contra luxuriam.

[o] Qua.

De Congregatione S. Philippi Nerij.

Hujus generis eſt clara Sacerdotum Oratorii
Congregatio, cujus eſt auctor admirabilis, ille 35
S. Philippus Nerius patria Florentinus, in qua nemo Sacerdotum votis obſtringitur, licet in habitu, & menſa conveniant. *Cabaſſut. Notit. Eccl. ſeculo XVI. n.* 28. Nec diſſimiles ſunt apud
Hiſpanos Beatæ, & alibi *Beguinæ* profeſſionem 36
ſuo modo feſtantes *Bejerlingh. verbo religio*. Ad-
do, nec illos eſſe vere Religioſos, qui edito vo- 37
to perpetuæ Caſtitatis, & Paupertatis, Obedientiam vovent preſtandam Confeſſario, vel Epiſcopo: nam tales ſubiectiones ab Eccleſia reprobantur, *Urban. VIII. Conſt. Paſtor.* 13. *Decemb.* 1630. *Baſſeus verbo religio* 11. *n.* 7.

(p) Mortuus.

Religioſus mundo mortuus dicitur.

Religioſus mundo mortuus dicitur *in can.* 25. *cauſa* 16. *q.* 1. *in can. placuit* 8. *ibid. in auth. ingreſſi Cod. de Sacroſ. Eccl. Covar. de Teſtam. c.* 2.

[q] Teſtari.

De teſtamentis Religioſorum.

Videtur Gregorius in *c. quia ingredientibus de teſtam.* affirmare, quod ingredientes Monaſterium teſtari nequeant, contra Textum in *c. ſuper de regul.* Obſervetur, plerumque ſimiles conſtitu-
tiones ſe referre ad priſcam conſuetudinem in 38
monaſteriis olim vigentem, juxta quam nemo induebat monaſtichum habitum niſi ſimul etiam profeſſionem emitteret, & probationis annum transigere conſueverat in habitu ſeculari: notat *Gonzal. in not. ad Text. in c. quia de teſt. n.* 2. & ita etiam accipitur *Text. in c. ult. de ſucceſſ. ab inteſt.* Quod ſi vero ante profeſſionem
teſtamentum nullum conditum fuerit; ipſo jure 39
monaſterium conſequitur dominium omnium bonorum, quę Monachus poſſidebat, *Olea de ceſſione Jur. tit.* 3. *q.* 9. *n.* 33.

Illud tractatum memini, an profeſſio valeat, reſervata ſibi facultate teſtandi de ſuo patrimonio? Sed jamdiù Sacra Congregatio Cardinalium huic difficultati ſatisfecit *die* 14. *Decembr.* 1623. hoc negotio maturè perpenſo, decernens, va-
lidam eſſe hujuſmodi profeſſionem. *Barboſ. de* 40

Jur.

Digitized by Google

Jur. Eccl. Tit. 1. *c.* 42. *n.* 133.

(*q*) *Donare.*

Religioſus donare non poteſt.

Hac de re Textus occurrit pervulgatus *in c.*
placuit 16. *q.* 1. *in c. in præſentia de prob.* & ſi-
41 militer pactum conceptum in caſu Monachiſmi,
in caſu mortis celebratum cenſetur, *l. ult. §.*
mortis C. de Ep. & Cler. Nov. 5. *Inſt.* & ſicut
donatio cauſa mortis confirmatur morte natu-
rali, ita etiam morte civili, *l. res uxoris C. de*
don. int. vir. & uxor.

(*r*) *Ceſſat.*

Per profeſſionem ceſſat patria poteſtas.

Quia Monachus non habet velle, neque nolle,
42 *c. fin. de ſepult. in* 6. Monachus eſt ſub poteſtate
Superioris *d. c. dicatis*, nec ſub poteſtate duorum
quiſquam eſſe poteſt, & ideo lex ſtatuit ſolum
eſſe ſub patris poteſtate filium, non autem ma-
tris, *l. nulla ff. de ſuis, & legit. l. peto §. mater*
ff. de leg. 2. *c.* 2. *de converſ. conjug.*

Neque obſtat quod pater filium etiam profeſ-
ſum poſſit avocare a Religione, *c. ſi quis de re-*
43 *gul. c. nulla* 20. *q.* 2. Rectè omnino: ſed obſer-
vetur, poſt *Trident. ſeſſ.* 25. *c.* 15. *de Ref.* ceſſa-
re talem difficultatem, nam Textus adducti pro-
cedunt juxta antiqua tempora, in quibus ante
pubertatem poterant eorum vota parentes in-
fringere; ſed poſt Concilium Tridentinum, quod
16. *annos* efflagitat ad profeſſionem; patria illa
poteſtas ceſſat. Addo quod hic filius, ante pu-
bertatem profeſſus, non erat valide obſtrictus
44 voto, ut ait *Text. in c. cum ſimus de regul.* Ad-
do ulterius, quod revocare filium non eſt ef-
fectus patriæ poteſtatis, nam mater quoque fili-
um revocat *d. c. ſi quis*, & tamen in filios po-
teſtatis jure non fungitur.

(*ſ*) *Beneficium.*

Poſt profeſſionem beneficium vacat.

Quod Beneficium emiſſis legitime tribus votis
45 in religione vacet, docet Textus in *c. Beneficium*
de reg. in 6. Nec ſufficit ad Beneficiorum vacatio-
nem ſumptio, & geſtatio religioſi habitus *Cabaſſ.*
Scient. Canon. l. 2. *c.* 9. quinetiam in Gallia non
ſufficit tacita profeſſio, ſed requiritur expreſſa,
46 & in ſcripturam a profitente redacta, alioquin
non excidit viribus priſtinis *Carol. IX. artic.* 55.

Illud intractatum omittere non licet, an ſi
profeſſus regularis ad ſæculum redeat, poſſit di-
miſſa Beneficia recuperare? Finge, invalidam de-
47 monſtrat ſuam profeſſionem. Hoc caſu diſtin-
guendum, aut pacificè poſſedit per triennium
ille, qui acquiſivit ſequuta profeſſione, & ex
regul. Cancellariæ, triennii poſſeſſio id privile-
gium continet, ut avocari non poſſit.

Sed cum rediens ad ſæculum premitur ege-
ſtate, poterit Ordinarius detrahere de fructibus
Beneficii priſtini ad ejus ſubſtentationem, *Paſtor l.*
3. *Tit.* 17. *n.* 6. *ad fin.* Quod ſi exceptio trien- 48
nii in religioſum hunc nequeat opponi cum ſub-
lata cauſa ceſſet effectus, jus habebit regreſ-
ſus ad Beneficium, quod ante profeſſionem poſ-
ſidebat *arg. Trid. ſeſſ.* 25. *de reg. c.* 16.

[*t*) *Apoſtata.*

De apoſtaſia, quid ſit?

Hæc tria ſunt diſtinguenda, *egreſſus illicitus,* 49
fuga, & apoſtaſia. Egreſſus illicitus eſt inſcio 50
Prælato, vel invito exitus a monaſterio ad breve
tempus. Fuga eſt receſſus à monaſterio, & ab
obedientia Prælati, non tamen animo deſerendi
religionem, manendique in ſæculo, ſed aliquan-
diu vagandi ſive retento, ſive abjecto habitu *Gi-*
balin. de Clauſ. reg. c. 3. *diſq.* 2. Apoſtaſia ultra
receſſum continet animum deſerendi inſtitutum,
neque amplius redeundi, ſive habitum retinendo,
ſive illum abjiciendo. Quare non omnis fuga apoſ-
taſia eſt, quamvis omnis apoſtata ſit fugitivus.
Nam quamvis inchoata apoſtaſia, qualis eſt fuga,
non mereatur pœnas apoſtaſiæ, cum ſit incompleta
diſceſſio, & in pœnalibus nomina ſumi debeant
in abſoluta ſignificatione *Gibal. diſq.* 1. *c.* 3. *§.* 1.
n. 6. nihilominus habitum quoque retinendo qui
vult in ſęculo manere apoſtata eſt, quod habi-
tus Monachos non conſtituat, *c. ex parte de Apoſt.*
c. conſuluit .x. *qui Cler. vel vov.* ſicuti profeſ- 51
ſio religionis non ſuſcepto habitu valida eſt, in-
tegra, & completa *Gibalin. ibid. n.* 7.

Sed licet animus deſerendi inſtitutum ſit quid-
dam apoſtaſiæ ingenitum, & propsiora alia
inſuper etiam ſpectari debent ad veram apoſ-
taſiam.

Primo ut ſit ſecuta profeſſio: nam novitius a
Religione diſcendens apoſtata non eſt, *c. conſul.* 52
c. pen. de reg. Menocb. de arbitr. caſu 546. *n.* 43.
Secundo ut fugiat a vera Religione requiritur.
Nam fugere ab aliqua Congregatione, aut com-
munitate, quæ non eſt approbata, tanquam vera
religio, apoſtatam non conſtituit, *Suarez. tract.*
8. *de relig. l.* 3. *c.* 2.

Tertio apoſtatæ non ſunt, transfugæ, cum ſe
ad aliam religionem conferunt, & licet ſpecte-
tur in hoc diſceſſu terminus *ad quem* non ter-
minus *a quo*, & ideo hos in numero apoſtatarum
recenſeat Paulus III. in Bulla conceſſa Societati
Jeſu *Debitum Paſtoralis Officii*, & S. Pius V. anno
1565. *Æquum putamus*, & Greg. XIII. *Dilecte*
fili. In quibus, tranſeuntes a Societate ad aliam Re-
ligionem præterquam ad Carthuſienſem, tan-
quam apoſtatæ puniuntur. Huic tamen opinioni
reclamat *Gibal. de Clauſ. diſq.* 2. *conſect.* 8.
Quod iſtud crimen reipſa non ſit apoſtaſia, cum
hæc ſignificet *reditum ad ſæculum.*

(*u*) *Ad.*

Ad ſtrictiorem religionem tranſire licet.

Notetur illud verbum *ad ſtrictiorem*, quia
eſt illicitum tranſire a ſtrictiori ad laxiorem

Digitized by Google

c. Sane Canonico de regul. c. ſtatuimus, c. mandamus 10. *q.* 3. *c.* 1. 20. *q.* 4. *Extrav. viam de regul. Trid. ſeſſ.* 14. *de Reform. c.* 12. *& ſeſſ.* 25. *de regul.* Imo tranſitus hic ex una in aliam religionem conjectura eſt levitatis; eo quod certa pro dubiis relinquere tutum non videatur; ut de his mutationibus cenſuit *D. Bernard. de Precept. & reip.* utque facete Martialis, *l.* 2. *Epigr. in Taurum inconſtantem ſic concludit.*

Dum quid ſis dubitas, iam potes eſſe nihil.

& Horatius pueritiæ propriam *mutabilitatem* facit in arte Poetica.

Reddere qui voces iam ſcit puer, & pede certo
Signat humū, geſtit paribus colludere, et iram
Colligit ac ponit temere, & mutatur in horas.

nam loci mutatio minime reddit meliorem. *Cic. Orat. pro Quint.* Fit *magna mutatio loci non ingenii:* & in Demoſthenem *Aeſchynes* ludit etiam in nominis ſimilitudine, cum non ideo, quod in Macedoniam legatione functus eſſet meliorem factum diceret *Petr. vict. lib.* 18. *cap.* 13. *Lect.*

Veruntamen ſicuti permiſit Eccleſia Epiſcopum, ob ſpem fructus uberioris, tranſire de una
54 in aliam ſedem: quia ubi ſpiritus Dei, ibi libertas: Eadem ratio militat etiam pro *Monacho, & Religioſo*, & ideo ad ſtrictorem religionem hæc immigratio conceſſa: Quod ſi velit monachus eligere laxiorem Ordinem licentia, & permiſſu Apoſtolico opus erit *Trid. ſeſſ.* 25. *de reg. cap.* 19.

Ergo ad regulam aſperiorem ipſæ quoque moniales poterunt pertranſire eadem ratione,
55 *Gonz. ad c. licet de regul. n.* 6. *in fin.* & ſufficit adeſſe conſenſum Prælati proprii, ut idem probat *Gonz.* Ad hanc tamen Monialium translationem 4. conditiones requiruntur. Prima, ut in alio monaſterio capitulariter recipiatur, ſecunda ut dotem perſolvat: tertia ut ſpes illi auferatur ad primum monaſterium redeundi: Quarta ut tranſitus fiat comitantibus Matronis conſanguineis gravibus recta via, ac nullibi pernoctetur, niſi cauſa hoſpitii *Baſſ. verbo religio* 6. *n.* 3.

Sed hic Ordo aſperior qualis ſit, paulo dili-
56 gentius examinandum. Si de Mendicantibus ſermo ſit, hi nequeunt Jure communi etiam cum facultate ſui Generalis tranſire ad non mendicantes (præterquam ad Carthuſianos) abſque facultate Pontificis. Ex privilegio tamen quidam Generales hanc poſſunt impertire licentiam *Extr. viam ambitioſæ de reg.* Carmelitæ diſcalceati, ex Bulla Pauli V. inhibentur ad Carthuſiam tranſire ſine Superiorum permiſſu. Bulla
57 eſt 20. 3. April. Anno 1610. Si de Capucinis loquamur Pius S. V. in Bulla, quæ incipit *Sedis Apoſtolicæ* anno 1567. die 6. Oct. ſtatuit, quod nullus Capucinus ad Ordinem S. Franciſci de Paula, & nullus frater S. Franciſci de Paula ad Capucinos ullo tempore etiam Superioris accedente licentia, ſe transferat, & Sacra Congregatio juſſu *Greg. XIV. anno* 1591. *die* 27. *Martii*, ſtatuit hos religioſos ita tranſeuntes pœnam incurrere privationis vocis activæ, & paſſivæ.

(x) *Moniales.*

De clauſura Monialium.

Si definitionem *clauſuræ* quæris; recte hæc dicitur Monaſterium cinctum muris, vel Clauſtrum quę appellatio duxit originem a loco, ubi perſonæ
obſervantur; quem Clauſtrum murorum dixit 57
Cęſar *l.* 4. *Hiſt. c.* 99. & recte quoque dicitur clauſura lex ipſa, quæ prohibet regularibus egreſſum extra monaſterium, aut externis, ingreſſum in illud. *Clem. exiit de V. S.*

Si quæris originem *clauſuræ* nugantur quidam, qui illam ad Jus Divinum referunt ob verba Davidis, *unam petii, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ*; cum neque eſſentia ſtatus, & profeſſionis religioſæ, neque votum caſtitatis id per ſe exigant. Reipſa cœpit ab ipſo naſcentis Eccleſiæ
ævo; Severior tamen facta ſub Bonifacio VIII. 58
in c. periculoſo de ſtat. reg. in 6. Olim namque Moniales, quæ domi ſub parentum cuſtodia erant, cognatorumve, de quibus mentio eſt *apud D. Hieronymum* aliquatenus vagari poterant gravioribus fœminis commendatæ, *Conc. Carthag. c.* 44. Severior multo erat cuſtodia *aſcetarum*, quæ in monaſteriis degebant ſed nihilominus ſub tribus ſocus, Præpoſitæ venia aliquo eundi neceſſitatem habentes, ibant, *D. Aug. Epiſt.* 109. & in Oriente eadem viguit diſciplina, ut patet ex verbis *Trullanæ Synodi c.* 44. *tuncque non ſola per ſe, ſed cum aliquibus vetulis.* & ante noctem repetendum erat monaſterium. Cauſæ urgentes erant *adeundi curiam ad negotia Monaſterii, Homagium reddere* Domino Feudi; peregrinatio ad limina *Apoſtolorum*, quam tamen prohibuit *Foroliviense Concilium c.* 22. Et quia aliæ famulis deſtitutæ prætextu facili utebantur exeundi; *Concil. Cabilon. c.* 12. ita ſtatuit, *ut quæ famulas non haberent ad exercenda negocia ad portam Monaſterii provenirent, & ibi coram reſtibus ſua negotia exercerent.*

Tandem Bonifacius VIII. *in cap. un. de ſtat. Reg. in* 6. quacumque ratione, vel cauſa, niſi tali morbo laborent, ut cum aliis Monialibus morari
nequeant egreſſum omnibus inhibuit; quam pro- 59
hibitionem innovavit contrariis moribus quaſi antiquatam *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de reg. c.* 5. acceſſerunt *Bullæ S. Pii V. anno* 1565. *unæ Paſtoralis, & Bulla Decori anno* 1560. *& Bulla Deo Sacris Gregor. XIII. anno* 1572. Morbus hic eſſet *Peſtis, Lepra*, aut *Contagii genus*, *incurſus hoſtium*, & alter caſus, ſi Monialis alterius monaſterii Abbatiſſa, vel Magiſtra novitiarum eſſe deberet *Laym. l* 4. *tom.* 2. *cap.* 11. *Anaclet. Lib.* 3. *Tit.* 35. *§.* 2. *n.* 20.

Nondum tamen his ſanctionibus ſatis conſultū
eſſe videbatur, niſi ingreſſus advenientis extrinſe- 60
cus etiam prohiberetur. Quare *Greg. IX. & Eugenius IV.* excommunicationem ipſo facto incurrendam inflixit illis, qui monaſteria S. Claræ ingrederentur, & idem de aliis monaſteriis obtinere voluit *Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 5. *de Reg. et S. Pius V.*

in Bulla

Bulla Cura Paſtoralis.
His tamen Conſtitutionibus hæ moderationes,
& explicationes adiiciendæ ſunt. Neque enim
primum vetitum credas Regibus, & Reginis
Clauſtra ingredi Monialium: nam in Conſtitu-
tione Greg. XIII. *Ubi gratia* cum revocantur
61 omnia privilegia quoad ipſum ingreſſum etiam
Comitiſſarum, Duciſſarum, & Marchioniſſarum
ſatis oſtendit perſonas altioris Dignitatis excipi,
ita *Gibal. diſq. 1. c. 4. §. 2. de Cauſ. Reg. ſecundo.*
Sed his additur, lædi clauſuram, ſi monaſteria
62 ingrediantur pueri, & puellæ ante rationis uſum
& de hoc extant decreta S. Congregationis
enunciata *in Epiſtola Em. Card. Ginnetti primo*
63 *April. 1667. in Synod. Flor. 1678. impreſſa.*
At non putes Epiſcopum, vel Ordinis Prælatum
ingreſſu hoc prohiberi, nam in Bulla *Gregor.*
XIII. quæ incipit Dubiis additur limitatio, *ut*
Epiſcopi, aliique Prælati nonniſi paucioribus, ſe-
nioribus, ac religioſis viris ſociati ingrediantur.
Ultra hæc ad quædam neceſſaria viris ingreſſus
64 prohibitus non eſt, veluti Sacerdotibus ad Sa-
cramenta infirmis miniſtranda. Medicus, Chi-
rurgus, & alii non prohibentur; de quibus *La-*
ym. ubi ſup. n. 3. Sciendum quoque, *Beguinas*
lege clauſuræ non teneri. Obſervandum, du-
65 plex fuiſſe *Beguinarum* genus, aliæ Margaritam
Porrettam Inſtitutricem habuerunt; quæ Pari-
ſiis anno 1310. hæreſis convicta, flammis punita
fuit; has damnat Clemens V. *in Concil. Vienn.*
Clem. III. de hær. una cum Beguardis, quorum
ordo ſuppreſſus eſt. Aliæ vero Beguinæ ita dictæ
a *S. Begga* Pipini I. Brabantiæ Ducis filia, piis in-
ſtitutis floruerunt florentq; adhuc in Belgio, ut oſ-
tendit *Petrus Conſeius in diſq. de origine Beguina-*
rum, de quibus Joannes XXII. *in Extrav. ratio*
recta de relig. domibus, in qua traditur quod iſtæ
Beguinæ vere non ſunt religioſæ, cum neque
propriis renuncient, neque profiteantur aliquam
regulam approbatam. Quocirca neceſſario etiam
ſequitur neque, clauſuræ legibus eaſdem teneri:
66 *S. Pius V. Bulla Cura Paſtoralis.* Et eadem ratio-
ne lex clauſuræ ad Canonicas ſeculares non ex-
tenditur *Azorio teſte in Tom. 1. l. 13. c. 9. q. 5.*
de quibus mentio fit in *Clem. attendentes de ſtat.*
Monach. in c. indemnitatibus §. ſupradicta de
Elect. in 6. Et licet etiam de his Canonicis loqui
videatur Text. *in c. perniciosam 18. q. 2.* tamen
intelligitur de *Diaconiſſis* ille Text. juxta *Novell.*
131. vel potius de ſororibus adoptivis, & *Aga-*
pitis, ſeu ſubintroductis, quæ apud Clericos
prætextu pietatis moram ducebant, jactantes ſe
ſpirituali amore eſſe conjunctas; & ab illis Cle-
ricis alebantur, & propter ſuſtentationem *Aga-*
petæ dicebantur: de his ita loquitur Concilium
Ancyranum c. 10. Virgines, quæ conveniunt cum
67 *aliquibus, tamquam ſorores habitare prohibemus.*
Tandem illa regula ſpectari debet aſſidue, quod
Profeſſæ in vera Religione omninò clauſuræ le-
gibus obſtringuntur.
Et hactenus has explicationes addidiſſe ſufficiat.
Illud monendi ſumus quod è contrario, in mu-
lieres Clauſtra virorum ingredientes, an ſit excom- 68
municatio conſtituta, ut ipſæ mortiferum cri-
men incurrant, non convenit apud noſtros; viden-
dus *Laym. l. 4. c. 11. n. 4. Tit. 2. Anacletus in*
Decr. Lib. 3. Tit. 35. §. 2. n. 71. & 72.

[y] *Impedit.*

Conſtante matrimonio an liceat religionem ingredi?
Si forte mutuo conſenſerit vir, & uxor; hoc
caſu permittitur conjuges profiteri, *c. quidam de*
converſ. conjug. Ut licite fiat conjugis profeſſio
Epiſcopi licentia requiritur, *can. ſi vir 27. q. 2.*

(z) *Impedit.*

Status perfectior impedit religionem ingredi.
Quod duplici pacto explicari poteſt. Primò
impedit ſtatus perfectior, quia cum præferenda
ſint publica privatis, electus ad inſiſtendum ſaluti
proximorum, non debet ſine cauſa curam abiice-
re, ut tranſeat ad ſtatum religioſum, *c. ſuggeſtum,*
v. ſciſcitaris 7. q. 1. Viguerius de ſtat. Epiſcop. n.
125. *& de ingreſſ. relig. n. 231.* Secundo impedit
ſtatus perfectior; quia ſi quis Epiſcopus monaſte-
rium ingrediatur, neque ſchema Antiſtitis retinet,
neque munera exercet; nam Monachi non paſ-
cunt, ſed paſcuntur, non imperant, ſed obedi-
unt, ut loquitur *c. hoc nequaquam 7. q. 1. adde* 69
Gibal. de Clauſ. diſq. 3. c. 2. §. 5. n. 24. Ad hos ca-
ſus referendi ſunt Textus *in c. ſi quis Epiſcopus,*
in c. ſuggeſtum 7. q. 1. in c. nemo 16. q. 3. in c.
1. & 2. 10. q. 3. requiritur ergo licentia S. Pon- 70
tificis, *c. licet de Regul. Anaclet. ubi ſup. §. 5. n. 76.*

(a) *Requiritur.*

De Probatione ante profeſſionem.
Hic inducta fuit aliqua mutatio. Olim pro-
feſſio facta ante tempus probationis valida erat
c. ad Apoſtolicam de regul. ſed poſtea declara-
tum eſt nullius eſſe roboris *in c. Conſtitutionem.* 71
& in c. non ſolum de reg. in 6. Quod vero ad
tempus attinet per triennium antiquitus proba-
tio indolis, morumque requirebatur, *c. un. 35.*
diſt. c. ſi quis incognitus 17. q. 2. Nonnumquam
biennium exigebatur, *c. Monaſteriis 10. q. 3.* Non- 72
nunquam annus ſufficiens erat ad probationem,
& eo exacto tempore exercitationis, & cognita
bona mente, admittebatur novitius Congregatio-
ni Fratrum, *c. Gonſaldus 17. q. 2.* Atque hoc
tempus præſcripſit ſervandum Ordinibus Mendi-
cantibus *Bonif. VIII. in d. c. Conſtitutionem*: con-
ſonat *Trid. ſeſſ. 25. c. 15. de Ref.* S. Pius V. in *Con-*
ſtitutione ſummi Sacerdotii apud *Rodriquez tom.*
3. q. 15. art. 1. & 3. conceſſit monialibus S. 73
Dominici, ut novitia, judicio medici ſtatim
moritura, ad ſuam conſolationem, ante annum
completum probationis, modo haberet ætatem,
profiteretur. Addo quod quidam antiquitus pœ-
nitentiæ ſtatum amplectebantur, neque ab eo po-
terant diſcedere quia ſe voto obſtringebant. Du-
plex eorum erat ſtatus pœnitentiæ, quædam
certo tempore per reconciliationem finiebatur,
quæ dicitur *Pœnitentia publica, & Canonica*: qui-

dam

Digitized by Google

uam ſtatus pęnitentium, qui dicebantur *Converſi*.
Eorum profeſſio plerumque ſuſcipiebatur urgente
mortis periculo. Hinc factum, ut plerique in morte
pęnitentię habitum aſſumerent. Et poſteriori-
ribus ſęculis, quidam induunt veſtem religio-
ſam ſub exceſſum vitę, ex antiquo illo more
Gibal. diſq. 3. de clauſ. §. 8. c. 2.

Si vero querimus, quo in loco tempus hujuſce
exercitationis traduceretur? Sciendum eſt quod in
exteriori parte monaſterii continebantur *varia*
75 *Exedra*, ſeu *Cella Novitiorum*, unde *Fructuoſus*
Bracarenſis Epiſcopus c. 21. ſuę regulę, ita lo-
quitur: *Neque interna Fratrum diverſoria ac-
cedit, ſed relegata in exteriori curte, Cella per-
fruetur; & S. Ferreolus c. 5. regula: Vicinam ta-
men Monaſterio Cellulam, dum prenotatum tem-
pus obſervat accipiat*. Solebant verò Prelati,
& Prelatę in illam cellulam aliquando inſtituen-
di cauſa divertere *Gib. diſq. 1. c. 8. in fin.*

Si querimus de habitu? Ad eſſent am Novitiarus,
non pertinet habitus delatio, ac proinde geſtatio
76 hęc eſt ſolum conditio. Immo Iure antiquo ple-
rumque in veſte laicali Novitii probabantur, un-
77 de *Greg. l. 7. Epiſt. 11.* ita loquitur. *de militibus
qui ad Monaſterium converti voluerint, ut juxta
formam regularem in ſuo habitu per triennium
probentur*, & ſimilis Text. *in c. fin. 17 q. 2. Juſt.
Nov. 5. c. 2.* eodem triennio prohibet veſtem mo-
nachalem, & tonſuram accipere. Tunc igitur con-
ſecrabatur monachus, quando novo induebatur
habitu. Subinde aliquid mutatum fuit in hac par-
78 te, & tyrones *Raſum* induti ſunt, ideſt *Tunicam*
rudem, & aſperam, & Camelauchium, ideſt Ga-
lerum quendam (ut apparet ex *Cedren. l. 1. Anaſ-
taſio, & aliis*) ut calorem prohiberet: ea voce uſi
quoque ſunt Romani teſte *Suida; & Beda l. 3.
de Tabern. c. 8.* deſcribit Pileum Pontificis in
modum parvuli *Calamauri* ſive *Caſſidis*, qui ex-
tenderetur ſupra capitis ſummitatem. Nunc ta-
mencum *Trid. ſeſſ. 25. de regul. c. 15.* numeret
79 a delatione habitus annum probationis; videtur
tur hęc mutatio veſtis neceſſaria. Non prohibuit
tamen Concilium aliter novitiatum inchoare.

Si querimus de aliis probationis ritibus? Illud
inter cętera notabile admodum, quod in The-
80 baide ii, qui cupiebant recipi in Cęnobium, co-
gebantur ad minimum decem dies prę foribus
vivere, & dorſum ſuum tranſeuntibus prębere,
Caliand. Hid. p. 3. l. 7. c. 15. hiſtoria.

Si querimus rationes hujuſce probationis, obvię
ſunt. Quid enim magis convenit, quam in ſtatus
voluntaria mutatione exquirere de vero Dei im-
pulſu, indolemque probare? Sic Phyloſophi a
81 ſuis gymnaſiis quoſdam veluti minus idoneos ex-
cludebant, ut Zeno Cittiaeus excluſit Rhodium
quendam formoſum, & divitem adoleſcentem:
Laert. ad l. 7. Ad Zenocratem Phyloſophum
cum diſcendi cauſa quidam veniſſet, & Geome-
trię eſſet ignarus: *Hoc inquit vellus apud me
non carminatur. Suid.* Diogenes Cyni-
cus dicebat ſibi videri rem miram, quod cum
ollam, aut operculum non emerent homines, niſi
pulſu, ac tymnitu; ſolum in eligendis homini-
bus nulla adhiberetur diligentia *idem Laert.*

[*bb*] *Paterna.*

Oblatio parentum, an filios faceret Monachos?

Plerique negant, quod antiquitus oblatio pa-
rentum monachos conſtitueret; ſed ego ſentio, 82
vere per oblationem parentum filios oblatos mu-
taſſe ſtatum: adducor a formula oblationis fac-
tę a Viderlone, imperante Carolo. *Offert enim
ſuum filium, ita ut ab hac die non liceat illi col-
lum de ſub jugo regulæ excutere. Promittit etiam
pro filio ſuo de ſtabilitate ſua, converſione morum,
atque obedientia. Illum denique exhæredat ab om-
ni hereditate ſua.*

Roboratur opinio ex illuſtri alio exemplo,
Lambertus Clericus a patre quondam ſuo Atho-
ne Comite cucullam indutus, licet invitus, &
ab illo intra octavum, & decimum annum fuit
oblatus monaſterio; Sed a Nicolao fuit ſuæ li-
bertati reſtitutus, quia pater ejus, pallio alta-
ris indutum, illum non obtulit.

Conciliatur quoque major fides ſententiæ no-
ſtræ, *ex Concilio Toletano in c. Monachum 20.
q. 1.* Audiantur ejus verba: *Monachum, aut pa-
terna devotio, aut propria profeſſio facit*, adde
Gregorium *ad Anglorum Epiſcopum in c. addi-
diſtis ead. cauſ. & qu. & Iſid. in c. quicumque
ibid. & in c. & Concilium T-buriense, & in
c. quem progenitores ibid.* Quare *Cabaſſut.* in
Not. Concil. ad Concil. Vormat. ſexcentis fere
annis viguiſſe affirmat hanc conſuetudinem, ut
citra conſenſum quoque oblati, vere quilibet 83
Monachus conſtituerentur, adeo ut *Rex* Hiſpa-
niæ Vamba multis victoriis de Saracenorum gen-
te reportatis illuſtris, ac fama conſpicuus, ad-
ſtrictus ad hoc fuerit, ut regno ſeſe abdicaret,
& in monaſterio ſe includeret ex hoc ſolum,
quod gravi ægritudine in amentiam ſimul, &
vitę diſcrimen adductus, habitu Monaſtico veſ-
titus a quibuſdam Epiſcopis fuerit, citra ullum
ipſius conſenſum.

Sed huic conſuetudini, poſt VI. Sęculum
ſucceſſit alia diſciplina ob ſępe expertos infe- 84
lices eventus: & conceſſere quidem PP. obla-
tionem paternam, ſed non coguntur amplius in
Monaſterio filii perſiſtere, *c. ſignificatum, c. cum
ſimus de regul. c. puella, c. ſciat 28. q. 7. Ca-
baſſ. Seient.* Can. *l. 7. c. 19.* Et licet olim vi-
deretur ſatis conveniens, ut ſicuti in Baptiſmo
per Parentes filii profitentur Catholicam reli-
gionem, non diſpari ratione poſſint per eoſdem
profiteri ſtatum Monaſticum, vel etiam quia
Parentes jus ſummum in liberos habent.

Nihilominus, ob triſtes eventus, qui ſæpe
paternam oblationem conſequebantur, mutatio
ſecuta eſt, & Conſtitutionibus conſuetudo illa
repreſſa. Quibus autem ritibus oblatio illa
perficeretur, omnium optime explicat *Gonzalez
in c. tum virum de regul. n. 4.* Cujus eruditiones
tranſcribere non eſt animus.

(*cc*) *Pro-*

Digitized by Google

[*cc*] *Profeſſio.*

De profeſſione religioſa.

Profeſſio duplex, alia *tacita*, alia *expreſſa* juxta Text. *in c. 1. §. 1. de reg. in 6. tacita*, ſi quis
poſt annum probationis exactum, a Novitiis diſtinctum habitum geſtaverit, *c. ad noſtram de
reg. c. conſtitutionem eod. in 6.* & alios caſus tacitæ profeſſionis exhibet. *Clem. eos de regul. c.*
85 *vidua .x. eod.* & hi caſus habent locum etiam poſt
Concil. Trid. quod de tacitis profeſſionibus nihil omnino ſtatuerit; & caſus omiſsus permanet in diſpoſitione Juris antiqui, *c. ſuſceptum de reſcript. in 6.* optime *Baym. l. 4. de ſtatu Reg. c. 5. tom. 2. Anaclet. ubi ſupra §. 6.*

Addenda Sacra Congregatio Cardinalium, *in una Beneventana 20. Decembris anni 1610.* in qua
diſponitur his verbis: *Cum frater Andreas profeſſus in religionem permanſiſſet per octennium abſque eo quod profeſſionem emiſiſſet, dicto autem tempore Patre Magiſtro Curiano inſtante Sacros Ordi-*
86 *nes ſuſcepiſset, petiit facultatem habitum dimittendi ſibi concedi: Sacra Congregatio reſpondit, quod ſuſceptio Ordinum, tacitam profeſſionem inducit*, ut refert *Tamb. de Jure Abb. diſp. 6. q. 13. n. 12.* Hæc autem profeſſio tacita, alia acceptatione non indiget, ut idem *Tamburinus* docet.

Expreſsa veró profeſſio emittitur vel verbo, vel ſcripto, vel utroque ſimul; uſitatum eſt autem, ut qui ſcribendi peritus eſt profeſſionem
87 ſuam in ſcriptis tradat legitimo ſuperiori: qualis eſt Prælatus Ordinis, requiſito tamen prius Capituli, ſive fratrum ſuorum conſenſu, *c. porrectum de regul. c. ad Apoſtolicam eod.* An vero per Procuratorem emitti poſſit? diſputat *de Luc. ad Golinum p. 2. cap. 5. n. 8.* & ſtatuit ſpeciale mandatum requiri, & modum profitendi per Procuratorem hunc eſſe: *Vir ego Petrus conſti-*
88 *tutus Procurator a Paulo ad Profeſſionem in ſua Religione nomine illius faciendam ejuſdem Pauli, nomine voveo paupertatem &c. Sanchez de Præcept. Decal. l. 2. c. 5. n. 7.*

Varii autem ſunt ritus Profeſſionis juxta varias regulas; Illud non omittendum quod qui ſtatum Pœnitentiæ ſuſcipiebant manuum varias impoſitiones accipiebant, coma attonſa habitum in-duebantur, imponebatur cilicium a Sacerdote è
89 pilis hædorum, & caprarum. In Eccleſiæ parte ſemota collocabantur, caput aqua luſtrali cineribus mixta aſpergebatur, quæ ſuis auctoritatibus probat *Gibal. fuſiſſimè diſq. 3. ſ. 2. §. 8.* Ultra hæc ſi, qui debebat profiteri, fuiſset beneficiatus, debebat ab Epiſcopo petere reſignandi,
90 & profitendi facultatem. Hodie fit proprio motu, nulla petita venia, ut ex Toletano quodam Concilio ſcribit *Abbo in ſuis Canonibus cap. 15. apud Mabilonium Analect. Tit. 2.*

(*dd*) *Defecerit.*

De profeſſione imperfecta.

In quibus ergo deficere non debet profeſſio? Primo deſideratur Annus 16. *Trid. ſeſſ. 25. cap. 15. de regul.* licet in *cap. 10. Romanæ Synodi, ſub Silveſtro 2.* ſtatutum inveniatur, ut 25. anno
profeſſio fiat. Olim quoque annus 10. ſufficiens 91
judicabatur; ut eſt in *Trullana Synodo cap. 40.* Nonnumquam legitima ætas ad profeſſionem erat 12. annus, uti habetur in *Concilio Triburienſi in c. puellæ 20. q. 2.* At poſtea prævaluit, ut pubertas requireretur in negotio tanti momenti, *c. de his 28. diſt. c. cum ſimus 14. de regul. Clem. ult. eod. tit.* atque his omnibus decretis derogatum eſt a Tridentino, quod neceſsario poſtulat ad validam Profeſſionem hunc numerum annorum. Secunda Conditio eſt conſenſus, & acceptatio, vel expreſsa, vel tacita ejus, ad quem pertinet. Tertio requiritur profitendi animus, ita ut ſi nec tacite nec expreſſe intendat profiteri, nulla ſit profeſſio. Quarto requiritur ut profeſſio nullo modo ſit coacta, *c. perlatum de his, quæ vi met. Baſſaus verbo religio V. & Baym. l. 4. tr. 4. c. 5.*

[*ee*] *Reclamari.*

De reclamatione contra profeſſionem nullam.

Ita ſtatuit *Trid. ſeſſ. 25. de reg. c. 19.* Iſtud quinquennium definitum ad reclamandum fun-
datur in præſumptione tacitæ ratificationis. Tem- 92
pus tamen hoc non currit adverſus legitime impeditum, unde per quinquennii lapſum non cenſetur ratificaſſe, qui poteſt ſe excuſare ignorantia Juris, vel facti, *Barboſ. in eum loc. Trid. n. 8.* Cauſa nullitatis ante egreſsum deducitur coram Superiore Religionis, & Ordinario conjunctim, *Trident. ibid. Riccius in Praxi Reſol. 20.*

[*ff*] *Uſu.*

De reſcripto quod impetratur.

Hoc aſserit *Cabaſſut. l. 1. c. 19. Scient. Can. n. 7.* ibi: uſu communi receptum videmus, ut antea impetretur a Papa, vel Legato reſcriptum, per quod cauſæ cognitio committatur Ordinario.

(*gg*) *Gaudent.*

Regulares gaudent privilegio canonis.

Hoc deciditur *in c. religioſo de ſent. excom. lib.*
6. quod extenditur etiam ad Converſum. *Concil.* 93
Later. 3. tit. de his qui inced. c. 11.

(*hh*) *Tollatur.*

Per profeſſionem religioſam tollitur irregularitas.

Hoc pariter deciſum eſt, *c. 1. de fil. Presbyt.* licet non ita tollatur irregularitas ex defectu natalium, ut hic poſſit eligi ad Abbatiam, Prælaturam, vel ad Beneficium habens curam animarum poſſit ordinari *Baſſ. verb. religion. 8.*

(*ii*) *Dirimatur.*

Ratum matrimonium profeſſione diſſolvitur.

Hoc habetur in *Trid. ſeſſ. 24. can. 6. cap. un. de Vot. in 6. cap. ex publico de converſ. conjug. cap. 2. ibid.* late *Anaclet. ad Tit. de converſ. conjugat. n. 3.* & remanens in ſæculo poteſt, rato matrimonio ſoluto, ad ſecunda vota tranſire, *dicto cap. 2.*

DE

DE VITA, ET HONESTATE CLERICORUM.

TITULUS XXV.

HACTENUS in ſuo gradu, ſtatuque collocavimus perſonas eccleſiaſticas; nunc finis, quem ſibi proponere debent, conſiderandus: (*a*) virtutes videlicet, quibus inardeſcere, & effulgere corda debent clericorum: quos voluit ſummus Legiſlator, a populo officiis, & ordinibus eſſe diviſos. Servandus igitur in omni vita cultus exterior corporis, interior animi, & morum circunſpectio.

Ad cultum exteriorem illud pertinet, ut veſtium forma [*b*] præfinita non excedatur; neque (*c*) a coma, aut barba decor quæratur, ſub pœnis *Clementina ultima hoc tit.*

Ad cultum animi pertinet, ne Clerici ſint rei criminum; abſint [*d*] uſurę; abſit (*e*) concubinatus [licet in matrimonio (*f*) Orientales caſtitatem ſervare non cogantur] alioquin imminent pœnę *Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 14. *de Reform.*

Ad morum circunſpectionem id ſpectat, ut abſtineant clerici a multis rebus, quæ laicis conceduntur. Ecce, laicis permittitur ludere, venari, arma gerere, tabernas ingredi, fidejubere; procuratoris munus exequi, judicando exigere decimam litis, chirurgiam, medicinam exercere, Leges Civiles addiſcere: ſed Clerici debent eſſe pennæ [*g*] columbę deargentatæ. Deteſtentur ludorum (*h*) ſolatia; alioquin Apoſtoli depoſitonem minitantur in *can.* 41. *Apoſt.* Utcunque (*i*) alium uſum invexerit conſuetudo. Negotiationes mercatoribus relinquant; alioquin privilegio fori exuentur, [*k*] & acquiſita cadent ſub (*l*) ſpolio. Venationibus non indulgeant; licet benigna interpretatio ad clamoſas venationes his temporibus pęnas rejecerit. Si clericus (*m*) arma gerit; ſciat ſe ſubjacere excommunicationi: quę antiquitus erat latæ ſententę. Si quis tabernas ingreditur; [*n*] ſciat ſe Apoſtolico decreto, a Clero eſſe ſegregandum, *can.* 53. *Apoſtol.* Si tabachi (*o*) herbam attritā per nares traiiciat, quibuſdam in locis excommunicatio impendet. Si fidejuſſionibus [*p*] inſerviat, abiiciatur, ait Concilium Cantuarienſe; ſi procurationes exercebit ex Concilio Lateranenſe fiet ab Eccleſiaſtico miniſterio alienus: ſi chirurgiæ, aut medicinæ artem exercebit, incidet in irregularitatem. Ad extremum eiſdem audire leges non permittitur, niſi ut facilius Canonicum Jus percipiatur. Quod cum intelligeretur interdictum ſolis

Ple-

Plebanis, Decanis, aliiſque habentibus Perſonatus, ex decreto Bonifacii VIII. Demum Innoc. VIII. anno 1485. omnibus id indiſtincte conceſſit ſtudentibus in celebri Piſana Univerſitate.

SUMMARIUM.

Finis bonorum. 1.
De ſummo Bono quam varia Sententia? 2.
Veſtium honeſtas in Clericis qua ſit? 3.
Chriſtiani olim cur Graci vocarentur? elegans hiſtoria? 4.
Tunica, & pallium veſtis eſt clericalis. 5.
Tunica uſque ad talos demiſſa. 6.
Pallium debet aquari toga. 7.
Veſtis Clericalis an olim eſſet colore amethyſtino? 8.
Euſthatianorum habitus, an eſſet communi pretiojor? 9
Error Gratiani detegitur. 10.
Clericus in Anglia habitum deferre non cogitur. 11.
Clericus in itinere an longum habitum geſtare obligetur? 12.
Modico tempore a gerendo habitu clericus excuſatur. 13.
Clericus nocturno tempore ſine habitu gaudet Privilegio fori. 14.
Penſionarius an habitum clericalem geſtare obligetur? 15.
Veſtes etiam non talares an ſint decentes beneficiato? 16.
Tonſura olim, qualem Monachi gerebant, erat Clericalis. 17.
An Tonſuram omittere ſit grave crimen? 18.
Traditur aliqua eruditio de fictitia coma, ejus origine, vetuſtate, uſu probibito clericis, & nova quadam proponuntur. 19.
Olim vocabatur phenacen, & polidion, & capillamentum, & galerus, & galericulus, & chalendrum. 20.
Nutrire comam quid ſignificet? 21.
Alia ratio cur a clericis abiicienda ſit coma fictitia. 22.
Ex cauſa tamen diſpenſari poterit. 23.
Concubinarii clerici pœna 24.
Hodiè qua pœna puniatur. 25.
Ludorum varia ſpecies. 26.
S. Pius V. chartis pictis ludere probibuit vivæ vocis Oraculo, ex Redoano de ſpoliis. 27.
Alea ludus quid ſignificet? 28.
Varia nomina ad aleam ſpectantia referuntur. 29.
Rationes cur ludus alea Clericos dedeceat. 30.
Torneamenti ludus explicatur. 31.
Gladiatorum ludus explicatur. 32
Clericus, ſi ſcandalum abſit, de fructibus beneficii ludere poteſt. 33.
De Spoliis brevis tractatio. 34.
Spolium quid ſit? 35.
Spolii vox eleganti hiſtoria exornatur. 36.
Maxima Pontificis poteſtas in ſpiritualibus. 37.
Jus quaſitum, ex modo a Principe invento, ex ſententia Felini ab eodem Principe poteſt auferri. 38.
Jus ſpolii, cum cauſa, fuit a S. Pontifice introductum. 39.
Caſus in quibus ſpolium locum habet. 40.
In Apulia, & Gallia viget conſuetudo ut clerici decedentes ab inteſtato tranſmittant fructus ad heredes. 41.
Quale Beneficium ſit capax ſpolii? 42.
Utenſilia non cadunt ſub ſpolio. 43.
In Monachis ſpolium habet quandoque locum. 44.
Spolium in pœnam habet locum, & quibus in caſibus? 45.
Ut ſi clericus negocietur. 46.
Quando nam Clericus negociator dicatur ad effectum ſpolii? 47.
Diſtinguitur artificium a mercatura. 48.
Mercatura quid ſit? 49.
Clericus negociari per alium quomodo poſſit? 50.
Declaratio Cardinalium. 51.
Spolia ubi non ſint uſitata? 52.
Clericus ſe inebrians peccat. 53.
Limitatio. 54.
Nova, de Tabacco diſſertatio. An deceat Eccleſiaſticos? Argumentis hinc inde diſcutitur. 55.
Tabacchi uſus non dedecet Eccleſiaſticos, ſi circunſtantias excipias 56.
Laudatur Excellentiſs. D. Tillius Piſis Profeſſor eximius. 57.
Varia Tabacchi appellationes. 58.
Tabaccus an ſolvat jejunium? 59.
Indifferentia actuum explicatur. 60.
Sternutamentis dare cauſam in choro illicitum. probatur ex canone. 61.
Tabacchi origo. 62.
Hierabotana herba vis. 63.
Bulla Urbani VIII. de Tabacco explicatur. 64.
Varia Concilia de Tabacco explicantur. 65.
Explicatur elegans Textus. 66.
Elegans alter Textus explicatur 67.
Uſus Tabacchi apud Sacerdotes Indicos. 68.
Textus de Sternutamentis probibitis explicatur. 69.
Origo bene precandi ad ſternutamentum. 70.
Erytrodami herba ſimilis Tabacco. 71.
Laudatur Illuſtriſs. D. Antonius M. Salvini vir litteratiſſimus. 72.
Clerici an poſſint fideiubere? 73.
Bulla refertur concedens clericis in Piſana Univerſitate ſtudere. 74.

EXPLICATIONES

(*a*) *Finis*

Quale ſit bonum hominis?

MIRUM dictu eſt, quam Philoſophi in co-
gnitione finis, ad quem omnis vitæ ra-
tio dirigenda eſt, hallucinati fuerint. Var-
ro, teſte *D. Aug. l.* 10. *de Civit. Dei c.* 2. du-
1 centas octoginta, & octo diverſas de fine, ſum-
moque hominis bono, ſententias collegit. Alii in
animo, alii in corpore, alii in utroque fines bo-
norum poſuerunt. Eleganter Seneca in *lib. de
vit. beat. c.* 1. *vivere omnes beate volunt, ſed
ad pervidendum, quid ſit quod beatam vitam effi-
ciat, caligant.* Utcunque tamen crediderint, qui
ſtudium ſapientiæ profitebantur, ſummu bonum,
ait idem Seneca *c.* 9. *de vit. beat. in ipſo judicio
eſt, & habitu optima mentis. Et capit.* 10. *Diſſi-
mulas quid a me dicatur? ego nego quemquam poſſe
jucunde vivere, niſi ſimul, & honeſte vivat.*
His adiice D. Aug. *eod. lib. c.* 3. *Non omnis vi-
ta, ſed ſapiens vitæ virtus eſt omnium bonorum
vel animi, vel corporis; nil ſibi virtus præponit,
in c.* 4. *Si ergo quæratur a nobis quid Civitas
de his ſingulis interrogata reſpondeat, ac primum
de finibus bonorum, & malorum, quid ſentiat
2 reſpondebit æternam vitam eſſe ſummum bonum.*
Romanus Orator *L. V. Fin.* hanc auream profert
ſententiam ad vitam quorumcunque clericorum
ſpectantem. *Virtus ſola ſi adſit, vitam efficit beata.*

(*b*) *Veſtium*

De veſte clericali

Ut olim Philoſophi quibuſdam indumentis ab
aliis diſcernebantur: Omneſque Græciæ Philo-
ſophi pallium induebant varie coloratum; Me-
nedimus Lampſacenus Cynicus, tunicam ſumpſit
pulli coloris; Pythagoras Samius albam geſtabat
Laert. l. 2. *c.* 18. Empedocles purpuream *Alex.
3 ab Alex l.* 5. *c.* 18 Ariſtippus Mileſiam chlamy-
dem, idem *Alex.* Hippiam, & Gorgiam ſimi-
liter purpureis veſtibus amictos fuiſſe fama eſt
Aelian. lib 12. *de var. Hiſtor.*
Ita etiam convenit Clericos, qui eminentio-
rem ſapientiam colunt, & philoſophiam, habitu
decenti ab aliis diſtingui. Nec vero ſolum Cle-
rici, ſed Chriſtiani omnes habitu olim diſcer-
nebantur ab Aethnicis, & pallium geſtabant;
Quod indumentum non a Græcis Philoſophis mu-
tuati ſunt, ſed ab Apoſtolis: quare Origenes
apud Euſebium Eccl. hiſt. lib. 6. *c.* 17 de Heracla,
ait: *poſito communi indumento, habitum aſſum-
pſiſſe Philoſophicum.* Hinc Tertullianus in li-
bro *de Pallio: Iam me ego ita illi Divina ſectæ,
ac diſciplina commercium confero. Gaude
Pallium, & exulta, melior iam te Philoſophia di-
gnata eſt, ex quo Chriſtianum veſte capiſti.* Hinc
factum eſt, ut vulgari convicio, qui noſtris ſa-
cris initiabantur *Græci* vocarentur; & quia tu-
nicæ Pallium ſuperimponebant *Impoſtores* voca- 4
bantur *l.* 1. §. 3. *ff. de var. & extr. cogn.* Hinc Hie-
ronymus *ad Eu[...]ſtam de viduitate* ſcribens; *ubi-
cunque*, ait, *viderint Chriſtianum, ſtatim illum de
trivio vocant Impoſtorem.*
Neque placet *Spondan. anno* 197. qui conten-
dit non omnes Chriſtianos *Pallium* geſtaſſe, ſed
illos, qui arctius vitæ genus complecterentur, nam
Tertullianus loc. cit. aliud clare demonſtrat.
Sed licet admiſerim, Chriſtianos ut plurimum,
communi cum Gentilibus indumento inceſſiſſe;
longe aliter tamen in Clericis ſtatutum eſt. Eo-
rum veſtis præferre debet Sanctitatem: & nulla-
tenus aſpectum offendere *c. præcipimus* 21. *q.* 4.
talis debet eſſe, ut ornatus Sacerdotalis appareat,
c. ſine ornatu ead cauſ. & q. Hæc debet eſſe
tunica, & pallium, id eſt operimentum *c. Epiſ-
copi ibid.* Sed nihilominus hæc veſtis debet eſſe
mediocris, non fulgida, & laſciviens. Debet
eſſe uſque ad talos demiſſa, ut declaravit *Sacr.* 5
Congr. Concilii ad ſeſſ. 23. *c.* 6. §. *habitus*, relata 6
a Belleito *diſq. Cler.* §. 16. *n.* 13. & decretum
fuit a *Concil Colon.* 1. *p.* 2. *c.* 8. *Later.* 5. *ſeſſ.* 9.
de reform. Curiæ c. 2. *a Moguntino* 4. *c.* 74. *c. Cle-
rici officia de vit. & hon. Cler.* Debet ulterius pal-
lium æquari togæ, *Concil. Mediol.* 1. *tit. de Cle-
ricorum habitu art.* 14. Et hæc eſt forma indu- 7
menti Clericalis, a Jure ſacro præſcripta.
An vero Clericorum veſtis eſſet olim colore
amethyſtino, in linea tunica, ſuper quibuſcun-
que veſtibus, ut putat *Carolus Tapp. in repet.* 8
Auth. ingreſſi in verbo Monaſteria c. 1. *n.* 22. *C.
de Sacroſ. Eccl.* An aliquo Canone Clericorum
proprius habitus decernatur, quod negat *Praſ-
ctus in praxi p.* 2. *c.* 3. *n.* 24. *& Gloſſ. in Clem.*
1. *de Elect. & Belletius de Diſciplina* §. 16. *n.* 13.
Et ſimiliter an Euſthatiani pannoſa, & lacera
veſte utendum cenſerent: velut Zonaras putat
in c. 22. *Conc. Gangrenſis contra Gonz in c. cle-
rici officia n.* 18. *de vit. & hon. Cler. & contra
Spondan. anno* 11. *n.* 6. 7. *&* 8. & quem in ſen-
ſum ſit intelligendus texus in *c. ſi quis virorum*
30. *diſt.* non eſt otiū hic fuſè diſputandi Nam cer-
te, ut hoc obiter dicam, non poſſum acquieſcere
ſententiæ Gonzalez putantis *Euſthatianos pallium
induiſſe birris, & communi precioſiorem.* Interrogo:
Euſtatius, ſive *Euſtathius*, ut voluit *Baronius*, do- 9
cebat, niſi Chriſtiani omnibus renunciarent di-
vitiis, ſpem nullam ſalutis ſibi reliquam fore;
Cur igitur ſectatores divitum more, ſe precioſa
chlamyde jactaſſent? Ut omittam errorem pa-

ICO-

tentem Gratiani, qui in *c. illud* 70. *diſt.* putat a
Synodo Gangrenſi fuiſſe Manicheos, & non Eu-
10 ſthatianos condemnatos. Omitto hæc diligen-
tius quærere, ut perſequar utiliora de ipſis Cle-
ricorum indumentis.

Quamvis ergo talaris habitus requiratur a
Sacro Jure: tamen aliquæ moderationes acceſ-
ſerunt. Quid ſi inter hæreticos, ut in Anglia,
11 Clericus verſetur? Diſsimulare ſe poteſt Sæcula-
rem, habitu, *Cappella Toloſana decis.* 104. unde
in *Concilio Oxonenſi c.* 13. ibi: *honeſtè tonſi, &*
coronati, incedant, niſi exegerit juſta cauſa ha-
bitum transformare. *Piaſecius ubi ſupra*, neque
locus eſt pœnæ *c. præcipimus* 21. *q.* 4. Quid ſi in
12 itinere Clericus eſſet? aut ruri animi gratia mo-
ram duceret? Tunc eum uti poſſe veſta brevi
uſque ad genua, reſpondit *S. Congregatio Epiſcopo-*
rum 15. *Jan.* 1501. *Concilium Narbonenſe habitum*
anno 155. Cum ait: *quod ſi forte Clerici urgentia*
negotia curaturi gradum accelerent, tunicam ſal-
tem ad genua demiſſam, æquum eſt eos deferre. Quid
ſi agatur de modico tempore? Excuſatur, ab om-
13 ni pœna, qui modico tempore inventus eſt ha-
bitu laicali *Piaſec. ubi ſupr.* aut domi, & in
occulto *Clem.* 2. *de vit. & hon. Cler.* Quid ſi
agatur de Clerico nocturno tempore ſine habitu
14 incedente? Gaudet privilegio fori *De Luc. diſc.*
24. *in Concil Trid. n.* 31. Quid tandem ſi aga-
tur de penſionariis? Tunc ad habitum coguntur,
15 cum eorum penſio ad ſummam 60. *ducatorum*
auri de Camera pervenit, ex clara Bulla Syſti
V. quæ incipit *Paſtoralis transſcripta apud Piaſe-*
cium ibid. Cæteri vero penſionarii impune cum
habitu laicali incedunt. Et *Ventriglia in Praxi*
16 *tom.* 2. *annot.* 7. *n.* 5. defendit, ſufficere veſtes,
etiam non omnino talares, beneficiatis.

[c] *Neque*

DISSERTATIO I.

De coma ficta clericis prohibita

Ita ius eſt; perſona Eccleſiaſtica tonſuram
congruentem geſtare debet *c. Clerici officia de vit.*
17 *& hon. Cler.* hæc corona erat abraſio, qualem
in Monachis videmus, *Iſid. l.* 2. *de Eccl. Off. c.* 4.
in modum sphęrę ut loquitur *Anicetus in c.*
prohibete diſt. 23. Corona deſignat clericos eſſe re-
ges in Deo; abraſio, temporalium depoſitionem *c.*
duo 12. *q.* 1. Hæc debebat eſſe attonſo capite, ita ut
aures paterent, ex Concilio Martini *in c. non li-*
ceat 32. *diſt.* 23. Sed hic nondum finis. Abſit,
quod olim quiſpiam comam relaxans cerneretur
d. c. prohibete. Unde Apoſtolus I. ad Cor. II. *vir*
ait, ſi comam nutriat ignominia eſt ei. Sed nunc
abraſio capitis in modum ſphæræ non obſervatur,
81 & tonſuram non deferre grave crimen cenſetur;
ſi plura concurrant, contemptus, temeritas, con-
tumacia, & notabilis exceſſus ultra conſuetum
modum *Baſſaus verbo Clericus n.* 11.

Sed jam fert opportunitas argumenti, in quo
verſamur, ut de ficta cæſarie ſermo inducatur.
Hanc, ſi Clerici etiā in minoribus conſtituti gerāt,
non credant protinus rem honeſtam, conceſſam-
que; eo quod nullus expreſſe canon prohibeat
aſcititiam comam. Quid ais? an credis novum 19
inventum alienis crinibus ornari? Scio *Rangum*
de his capillamentis ſcripſiſſe, & *Salmaſium*,
ſed quicquid illi ſint arbitrati; Ego vetuſtiſſimum
hoc humanæ ambitionis artificium exiſtimo.
Audi quibus vocibus olim denominaretur: Græci
Phenacen apo tu phenacizin quod *decipere eſt per*
adventitiam comam, ut ait *Calius Rodigh. l.* 18.
c. 10. Eandem *Procomion* dicebant, & *Pilidion*
apud Demoſthenem, atque item *entrichion*; latinè
capillamentum, ut habet idem *Calius l.* 7. *c.* 12.
p. 503. Eadem coma vocabatur quoque *galerus*
unde *Juven. Satyr.* 6,

Sed nigrum flavo caput abſcondente galero
Intravit calidum veteri centone lupanar.

Interdum quoque *Galericulus*. En verba Svetonii
in Salvio Othone: galericulo capiti propter rarita- 20
tem capillorum adaptato, & annexo, ut nemo di-
gnoſceret. Hic nondum finis. Ab Horatio hoc ca-
pillamentū dicitur *caliendrum Sat.* 8. *l.* 1. *verſ.* 48.

.... *Altum Saganæ caliendrum*
Excidere atque herbas, atque incantata lacertis

ita explicat *Turnebus l.* 7. *c.* 20. *adverſ.* De hoc
Caliendro mentionem habet etiam *Varro in libro*
qui inſcribitur virgula Divina his verbis: *Ego*
nunc patulo Agamennona mecum, tantis cothur-
nis accipit Critona caliendrum. Occurrit exem-
plum de capillamento apud *Sueton. in Caligula*
his verbis: *hic ganeas atque adulteria capilla-*
mento celabat. Et ulterius uſitatas *fictas* comas
indicat Ovidius.

Formoſa periere comæ, quas vellet Apollo,
Quas vellet capiti Bacchus ineſſe ſuo.

Et quia perierunt, ita proſequitur.

Nunc tibi captivos mittet Germania crines
Culta triumphatæ munera Gentis eris.
Oh quam ſæpe comas aliquo mirante rubebis,
Et dices empta nunc ego merce probor.

Poſſet, & ad comam fictam referri locus Horatii
l. 1. *Od.* 15.

Tamen heu ſemper adulteros
Crines pulvere collines.

Vellera quoque lanæ geſtabant plerumque non-
nulli ad calvitii deformitatem tegendam, *unde*
Martialis l. 12.

Quod lana caput alligas Carine
Non aures tibi, ſed dolent capilli.

Quemadmodum, & vellera lanæ collo circumda-
bant, ut frigus defenderent, & voces ſervarent
Mart. l. 4. *Epig.* 32.

Quid recitaturus circumdas vellera collo?

Et Cæſar ad calvitii turpitudinem occultandam
loco aſcititiæ comæ, coronam lauream geſtabat
decreto Senatus, ut docet *Sueton. in Jul. Cæſar.*

Neque omittandum in more fuiſſe antiquitus,
ut nubentes ſenis crinibus ornarentur, ut ſen-
ſit contra Turnebum *Lipſius Elect. l.* 3. *c.* 5. his

verbis — *Senis crinibus nubentes ornantur*, quod is ornatus vetuſtiſſimus fuit, quod eo Veſtales virgines ornentur; & ita intelligitur *locus Plauti in Moſtellaria.*

Soli gerendum morem cenſeo, & capiendos crines. Vides igitur non eſſe adventitios crines novitatem ævi noſtri.

Sed alterius improbatos capillos ſimulatos invenio tempore Clem. Alexandrini, & Tertulliani. En locum Clementis in *Pedagogo l. 3. c. 11. p. 101. alienorum autem capillorum appoſitiones ſunt omnino rejiciendæ, & externas comas capiti adhibere eſt maxime impium, quæ mortuis pilis cranium inducunt.*

En, & locum Tertulliani de habitu muliebri *Affigitis inquit neſcio quas enormitates, & utilium, & textilium capillamentorum nunc in galeri modum quaſi vaginam capitis, & operculum verticis, nunc in cervicem retro ſuggeſtum.*

Poſſumus huc referre ſermonem de *Adult.* *Ivon Carnot.* his verbis *impudicus habitus corporis eſt, in viris ſuperflua, & inordinata capillatura.*

Si igitur hic ritus deferendi crines appoſititios etiam primis Eccleſiæ ſæculis quorumdam effrenato luxu invaluerat; An credimus ad hunc quoque fucum non referri celebrem prohibitionem *c. 16 Synodi 7* dum ait *Omnis jactantia, & ornatus corporis eſt a Sacerdotis ordine, & ſtatu alienus* An credimus huc non pertinere Gregorii Anathema, dum ait: *Si quis ex Clericis comam relaxaverit anathema ſit in c. ſi quis de vit. & hon. Cler.* & aliud illud decretum Carthaginienſe: *Clericus ne comam nutriat, c. Clericus 5. eod. tit.* conſonat, *c. prohibet 23 diſt. c. præcipimus 21. q. 4. c. nu eod. in 6.* Pluribus enim modis nutritur coma veluti aſpergendo eam

21 pulvere; utque olim pulvere aureo, de quo fuco *Martial de Erotio lib 5. Epig. 38.*

Quæ crine vincit Betici gregis vellus
Rhenique nodos auream que nitellam.

Quales nitellas ſparſas undique per crines, gerebat *Commodus Imperator* teſte *Herodoto lib. 1.* Nutrire eſt etiã calamiſtris crines, & ferro ad lenocinium decoris excolere, & ad ſpeculum in conſilium ire; & ut paucis omnia complectar nutrire eſt artificium capillis adhibere, ut caput illecebroſum fiat; ut loquitur *Plautus in milite glorioſo.*

Huic illecebroſo capiti ſeſtilius cadum &c.

Quod artificium curam vocat Valerius Argon. *l. 6. verſ. 142.*

Tum novus implevit vultus honor, & ſua flavis
Reddita cura comis ---

Non minus itaque nutritur coma adhibendo crines artificio tonſorum compoſitos, & alienos; ſed

22 & hæc prohibitio innititur etiam illis omnibus authoritatibus, quæ vetant Clericum incedere perſonatum. Certè caput circundans aliena coma transformatur; contra prohibitionem Text *in c. Clerici officia de vit & hon. Cler.* Unde cum illa, quam deperibat Ovidius, mutatis crinibus nativis, Germanorum capillos emiſſet, eam *Sicambram vocat. l. 1. El. 14.*

Neſcio quam pro me laudat nunc iſte Sicambram
Fama tamen memini cum fuit illa mea.

Adſtipulatur locus elegans *Clementis l. 3. pedag. c. 11. pag. 101.* ita differentis de illis quæ adhibent extraneas comas, *Cui enim manus impoſuit Presbyter? Cui autem benedicit? Non mulieri, quæ ornata eſt, ſed alienis capillis, & per ipſos alii capiti. Per immodicam enim comam viros decipiunt:* Hanc annotationem de capillamento ſimulato ita moderor; ut juſta causa accedente id in clerico tolerari queat. Quare Concilium 23 *Oxonienſe c. 23.* tempore Honorii III. ita loquitur: *Et nec ipſi, nec alii Clerici comam nutriant, ſed honeſtè tonſi, & coronati incedant, niſi forte exegerit juſta cauſa habitum transformare.*

(d) Abſint

Clerici ab uſuris abſtinere debent.

Clerici uſurarii ex Concilio Eliberitano degradantur *c. ſi quis 47 diſt.* & non ordinantur *c. de pæna ibid.* dummodo fuerint manifeſti uſurarii: quales illi qui palam, & publicè, in foro vel domi, fænus exercent: ut olim Romæ ad medium Janum ſedebant *Hor. l. 2. Sat. 3.*

... Poſtquam omnis res mea Janum
Ad medium fracta eſt, aliena negotia curo.

Quinetiam ſi jam beneficium adepti ſunt ab eo ſuſpenduntur *c. 7. de Uſur.* & ſi non reſipiſcerent eo privantur *c. 1. & 2. 47 diſt.*

His temporibus locus eſt etiam *ſpolio*, de quo mox agemus.

(e) Abſit

Clerici concubinarii puniuntur.

Agemus fuſiſſima de concubinatu *l. 4* Nunc quod a rem attinet, profluit hæc prohibitio tum a Jure Divino, tum ex *c. præter hoc diſt. 32.* & ex *Concil Trid ſeſſ. 25. c. 14 de Ref.* his verbis, *Prohibet ſancta Synodus quibuſcunque Clericis, ne Concubinas, aut alias mulieres de quibus poſſit haberi ſuſpicio domi vel extra detinere, aut cum iis ullam conſuetudinem habere audeant. Quod* 24 *ſi a ſuperioribus moniti ab iis ſe non abſtinuerint, tertia parte fructuum obventionum, ac proventuum ſuorum beneficiorum quorumcunque, & penſionum ipſo facto ſint privati. Poſt ſecundam monitionem ſuſpenduntur ulterius a beneficiorum adminiſtratione: & tertio tandem omnino privantur beneficiis perpetuò.*

Adeſt de hoc decreto *Sacr. Rit. declaratio*, quæ cenſuit; non procedere hoc edictum in ſimplici incontinentia, abſque qualitate concubinatus: ulterius pœnam ſecundam habere locum, etiam ſi quis Clericus modo cum una, modo cum alia deprehendatur; Ad tertiam pœnam quod attinet: Patroni poſſunt, ſi ad eos ſpectat præſentatio alicuius ad beneficium, per concubinatũ

deten-

detentum, eum accuſare; idque omnee ex Congregationis ſententia, apud Gargiam *p. 11. cap. 10. §. 2. num. 180. de Benef.*

Nihilominus praxis, uſuſque videtur invaluiſſe, non puniri concubinarios Clericos juxta formam Concilii, ſed *pœna pecuniaria*; tametſi ite-
25 rum, & tertio etiam Clerici in eundem ſcopulum erroris impegerint; quamvis hoc improbet *Gargias ibid. n. 188.* Ulterius licet Tridentinum minitetur ſceleſtis hiſce Clericis ipſo facto privationem fructuum: hæc nihilominus Decreti pars, in foro conſcientię non obſervatur; neque ante condemnationem fructus amittuntur idem *Garg. n. 198.* Quia lex Canonica non recepta non obligat; *l. de quibus ff. de leg. c. in iſtis §. leges 4. diſt.* quia lex cenſetur lata ſub conditione, ſi recipiatur *Covarr. lib. 2. var. c. 16. n. 6.* & fuſiſſime idem probat *Garc. 11. part. c. 5. n. 150. de Benef. Bermond. de publ. concubin.*

(f) Licet

Cum quibus diſpenſatum eſt *c. ut Clericorum 13. de Vit. & bon. Cler.* fuſe dicemus ad *tit. de imped. matr.*

[g] Pennæ

Hic loquendi modus eſt in *c. cum ab omni de vit. & bon. Cler.*

[h] Deteſtentur

Clerici a ludis abſtinere debent

Notiſsima eſt ludorum origo a Lydiis, ut *He-*
26 *rodoto* placet *lib. 1.* tempore Athis Regis, ut otio, & quiete famem, quæ tunc aſpertima erat fallerent *Iſid. l. 18. Ethim. cap. 16.* Iam ad rem
27 noſtram; prohibetur pagellis pictis ludere clericus ex vivę vocis Oraculo *S. Pii V. apud Redoanum de ſpolio* in fine *in Bulla, ſeu Brevi, quod incipit: Sacroſancta §. ne talis.*

Prohibetur Clericis aleæ ludus *in c. Epiſcopus 35. diſt. in c. clerici 15. de Vita bon. Cler. in c. inter dilectos de exceſſ. Prel.* Hæc ludi ſpecies latiſ-
28 ſime patet; quia omnis ludus, in quo temeritas, & caſus, non ratio, aut conſilium valeant, alea eſt: ut eſt ludus taxillorum, teſſerarum, ideſt talorum, chartarumque pictarum; Quamvis in ſpecie teſſera, ſeu cubus lateribus conſtaret ſex;
29 & in ludendo teſſeris, tribus talis uterentur. Aleæ teſſera quælibet inſuper conſtabat 21. punctis, unde *Mart.*

Hic tibi biſſeno numeratur teſſera puncto:

Taxilli vero in ſpecie dicti ſunt tali, octo punctis conſtantes, vel figuris *Alexand. ab Alex. l. 3. c. 21.* Fritillus eſt tabula luſoria ſeu pixis cornea, qua teſſeræ collectæ, agitatæque mittuntur in alveolum *Iuven. Stat. 14.*

Bullatus, parvuſque eadem movet arma fritillo.

Summa cum ratione omnis fortunę ludus Clericis prohibetur; ob quam & jam vetitum de Jure Civili fuit *l. 1. l. 2. C. de aleat.* Auguſtus Cæſar notatus eſt teſte *Suet.* quod alea luderet: quare in illum ſub bello Siciliensi vulgatum eſt celebre Epigr.

Poſtquam bis claſſe victus naves perdidit
Aliquando ut vincat ludit aſſidue aleam.

Sed & Clericis quædam prohibentur genera ludorum, quæ forſitan ingenii ſunt, atque peritiæ. Ad hanc ſpeciem referuntur *torneamenta*, quæ & *haſtiludia* & *Gentilium ludi*, vocantur; ſed quanam pœna punitur Clericus ita ludens? Audi *c. quicumque 23. q. 8. Quicumque Clericus, aut* 30
in bello, aut in rixa, aut in Gentilium ludis mortuus fuerit, neque in oblatione, neque in oratione pro eo poſtuletur. Gentilium hi ludi fictum prælium repræſentantes, ſed cruentum; erant, cum in equis ad curſum incitatis haſtis præacutis alter in alterius mortem proſiliebat. Quod torneamenti genus prohibuit *Conſt. in l. un. C. de glad. l. 10.* Huc ſpectat *Gladiatura*, cum gladiatores pro gloria, pro vita dimicabant. Huc ſpectat pugna cum 31
beſtiis, qualem deſcribit Martialis; ita *Lucta*, ſeu *Agoniſticon*, de quo integrum tractatum conſcripſit *Petrus Faber*. item, & *Caſtus*, & alii Circenſes ludi deſcripti a Volaterrano *in Philologia l. 29. pag. mihi 897.*

(i) Utcunque

Quandoque clericis luſus permiſſus

Si namque abſit ſcandalum etiam de fructibus ſui beneficii ludere Clerici non prohibentur; de quo teſtatur *Barboſ. de univerſo jure ad tit. de* 32
Vit. & bon. Cler. Rebell. p. 2. l. 2. Laym. de contrac. ludi.

(k) Privilegio

Clericus negotiator amittit fori privilegium

Hoc traditur in *c fin. de Vit. & bon. Cler. in 6.* quamquā præcedere debeat trina monitio; idemque evenit ſi Clericus carnificis, ſeu macellarii officium perſonaliter exerceat *Clem. 1. de Vit. & bon. Cler.* Per alium tamen negotiari impune poſeſt ſocietate inita, *Rota Par. XVII. deciſ. 378.* & *infra num. 49*

(l) Et

DISSERTATIO II.

De ſpoliis

Quid ſit ſpolium Eccleſiaſticum ut intelligatur; ſupponendum Romanam Eccleſiam habere fiſcum, ſicut etiam quælibet Eccleſia Epiſcopalis; Ulterius penes Pontificem plenam, & liberam eſſe beneficiorum adminiſtrationem *c. licet* 33

de præb. in 6. Spolia igitur ſunt ea bona, quæ Cle-
ricis vita functis, Romani Pontificis auctoritate
fiſcus Apoſtolicus accipit, ne ad eorum hæredes,
34 futuroſque ſucceſſores in beneficio tranſmittan-
tur. Et quia inſpecto Jure veteri bona Clericorum
futuro ſucceſſori reſervabantur *c. eum vos de Of-
fic. Ordin. c. præſenti eod. in 6. c. placuit* 12. *q.* 2.
c. quoniam diſt. 75. *c. ſi quis Epiſcopus* 10. *q.* 2. aut
ex conſuetudine Clerici poterant teſtari *cap. rela-
tum de teſtam.* idcirco quia Pontifex his bonis
ſpoliat quodammodo futurum ſucceſſorem, aut
hæredem *ſpolia* vocantur: unde vocatur etiam
ſpolium quidquid hoſti detrahitur *Virg. de Hercul.*

Tergemini nece Gerionis, ſpoliiſque ſuperbus
Alcides aderat.

Et *ſpolia opima* vocantur quæ Dux Duci de-
trahit: qualia illa, quæ Jovi Feretrio Romulus ob-
tulit, Rege Ceninenſium cæſo, *Liu. lib.* 1. *ab Ur-
be condita*, de his *opimis Spoliis* idem *Virg. lib.* 10.

Aut ſpoliis ego jam raptis laudabor opimis.

Concedatur de ſpolio ſacro hiſtoriam *Jovii de*
35 *Pom. Columna*, enarrare. Cum Joannes Co-
lumna Cardinalis ab Honorio Pontifice Chriſtia-
ni exercitus, & ingentis claſsis legatus in Ægyp-
tum miſſus expugnaſſet Aliopolim, victor ex ho-
ſte immaniſsimo pretioſum ſpolium illud Romã
detulit, nempe *columnam*, qua D. N. I. Chriſtus
Redemptor flagris per ſummam crudelitatem cæ-
ſus fuit. Sed hæc dicta ſint obiter ad illuſtrandum
nomen *Spolii*.

Nunc oportet explicare I. quomodo, olim debi-
ta ſucceſſori, ſibi Pontifex potuerit reſervare?
II. Quibus in caſibus ad fiſcum Apoſtolicum
hæc ſpolia pertineant? III. Quæ perſonæ ſpolio
ſubjectæ ſint? IV. Quibus in locis hodie ſpolia
ſint uſitata?

Quod ſpectat ad primum articulum. Dubi-
tatio inde oriri poſſet; quia cum agatur de pri-
vando ſucceſſore, aut hærede bonis debitis; agi-
tur de tollendo Jure quæſito Nam hoc perpetuum
eſt, & conſtans in Jure; quod bona Eccleſiaſtica
ſucceſſori ſunt reſervanda, *c. præſenti de offic. Ord.
in 6.* & ſi loquamur de ſimplici beneficiario cum
hic compareтur uſufructuario, adinſtar uſufru-
ctuari, fructus ad hæredes tranſmittet *l. defun-
cta ff. de uſufr.*

Veruntamen procul abſit omnis ambiguitas.
Conſideretur quanta ſit poteſtas Pontificis in
beneficialibus; Si ab ipſo fuerunt beneficia in-
36 troducta poſt diviſionem quadripertitam S. Sim-
plicii: Si ille concedit ad nutum, ad tempus,
ſub conditione, & vacatura etiam Beneficia
*c. ſi gratioſe de reſcr. in 6. c. veniens de fil. preſbit.
c. petiiſti* 7. *q.* 1. Si bona quælibet Eccleſiaſti-
ca ejus adminiſtrationi commiſſa videntur *c. præ-
cipimus* 12. *q.* 1. Si Clerici quod poſſunt in uſu
eorum, in diſpoſitione, id totum a Pontifice ac-
cipiunt: etiam ſi beneficium collatum fuerit ab
Ordinario. Cur in tanta poteſtate, denegetur
Pontifici Jus ſibi reſervandi ſpolia? cur non poſ-
ſit uti ſua auctoritate, ſicut magis collibitum ſit,
& deceat? *c. bona rei* 12. *q.* 2. *c. per Principalem* 9. *q.* 3.

Neque obſtat Jus *quæſitum* videri ſublatum
hac reſervatione ſpoliorum. Ut enim Princeps
poteſt auferre ſine cauſa rem quæſitam *ex præſ-* 37
criptione, quia talis modus fuit ab eo introdu-
ctus, ut videtur velle Felinus *in c. quæ in Eccle-
ſiarum de Conſt. col.* 16. *verſ.* 5. *Fachineus Libro
VIII. cap.* 63. Ita cum Pontifex modum acqui-
rendi per beneficium introduxerit, potuit etiam
ſine cauſa ſpolia ſibi reſervare. Sed quid dico ſine
cauſa? Si ad conſervandam majeſtatem ſuam in- 38
diget temporalibus; & ſpolia, ad ſuas Ponti-
fex neceſsitates reſervat *Redoanus infra citandus
Antunez. de Don. lib.* 3. *præl.* 2.

Quod attinet ad II. articulum. Plures ſunt
caſus in quibus ad ærarium Cameræ res Clerici
pertinet; & ad duo genera rediguntur. I. quan-
do ſine pæna; II. quando in pænam ſpoliatur. 39
Et ſine pæna locum habet ſpolium; quandò Cle-
ricus comparavit bona, vel arte, vel indu-
ſtria, vel cum habet Patrimonalia, ſed decedit
inteſtatus: & nullos habet intra 10. *gradum*.
Hæc omnia cadunt ſub ſpolio, & quæ antiquitus
ad beneficiatum ſpectaſſent *c. ult* 12. *q.* 5. Nunc
ærario Pontificio accreſcunt *Baſſeus in verb. ſpo-
lium n.* 4. *Azor. de Spol. c.* 3. *n.* 13. Secundo lo-
cum habet ſpolium (etiamſi adſint conſanguinei)
in redditibus, qui ſuperſunt beneficiario, tempo-
re mortis. Sed hoc indiget explicatione. Nam
poteſt quidem de fructibus ſuis, beneficiarius diſ-
ponere in vita abſque metu ſpolii; ſed in morte
non poteſt, quia in morte cenſetur Uſuarius;
Mainat. de ſpol. n. 171. *Redoan. de ſpol. q.* 6. *n.*
8. licet in Hiſpania, & Gallia Clerici teſtentur
libere *Filuc. de ſpol. c.* 7. *n.* 9. *q.* 3. & Neapoli adeſt
vigetque conſuetudo, & in aliquibus Eccleſiis
Apuliæ, ut Clerici decedentes etiam ab inteſtato, 40
tranſmittant ad hæredes fructus, ex præbendis non
collectos *Redoan. q.* 4. *n.* 21 *de ſpol.*

Ultra hæc tunc ſpolium locum habet quando
beneficiũ ſimplex habet adminiſtrationem adiun-
ctam, *Bulla Pij IV. Dilecte filii anno* 1556. *Bulla
Pauli IV. Venerabilis frater.*

Deinde ut fiſcus bono Jure utatur beneficium 41
debet excedere valorem congruæ ſuſteotationis,
& *S. Pius V. in Bulla anni* 1567. *apud Navarr. de
ſpol.* §. 8. eximit ob hanc causam beneficia non
excedentia 30. ducatos aureos.

Sed, & illud obſervatur, ut non cadant ſub
ſpolio diſtributiones, quæ cenſentur bona quaſi
patrimonialia, *Felliuc. de ſpol. c.* 8. *q* 18. aut
fructus, qui ſuperfuerunt congruæ ſuſtentatio-
ni; ex parſimonia, vel alia lucra induſtriæ; quia
& hæc patrimonialibus annumerantur *Redoan.
quæſt* 6. *de ſpolio*.

Et poſtremo *ex Bulla S. Pij V. quæ incipit Ro-
mani Pontificis, edita anno* 1567. non cadunt ſub
ſpolio utenſilia, & ſuppellex domeſtica, etiam 42
ex fructibus beneficii comparata. Et hæc ad ex-
plicationem primi caſus pertinent.

Secundus caſus ſpoliandi fructibus beneficii,
accidit in Monachis, qui habuerunt beneficium
vel plura donationibus comparaverunt, *Redoan.* 43

q. 8.

44 *q. 8. n. 81. ex Pio IV. Bulla, Poſquam Divina,*
ex Gregor. XIII. Officij noſtri

Nunc videamus, quandonam in pænam ſpolio
ſit locus

Primo omnis non reſidentium in beneficiis
cujuſcunque qualitatis acquiſita extra reſiden-
tiam, apud ipſos reperta, cadunt ſub ſpolio,
S. Pius V. Conſtit. edita anno 1564. 7. *Kal. Sep-*
temb. apud Filliuc. c. 8. *q.* 20. etiamſi agatur de
patrimonialibus.

Secundo ſi confidentialiter, & ſimoniacè fuerit
Beneficiū acquiſitum, ut S. Pius *V. anno* 1564. 17.
Kal. Novem. ſtatuit, fructus ærarij Pōtificii cen-
ſentur.

Tertio tandem ſi Clericus negociatus fuerit
illicitè, aut alia ratione *Sacris* Canonibus incon-
45 ceſſa lucrum retulerit, acquiſita, uti ſpolia
ad Cameram Iure legitimo ſpectant; ait *Pius IV.*
in Bulla Decens apud Redoan. q.2. de ſpol. veluti,
ludendo; procuratoris exercendo munus, ut ex-
plicat *idem Redoan Ventriglia adnot.* 14. *n.* 20.
uſque ad 31. *Tomo* 1.

Sed quędam limitationes receptę acceſſerunt
46 huic Extravag. Pii IV. nam poſſeſſiones condu-
cere, negociari eſt: tamen hoc Clerico indi-
genti permittitur ex *c. dilecti de Decim.* Artifi-
cium adhibere aliquod, negociari eſt; attamen
id non vetatur a tot Canonibus qui *ſub diſt.* 88.
collecti ſunt, & maxime in *c. eiiciens, in c. quo-*
niam non cognovi exempla ſunt *apud Redoan. n.*
361. *ead. q* 2. *Non vetatur* inquit *materiam eme-*
re & per artificium redigere ad aliquam formam,
ut vimina ad caniſtrum, chartas ad libros, filum
47 *ad retia, corium ad ſotularia ferrum ad enſes*
Ratio eſt, quia diſtinguitur artificium a merca-
48 tura. Negociatio non eſt in artificio, ſed in mer-
catura, in commerciis; mercatura eſt *rem eme-*
re ut non mutatam materiam alteri vendere
poſſimus; & hæc eſt prohibita Clericis *Redoan.*
n. 38 *&* 39. *ubi ſupra.*

Vlterius ex bonis patrimonialibus negociatio
non reprobatur *Graſſ. de Eff. Eff.* 6. *l.* 9. *n.* 35.
dummodo per alium fiat, qui nomen det, labo-
remque impendat: & idem de cambiis docuit
49 *Gonzal. in cap.* 6 *ne cler vel mon. Ventriglia loco*
ſupra adducto. Et quod per alium impune nego-
ciari queat, videtur deduci ex *Clem.* 1. *de vit.*
& honeſtat. Clericorum, notat *Barbos. de univerſ.*
iure c. 39. *§.* 5. *n.* 67. quamvis *n.* 68. affirmet
incurri culpam ex *c. ult.* 46. *diſt.* & idem *Barboſ.*
in c. 40 *n.* 120. idem affirmat, additque ſemel,
aut iterum eſſe diſcuſſum hoc negotium; & extat
elegans *Declaratio Cardinal. apud eundem n.* 126.
50 Hanc de ſpolio inſpectionem concludam admo-
nendo cum Azorio, in tota Germania, Gallia, Lu-
ſitania non eſſe ſpolia uſitata: in Regno verò Cas-
51 tellæ ſola Epiſcoporum ſpolia per Collectores,
in ærarium Cameræ deferuntur; in Italia uſu rece-
pta ſunt ſpolia Ita *Azor. de Spol. c.* 4. *n.* 1.

(m) Si

Clericus arma gerere non poteſt

Ita ſtatuit Concilium Pictavienſe, in *c. Cleri-*
ci de vit. & hon. cler. & in *c. eos* 20. *q.* 3 *c. porro*
16. *q.* 3. *c. quamvis* 27. *q.* 4. *Clem. un. verſ.*
quidam cum armis de excesſ. Prel.

[n] Si

Tabernas ingredi clericus non poteſt

Et Clericus aſſidue ſe inebrians mortaliter pec- 52
cat *c. vinolentum* 35. *diſt. Graſſ. tract. de effect. in*
pręf n. 142. & olim Clericus ebrius, 30. *dierum*
ſpacio, a communiōe ſubmovebatur *c. pen.* 35. *diſt.*
Excuſantur tamen qui tabernas ingrediuntur, in
itinere, ubi propria deſtituuntur commoditate *c.* 53
clerici 19. *de vit. & hon. cleric. & Purpur. conſ.*
135. *n.* 10. *lib.* 1.

(o] Si

DISSERTAIO III.

De tabacco. Sit ne tolerabilis in persona Eccleſiaſtica

Audi verba *Bullæ* Urbani VIII. quæ incipit 54
in Eccleſię in §. 1. „*Omnibus, & ſingulis utriuſ-*
que ſexus perſonis, tam Secularibus quam Eccle-
ſiaſticis etiam cuiuſvis Ordinis, inſtituti, ac Mili-
tum etiam Hoſpitalis S. *Io. Hieroſolymitani, Re-*
gularibus quomodolibet qualificatis, & quantum-
libet privilegiatis, & ex exceptis etiam ſpeciali nota
& expreſſione dignis, ne de catero in quibusvis
Ci*vitatibus, & Diæceſibus prędictarum Eccleſia-*
rum (nempe Hiſpalenſis] earumque terris, & am-
bitu Tabacchum ſive ſolidum, ſive in fruſta con-
ciſum, aut in pulverem redactum, ore, vel nari-
bus, aut fumo per tubulos, & alias quomodolibet
ſumere audeant, vel præſumant ſub Excomunica-
tionis latæ Sententia, abſque aliqua declaratione
per contrafacientes incurrenda, pæna, auctoritate
Apoſtolica tenore præſentium interdicimus & prohi-
bemus. Datum Romæ die 30. *Ian.* 1642.

Et Romæ extat prohibitio *Innoc. X*, ne in Eccle-
ſia D. Petri, eiuſque porticu. tabacchi uſus ad-
mittatur: apud *Dian. p.* 10 *Miſcell.* 6. *reſol.* 24.

Veruntamē, cum hæc prohibitio ſit localis, *Dia-*
na ubi ſupr. placet introducere quæſtionē, utrum
tabacchi uſus generatim Eccleſiaſticos dedeceat?
Crederem tabacchi uſum in Eccleſiaſticis perſonis 55
eſſe tolerabilem; niſi vel ſpeciali; vel univerſali
lege prohibeatur: variiſque ſceluſis circumſtantiis.

Pręmitto, quod attinet ad tabacchi uſum,
quanta ſit ejus utilitas, addo etiàm quanta ne-
ceſſitas; Ob quam Juris humani plerumque ceſſat
prohibitio *l.* 1. *ff. de excuſ. Tut. l. generalis §. ſpu-*
rii ff. de decur. l 1: *ff. de off. Conſ. l.* 2. *§. cum*
in eadem ff ad L. Rhod. de iactu; l. quę propter ne-
ceſſitatem ff. de R. I. c. 2. *de deſp. impub c. licet de*
fer. c. ſi quis propter neceſſitatem de furt. c. quod
non eſt licitum de reg. Iur. c. ab arbitris de offic.
deleg. in 6. *c.* 2. *de obſer. Iejun. c. ſicut. de con-*
ſec. diſt. 1 *c.* 1. *de pign.* Nam planè ſi conſulamus
rei medicæ peritos invenie mus multas eſſe tabac-

cho

Digitized by Google

eho utilitates: ſcribentes enim de viribus herba
rum, ut *Rechius*, cuius legendi copiam mihi fecit
Vir doctiſſimus, & apprime humanus Excell. D.
MICHAEL ANGELUS TILLIUS, *lib. 5. c. 51.* af-
56 firmant folia ſicca incluſa arudine, altera parte
incenſa, altera verò ori admota, atque excepto fu-
mo, ut ad pectus vapor inſpiratus penetret, pitui-
tæ expuitionem mire evocare, aſthmati per mira-
culum auxiliari, difficilemque anhelitum inde
exortũ lenire. In hiſtoria vero generali herbarum
Lugduni anno 1586. hæc habentur; *Inſularum
Haitinæ propinquarum accolæ, cum ab hoſtibus ve-
nenatis appetuntur plagis, hac erba ſola ſibi cavent,
redduntur que incolumes: eodemque pacto inco-
lentes Inſulam D. Ioannis, confeſſi vulneribus
ſolo hoc remedio extremum fatum effugiunt*: &
Caſtor Durantes in *Epigr. de tabaceo ſit cecinit*,

Et ventris mulcet, capitiſque dolores.
Quæ duo ſic præſtat non ulla potentior herba.

Additur ultra hæc, *in eadem hiſtoria generali
pag.* 189. tabaccum a deliquio animi liberare,
ſi fumus naribus ſit objectus: quare *Antonius
Rechius* vim ejus ita deſcribit *c. 51. lib. 5.* &
Lobel. in adu. obſer. p. 319. *Hæc herba calida,
& ſicca in 2. gradu itaque calefacit, reſolvit,
aliquantum adſtringit, & mundificat hoc eſt ex-
purgat*. Solebant veteres hellebori ſuccis caput
expurgare: & narrat *Aulus Gellius lib.* 17. *c.* 15.
quod Carneades ſcripturus adverſus Stoici Ze-
nonis libros, ne quid ad domicilia animi redun-
daret, & conſtantiam, vigoremque mentis labe-
factaret, humores noxios helleboro extraxit, ſu-
periora corporis purgans. Orpheus ſcribente
Plinio lib. 25. *nat. hiſt. cap.* ſuffitiones herba-
57 rum commendavit ob miras utilitates: & Ægy-
ptii, ut habet *Cælius Rhodiginus* ſe noctu e le-
ctibus proripientes reſina ſuffibant, ut ſic aerem
expurgarent, & myrrheo retunderent thymiama-
te. Sed certe ad plura efficax eſt tabacchi uſus.
Quare multas quidem appellationes herba hæc
ſortita fuit; nam apud Indos *Picielt*, ſeu *Telt*
vocatur *Ant. Rech. c.* 52. *l.* 5. apud Braſilia-
nos *Petum* in Hiſpaniola *Petcherenuc Ovic dus
in Hiſpaniola*: tamen melius fortaſſe *her-
ba ſancta* fuit appellata ob admirandas ejus vir-
tutes *Hiſt. gen. lugd. l.* 18. & *ſana ſancta Indo-
rum* dicta jest *Lobell. in an. obſerv. pag.* 316.
Quare dum quęrunt Theologi an tabacchus ſol-
vat Jejunium, id pars major negat, freti firmiſſi-
58 ma hac ratione; quia herba eſt attrita quæ non
ſumitur per modum cibi, ſed ordinatur ad me-
dendum capiti. Ita ſentiunt quamplurimi, quos
citat *Curtiada dec.* 219. *n.* 31. & 32. *juncto Dian.
reſol. mor. p.* 5. *tract.* 13. & *p.* 20. *tract.* 16.
reſol. 3. & *Barboſ. deciſ. Apoſtolic.* 645. *n.* 1. *in
fin. Franciſcus de Nigro in addit. ad Ruiz. part.*
1. *præſumpt.* 4. *n.* 32. *q.* 18. Ut ergo hic ſermo ſu-
um exitum habeat; concludendum, quod cum
ad incurrendam culpam debeat præeſſe præce-
ptum *c. denique* §. *hac diſt.* 4. *c.* 1. *de offic. Cuſt.
Clem.* 2. *de ætat. & qual. ut obſervat. etiam Ant.
de nigr. in repet. ad Extrau. ult. de verb. ſignif. n.*
444. non erit prohibitum Clericis adhibere pul-
verem attritæ hujus hærbe, ſecluſis tamen circum-
ſtantiis, de quibus iam diſſeremus.

Obſervo, quod plurima ſunt indifferentia, ut
fiſcellam texere junco caniſtrum lentis plecte- 59
*re viminibus, ſarrire humum, areolas aquo li-
mite dividere, in quibus aqua ducantur irri-
gua, adire balnea*, ut ait Text. *in c. numquam
de Conſecr. diſt.* 5. & certe quę ſunt indifferen-
tia non improbantur, quia actus indifferens præ-
ſumendus eſt potius in bonam partem, quam
in malam *l. merito ff. pro Soc.* Marſilius *in rubric.
de fidejuſſor, inquit, quod ex aliquo actu quo-
tieſcunque poſſunt capi duo intellectus, & ſecundum
unum incideret in delictum ſecundum alium,
non: capiendus eſt intellectus, per quem non
præſumatur delinqui*. Quę tamen omnia vera ſunt
ſubmotis aliis circumſtantiis.

Non tamen admiſerim quod Plato tradit in
Cõvivio, in Pauſaniæ colladatione his verbis: *Actio-
nis cujuſcunque hæc eſt conditio ut ſuapte Natura
neque turpis, ut ea quæ nunc nos agimus, bibere,
canere, diſputare; Sed agendi modus certum tri-
buit cognomentum.*

Quod aliqua actio ſit indifferens verum eſt.
Quod quæcunque actio, neque turpis ſit, neque
honeſta; at hoc non exiſtimo concedendum. Ve-
runtamen aliqua actio alioquin indifferens ex cir-
cumſtantiis mala ſit. Uti balneo, eſt res indiffe-
rens, ſed balneo uti, in quo ſit excommunica-
tus, ob hanc circumſtantiam, eſt prorſus illici-
tum: ideo Polycarpus Smirnæorum Antiſtes,
cum Epheſum ad Balneas veniſſet lavandi gratia,
& vidiſſet ibi Cernitum; exiluit protinus, atque
diſceſſit non lotus, narrat *Text. in c. omnis* 24. *q.*
1. & pariter poteſt in uſu balnei, accendi luxu-
riæ fomes; ideo ob hanc quoque circumſtantiam
erit balnei uſus illicitus *c. pervenit de Conſ. diſt.* 5.
Quocirca eodem modo ſubmotis aliis circum-
ſtantiis tabacchi uſus eſt indifferens, & delicii ge-
nus innocuum, & deliciæ quælibet ſi abſque de-
ſiderio percipiantur non officiunt, ait *Text. in c.
deliciæ diſt*, 41 Ergo ob hanc indifferentiam uſus
hic pulveris inhoneſtus non erit, *illa enim ſinenda
ſunt, quæ ſi conſtet integritas, nocere non valent c.
& ſi illa* 1. *q.* 7. *c. unus* 2. *q.* 1. Eſſent autem cir-
cumſtantię prohibitionem inducentes: Si quis in 60
altari Sacrum faciens, aut dum verbũ Dei prędicat,
aut in choro ubi decet ſilentium, vel a ſuperio-
ribus indicitur, tabaccho uteretur, qui ſolet ſter-
nutamenta elicere, quibus ſilentium tollitur, ait
Text. in c. nullus 44. *diſt. &c.*

Accedit, quia cum agitur de honeſtate, mo-
res regionum ſunt inſpiciendi *c* 6. *diſt.* 12. *c.* 9.
Quod adeo verum eſt, ut quemadmodum ait
Ant. de nigris in repet. n. 485. *Clerici Ultramon-
tani excuſentur ſi palliis utuntur diſſibulatis,
quia ſic fert conſuetudo Gloſ. in c. ſi quis viro-
rum diſt.* 30. Atqui tabacchi uſus longe-
vus eſt. *Joannes Nicotius Regius in Luſitania* 61
Orator ejus ſemen primus ad *Regis Galliæ Matrem*
detulit *l.* 10. *Hiſtoria generalis Lugduni*. Tum

vero

Digitized by Google

verò ab anno 1583 Hiſpanæ Indiæ novi Orbis, Luſitaniæ, Galliæ, Belgii, herba hæc facta fuit inquilina, *ita in hiſtor. gener* & ab illo *Nicotio* herba *Nicotia* vocatur; *Ægidius Everartus*. Quamobrem cum, nemine reclamante, introductus tabacchi uſus fuerit, nec ſit recentis memoriæ, iamque ſit communis; non eſt cur Clericis exiſtimetur inconceſſus.

Præterea docet experientia, multoties alio honeſto genere voluptatis retundi concupiſcentiam, quare Canones concedunt, fiſcellam texere, areolas dividere, aliaque genera voluptatis honeſtiſſima, *in eau. nunquam de conſ. diſt.* 5. Pythagoras ſuos Diſcipulos ſuavitate muſica ad manſuetudinem revocabat: & in conviviis Græci ſolebant cytharam ſodalem facere, quaſi Intemperantiæ medelam, ut ſcribit *Athenæus lib.* 14. *c.* 11. qui mos etiam Romanorum fuit: ut colligitur *ex Horatio lib.* 3. *Od.* 11.

62 *Tuque teſtudo reſonare ſeptem*
callida nervis
Nec loquax olim, neque grata, nunc et
Divitum menſis - - - -

Apud *Lucianum ſophiſtam* quærit ex Cupidine mater Venus, cur cum Jovem, Neptunum, Apollinem, Iunonem jaculis configat, Minervæ, & Muſis manum non admoliatur? *Quia ſunt* (inquit) *aliis in rebus occupatæ, ut Diana, quæ in ſylvis, & ſolitudinibus*; *obſervat Lud. Vives de Chriſtiana fœmina lib.* 1 Ut igitur laudabilis eſt in Clericis continentia, & integritas: ita non eſt improbandum hoc genus honeſtæ voluptatis. Illa enim ſinenda ſunt, quę ſi condlet integritas, nocere non valent *ait Text. in c & ſi illa* 1. *q.* 7. Multa alia addi poterant; veluti quod uſus tabacchi conciliet amicitias, & veluti *Hierabotana* herba, Romana nobilitas utebatur (quam *verbenacam* dicebant) ut Iovis menſam verrerent, & conciliarent amicitias. & Legati ad hoſtes miſſi facilius pacem inirent; & hac per Triclinium ſparſa lætiores convivæ fierent, teſte *Plinio lib.* 25. *Natur. cap.* 9. Id pariter videmus evenire, in uſu tabacchi, ut ignotos etiam ad familiaritatem illiciat.

Obiic. I. Bulla expreſſa Urbani VIII. quę incipit *Cum in Eccleſia, data Romæ die* 30. *januarii* 1641. Hæc vocat tabacchi uſum, profanum, & indecentem, ait enim: *Sacerdotes, & Clerici tam*
63 *Sæculares, quam Regulares Clericalis honeſtatis immemores tabacchum ſumere non reformidant*. Tandem concludit ita: *quod nemo ſumere audeat ſub excomunicatione lata ſententia eo ipſo incurrenda, abſque alia declaratione*: at excommunicationem ſemper pręcedit peccatum *c ſervetur* 1. *nemo Epiſcoporum, c. nullus* 11. *q* 3.

Reſp. hanc Bullam eſſe localem: nam ita loquitur. *Illud paſſim in Civitatis, & Diæceſis Hiſpalenſis Eccleſia: ac quod referri pudet etiam Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium celebrando ſumere, linteaque ſacra fœdis, quæ Tabacchū hujuſmodi proiicit, excrementis conſpurcare, Eccleſiaſque prædictas tetro odore inficere magno virorum proborum ſcandalo, rerumque Sacrarum irreverentia, non reformidant*. Ideo ipſa Bulla poſt hęc in §. 1. *omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus perſonis, tam ſecularibus, quam Eccleſiaſticis etiam cujuſcunque Ordinis inſtituti ac militum etiam Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani &c. ne de cætero in quibuſvis Civitatis, & Diæceſis prædictarum Eccleſiis, earumque atriis & ambitu tabacchum ſive ſolidum, ſive in fruſta conciſum, ſive in pulverem redactum ore, vel naribus &c. ſumere præſumant*

Ex hoc tenore Bullæ duo inferuntur, primò Conſtitutionem hanc eſſe localem, ideoque non obligare Provincias alias Orbis Chriſtiani *c. dilectus de off. Ord.* ſecundò infertur Pontificem in hoc ſuo decreto non prohibere tabacchi uſum indiſtincte, ſed inſpectis *circumſtantiis Loci, & Temporis*; prohibet enim tabacchum in Eccleſia ſumere: & prohibet eo tempore dum celebratur Miſſa Nos autem ubi circunſtantia occurrat hujus generis, tabacchi uſum ab honeſtate alienum exiſtimamus.

Obiic. II Concilium *Provinciale Limenſe* 3. 64
act. 3. *c.* 2 his verbis *prohibetur ſub reatu mortis æterna Presbyteris celebraturis ne Tabacchi fumum, ſeu Tabacchi pulverem naribus etiam prætextu Medicinæ ante Miſſæ Sacrificium ſumant.* Ulterius eadem prohibitio confirmatur ex *Concil. Mexicano* 3. *lib.* 4 *tit* 15 *c.* 12. his verbis: *præcipitur ne ullus Sacerdos ante Miſſæ celebrationem, aut quævis alia perſona ante Communionem quidquam tabacchi per modum fumalis evaporationis, aut quovis modo percipiant*. Extat, & Synodus Epiſcoporum Canariatum, his verbis: *Item ordenamos, que ninguum Clerigo ante de dexte Miſſa, ne dos hocas deſpues da averla dicho tome Tabaccho* ſub pæna Excommunicationis latæ Sententiæ: ergo tabacchi uſus prohibitus eſt.

Huic difficultati, reſponſio patet ex ſupradictis. Aliud namque eſt quærere an tabacchi uſus ſit ubique prohibitus; an quibuſdam in locis. Adducta Concilia utpote Provincialia numquam potuerunt Canones condere obligantes univerſitatem Fidelium. Ergo utpote localia ſubiectas ſolum regiones obligant, & huius generis aliæ quoque prohibitiones adduci poſſent, quas cumulat *Cardin. de Lugo conſ. moral lib.* 1. *dub.* 9. *n.* 7. Similiſque prohibitio olim erat Florentiæ *ex Synodo Florent. habita anno* 1645 *c.* 14 *Tit.* 4.

Nil refragatur Textus *in c bene tenim diſt.* 40. cui concinunt Poetarum dicta Etenim viri *emunctæ naris* prudentes vocantur: mucoſi autem 65
ſtulti *Horat* 1. *Serm. Sat* 4 *verſ* 2

Emunctæ naris duros componere verſus:

Quid præterea turpius, quam ſordida mappa nares corrugari? quod reprehendit *Horat. lib* 1. *Epiſt.* 5.

- - - - ne ſordida mappa
Corruget nares.

Quid turpius, quam aërem vehementer naribus attrahere; admotis digitis? Eleganter *Theocritus Idyll* 1.

Elatus enim, & ſpiritus vehementior naſi iram

pro-

Digitized by Google

prodit unde *Perſius Sat.* 5.
Diſce, ſed ira cadat naſo, rugoſaque ſanna.
Reſp. adductum *Textum* verba facere de Irregu-
laribus; eoſque putat eſſe Irregulares, qui cæci
ſunt, gibbi, lippi, *qui turpi naſo*; unde defor-
mitas, & ſcandalum: omniaque præterea refe-
runtur ad myſticum ſenſum. *Per naſum enim*
diſcretio exprimitur per quam virtutes eligimus,
ut ex ipſo contextu deducitur. Cætera omnia
ex Poetis deducta, ita poſſunt accipi, ut infera-
tur quibuſdam ex circumſtantiis, tabacchi uſum
eſſe indecorum.

Obiic. III. Illecebris deſervire turpe eſt, ait
Text. in *c. valet diſt.* 81. Levitas morum culpa-
tur, ait Text. in *c. tanta diſt.* 86. Qui Chriſtum
annunciat ab omni vitiorum incentivo præſtare
ſe debet alienum, ait Text. *in cap.* 6. *diſt.* 35. *in*
fin. Sæpe vitia ſe virtutes mentiuntur, ait Text.
in *c. ſæpe diſt.* 41. Criminoſę actiones reproban-
tur, ait Text. in *c. Sacroſancta* 1. *q.* 1. Quæ om-
nes Sententię circa honeſtatem Clericis adeo
commendatam, videntur poſſe referri ad tabac-
chi uſum: qui illecebra eſt, levitas, & vitium.

Reſp. quod etiam canere, interdum grave di-
citur *c. cum multa diſt.* 86. etiam carnes come-
dere, interdum grave dicitur *c. ab exordio* 36. *diſt.*
non tamen per ſe, & ex natura ſua; ſed poſitis
quibuſdam circunſtantiis. Quod ſic explicatur;
66 unguentum, aut electuarium ſumere prohibitum
non eſt. Si tamen Clerici in Choro guttur, &
fauces electuario liniant, ob loci circunſtantiam
omnino vetitum eſt; ut ait Text. in *c. cantantes*
diſt. 92. *c. omnis jactantia diſt.* 21. nec ſemper
omnis illicita voluptas eſt, ait Text. in *c. jeiunium*
de conſ. diſt. 5.

Obiicitur IV. Quidquid inebriat, ſtatumve
mentis evertit, illicitum eſt, ait Text. in *c. vi-*
nolentum diſt. 35. & gravedo nimia inhoneſta
eſt *c. quando diſt.* 44. Atqui experientia docet
tabacchum, e ſuo gradu mentem dimovere; nam
ebrietatem quandam accerſit ait *Ægidius Eve-*
rartus: *& Monarchi pag.* 308. narrat hanc plan-
tam in uſu eſſe apud Sacerdotes Indicos, ad reſ-
67 ponſa danda; nam apud Indos moris erat Sa-
cerdotes de belli eventu, aliiſque rebus conſu-
lere. Conſultus Sacerdos iſtius Plantę folia ſicca
urebat, & eorum fumum tubulo, ſeu cannula
in os excipiebat; deinde quaſi in extaſim raptus,
cadebat omni motu privatus: ſicque permanebat
aliquandiù, ſed excitatus, & diſcuſſa facultate,
referebat, negocium ſe cum Dęmone contuliſſe,
& hinc reſponſa dabat ambigua ad decipiendum:
revera factum ita crediderim quòd hęc herba eſt
Hyoſciami Perviani ſpecies ut ait *Andreas Theve-*
tius. *Hyoſciami* autem proprium eſt obſtupefacere,
& vim *Narcoticam* habere, ſoporem inducere,
mentem amovere, & ſimilem ebrietati conſtitu-
tutionem afferre, ut ipſe Andreas docet. Ut
ergo *Myricem infelicem* vulgus eppellabat, teſte
Plinio natur. lib. 24. *c.* 9. ita herba hęc tabacchi
infelix eſt, cum ſtatum mentis perturbet, & nul-
lo modo Clericis concedenda.

Prima ſpecie vim habere videtur argumentum,
re explicata, vix aliquid urget. Obſervandum
igitur pro reſponſione, quod non omnibus ac-
cidit, ut fumo tabacchi excepto, vel in pulve-
rem attrito, mente abalienentur; ſicuti non omni-
bus uſuvenit, ut vini hauſtus ebrietatem inducat.
Sicut igitur illis vini potio prohibetur, qui longo
experimento noverunt inde ſibi ortum ſtuporem
mentis, luxurięve fomitem accenſum *c. luxu-*
riam diſt. 35. Ita vehementer conducit honeſta-
ti Clericali, illos ab uſu tabacchi abſtinere, qui
tales effectus ebrietatis, ſtuporis, ſomnive ex-
perti fuerint. Non igitur abſolute, & indiſtrin-
ctè removendus eſt ab uſu tabacchus, ſed ex cir-
cunſtantiis.

Obiic. V. dedecet ſilentium tollere ſternuta-
mentis *c. nullus diſt.* 44. Atque hic Canon ſter- 68
nutamenta, riſus inconditos, etiam extra Eccle-
ſiam, prohibet.

Non abſre Plin. *lib* 11. *c.* 37. *Natur. Novi*, inquit,
mores ſubdoli deriſioni dicavere naſum. Quid
hinc ſequatur quiſque videt: neque enim poteſt
eſſe permiſſum, aut honeſtum, his conſideratis
tabacchum ſumere.

Reſp. quod juxta Durandi opinionem *l.* 6. *c.*
102. *de Divinis Officiis* permiſſum eſt etiam in-
ter fideles ad ſternutamenta bene ominari: nam 69
(quicquid afferat *Strada in Proluſ. ult*) cœpere
homines bene precari cuilibet ſternutanti a
tempore Gregorii, quo tempore ob exundan-
tiam Tiberis orta peſte, cum aliquis ſternutabat
ſæpe ſpiritum emittebat, unde alter alteri oc-
currens dicebat: *Deus te adiuvet*; idque etiam
docet *Baron. ann* 590. *n.* 5. Nec vero in Choro
dum cantibus laudandoque Deo Ter Maximo
unicè indulgendum eſt, permittendus tabacchi
uſus, qui ſępe ſternutamenta concinnat. Hec lo-
ci circunſtantia impedit tabacci uſum. Cæterum
extra Eccleſiam ceſſare debet ratio prohibitio-
nis, cum plerumque ſternutamentum oppreſ-
ſum caput excitet. Nam etiam *Erytrodani* her-
ba veteres utebantur utpote ad ſternutamenta
perutili *Plin. lib.* 24 *cap.* 11. *Natur.* aut etiā ad re- 70
medii genus provocabant ſternutamenta Feſtucæ
levioris tactu. Unde in *Ariſtophanis Comœdia*
Dyoniſius Feſtucæ tactum diſſimulans dicenti
jam te converberavi, reſpondet: *qua ratione?*
non ſternui, ideſt non ſenſi, iuxta *Cælium Rho-*
diginum l. 34. *c.* 27. Plura alia de ſternutamentis
doctè proſequitur Vir omnigenę literaturæ Splen-
dorque Etruriæ noſtrę Illuſtriſſ. *D. ANTON. MA-* 71
RIA SALVINI in ſuis diſſertationibus lepidiſ-
ſimè exaratis vernaculo ſermone *differt.* 2.
de Tabacco *Parte I.* Et de Tabacco poſt hæc
ſcripta vidi pertractaſſe, *Romagueram. in*
Concil. Gerundenſe L. 3. *Tit.* 14. *cap* 7. *Anton.*
de Leone in Quæſt. Mor. de Chocolate P. 2. §.
4. *n.* 10 *Benedictum Stellam in Libr. de Tabac.*
cap. 31. *&* 32. *& per tot. Byſſum in Hierurg. Sacra*
verbo ſumptio Tabacchi n. 215. § 3. *& Joſephum*
Chriſpinum Epiſcopum in L. de Paſtor. viſit. P.
2. §. 10. n. 24. qui adducit declarationem S. Con-

gre-

Digitized by Google

grevationis die 1. Aprilis 1678. emanatam, *Clericatum in Deciſ. Theol. dec. 54. per tot. de Euchariſtia.*

(p) *Si*

An Clericus fidejubere poſſit?

Diſtinguendum tamen: aut volunt clerici fide-
72 jubere *in Iudicialibus*; & nullo modo poſſunt; aut *in conventionibus*, & fidejubere poſſunt *Maur. de fideiuſſ. p. 4. ſect. 8. c. 12. Dian. p. 11. tr. 4. reſ. 31. per tot.* & addo quod ſi non fuerit oppoſitum, ſemper valet hæc fideiuſſio; itemque ſi tantum habeant ex ſuo Patrimonio, ut ſolvere poſſint *Franeus de Fidejuſ. cap. 2. n. 234. & 235.*

(q) *Innocentius VIII.*

An Clericis Legibus ſtudere liceat?

Bulla hæc eſt, apud *Lalii Mancini diſſert. 27. c. un. pag. 454.* Ejuſque exemplum in Archivio Florentino reperitur; nunc tamen pauca quędam eius verba tranſcribam; quæ ſummam continent 73
privilegii. *Omnibus, & ſingulis Preſbyteris, Archidiaconis, Archipresbyteris, Decanis, Plebanie, Prepoſitis, Cantoribus, aut aliis perſonis Eccleſiaſticis Dignitates, ſeu Perſonatus obtinentibus, & in dicta Univerſitate ubicunque pro tempore ſtudentibus ut in Scholis publicè legere, audire, ac quoſcunque actus publicos per Doctores: & Scholares in hujusmodi facultate exerceri ſolitos, exercere, ac ad Baccalaureatus, ſeu Licentia, & Doctoratus gradus in ejuſdem legibus promoveri libere, & licitè valeant &c.*

516400 D

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX,

RERUM, ET VERBORUM INSIGNIORUM,

Quæ in hoc Primo Libro occurrunt.

Prior numerus paginam ; Alter numerum marginalem deſignat.

A

Aron Ceroferarios fecit 152. 45.

Abbas.

Abbas propiè nomen viris Regularis. 128. 53.

Apud ſæculares Clericos, unde factum, ut manſerit Abbatis nomen? 528. 54.

Abbates in plerifque Cathedralibus non præſunt Canonicis. 128. 57.

Abbas olim eligebatur per Epiſcopum 128. 59.

Abbas electus debet à Pontifice cõfirmari. 128. 60.

Abbatis Benedictio. 128. 62.

Solemnitas hujus benedictionis 129. 63.

Uſus mitræ Abbatibus quis conceſſerit? 129. 64.

Abbates benedicti minores ordines ſuis ſubditis conferunt. 154. 7.

Abbates præcedente Ordinarii permiſſu etiam non Subditos in minoribus ordinare poſſunt. 154. 10.

Abſolutio.

Is abſulvere poteſt, qui et ligare. 135. 37.

Abſolutio à Laicis tradi non poteſt. 136. 42. *§. pro reſponſione.*

Abſolutio à minori excomunicatione ſimplici Præsbytero denegatur 136 n. 43. *et ſeq.*

Exponitur textus in *cap. nuper de ſent. excom.* 137. 43.

Vide Verbo excommunicatio, ubi plura.

Simplex Presbyter a venialibus abſolvere non poteſt ex decreto Innoc. XI. 137. 44.

Acholytatus, Acholyti.

Acholyti dicti à ferendo 151. 45.

Acholyti ceroferarij. 151. 45.

Acholyti olim in miniſterio Patenam involutam detinebant 152. 45.

Officium hoc ſine ordine exerceri non poteſt 152. 46.

Alexandria.

De Urbe Alexandriæ. 76. 11.

Anachoreta.

De Anachoretis. 173. 23.

Anachoretorum quot ſint ſpecies? 173. 23.

Annuli.

Jus aureorum annulorum exponitur 160. 8.

Antiochia.

De Urbe Antiochiæ. 75. 5.

Laudatur Illuſtriſſimus D. Antonius Magliabechi decus, & ornamentum Reipublicæ literariæ 50. 13.

Apoſtaſia, Apoſtata.

Late agitur de Apoſtaſia 175. 49.

Apoſtaſia differt ab egreſſu illicito. 175. 49.

Apoſtaſia differt a fuga. 175. 50.

Apoſtaſia eſt completa diſceſſio à Religione. 175. 50.

Habitus retentio non excuſat ab Apoſtaſia. 175. 51.

Novitius non fit Apoſtata. 175. 52.

Fuga à Congregatione non eſt Apoſtaſia. 175. 52.

Appellatio.

A Delegato appellatur ad delegantem. 128. 39.

A Vicario foraneo appellatur ad Epiſcopum. 128. 40.

Appellatio à Pontifice ad Concilium.

Appellatio à Pontifice ad Cõcilium illicita eſt. 32. 16.

Hiſtoriæ, quæ de his appellationibus adducuntur, declarantur. 32. 16.

Appellationes, quæ videntur, erant ſupplicationes. 32. 16.

Appellatur à Pontifice malè conſulto ad me-

liùs conſulendum 32. 16.
Quę appellationes ità factæ narrantur, de facto, non de jure contigerunt. 32. 16.

Archidiaconus.

Archidiaconatus dignitas. 125. 9.
Archidiaconi officium. 125. 9.
Archidiaconus quoad authoritatem. 125. 11.
Archidiaconorum olim quanta temeritas? 125. 12.
Archidiaconorum vetus Jurisdictio conſuetudine eſolevit. 126. 24.
Archidiaconus quid Juris adhuc retineat? 126. 62.
Mortuo Epiſcopo, certo diebus Archidiaconus eſt Vicarius generalis. 120. 28.

Archipresbyter.

Archipresbyter primus Diaconorum. 125. 15.
Archipresbyter olim dicebatur protopapa. 125. 15.
Achipresbyter curam Animarum habebat. 125. 18.
Archipresbyter præſentatos inſtituebat. 125. 18.
Archipresbyter cognoſcebat de cauſis Matrimonialibus. 125. 18.
Archipresbyter Sacrum peragit ſolemne in abſentia Epiſcopi. 126. 29.

Ariſtocratia.

Ariſtocratia quid ſit? 63. 3.
Ariſtocratia eſt optimatum gubernatio. 63. 3.
Ariſtocratia erat Reſp. Spartanorum. 63. 3.

Arma.

Clericus arma gerere non poteſt. 187. 51.
Clericus arma gerens olim ipſo facto erat excomunicatus 487. 51.

Arrius hæreſiarca.

Arrius negabat, Filium Dei eſſe conſubſtantialem Patri. 23. 2. §. *Primum univerſale Concilium.*
Arriana hæreſis ſparſa ferè per totum Orbem. 23. 2. §. *primum univerſale Concilium.*
Arriana hæreſis proſtrata Concilii Nicæni primi decretis 23. 2. §. *primum univerſale Concilium.*

Aſcetæ.

Aſcetæ Monachi ſunt. 173. 23.
Aſcetarum clauſura. 176. 58.

Aſcemetæ.

Aſcemetæ erant Religioſi. 174. 31.

Auditor Sacri Palatii.

De Auditoribus Sacri Palatii 69. 40.
Hi Auditores olim Capellani. 69. 40.
His Pontifex ſupplicationes, quę illi porrigebantur, delegare conſuevit. 69. 40.

Auditores Rotæ.

Rotę Romanæ Auditores jure habituali ordinariam habent Juriſdictionem 69. 41.
Numerus horum Auditorum 69. 42.
Eorum congregatio quoad tempus 69. 41.
Hi Auditores, de quibusnam cauſis cognoſcant? 69. 43.

Auditor Cameræ.

De Auditore cameræ Apoſtolicæ multa adnotantur ſcitu digniſſima. 69. 45. *et ſeq.*
Auditoris cameræ officium 69. 46. *et ſeq.*
Auditoris cameræ juriſdictio 69. 46. *et ſeq.*

B

Baptiſmus ab infideli collatus.

Baptiſma in nomine Chriſti collatum an valeat? 9. 38.
Interpretatur de tali collatione Baptiſmi textus *in can. à quodam Judæo de conſ. diſt.* 4. 9. 39. §. *Nicolaus.*

Baptiſmus quoad effectum.

Baptiſmus non eximit a ſervitute 58. 4.
Interpretatur textus *in can. fraternitatem* 54. *diſt.* 58. 6.

Beguinæ.

De Beguinis. 174. 36.
Beguinæ poſſunt evagari. 177. 65.
Beguinarum duplex genus 177. 65.
Quædam Beguinæ Porrettum inſtitutricem habuerunt 177. 65.
Beguinæ aliæ ſic dictæ a S. Begga. 177. 65.

Beneficia quoad collationem.

Beneficia nondùm vacantia Pontifex poteſt conferre 11. 39. §. *Non obſtat etiam.*
Beneficia non ſunt temporalia. 117. 6.

Beneficia quoad vacationem.

Beneficium vacat poſt Clerici profeſſionem in Religione 175. 47.
An profeſſionē invalidam demonſtrans, recuperet beneficium? 175. 47.

Bigamia, bigamus.

Bigamia eſt Uxorum pluralitas. 167. 65.
Triplex Bigamia. 167 65.
Bigamia vera eſt, cum quis ſecundas nuptias contraxit 167. 66.
Bigamia interpretativa 167. 66.
An maritus uxorem adulteram cognoſcens ſit bigamus? 167. 67.
Bigamia ſimilitudinaria quid ſit? 167. 68.
Ex bigamia oritur irregularitas. 167. 69.

Brachium ſæculare.

De Brachio ſæculari implorando. 80. 49.
Brachium ſæculare quid ſit? 80. 50.

Reme-

Digitized by Google

Remedium hoc à ſæculari ſubminiſtrandum. 80 5. et ſeq.
Brachii ſæcularis imploratio differt à traditione facta Curiæ ſæculari 80.
Breve quid ſit?
Breve eſt ſcriptura modica in parvis conceſſa negotiis, quod in membrana ſcribitur. 37. 23.
Bulla, quid ſit?
Bulla in rebus gravioribus expeditur. 37. 22.

C

Canonicus quoad appellationem.
Canonici appellatio, unde profluxerit? ex Joachimo Stephano de Juriſdictione. 87. 10.
Aliter Azorius arbitratur 87. 15.
Canonici olim habebant Abbates. 128. 55.
Cardinalis S. R. Eccleſiæ.
Cardinalium dignitas. 50. 9. 120. 39.
Cardinalium variæ congregationes 50. 10.
Cardinalium declarationes 50. 10.
Cardinalium declarationes vim legis habent. 50. 12.
Cardinalium Dignitas una cum Eccleſia et nata eſt, et adolevit. 120. 40.
Cardinales quidam Epiſcopi, quidam Præsbyteri, quidam Diaconi. 120. 40.
De numero Cardinalium. 121. 40.
Privilegia Cardinalium. 121. 40. §. *ſupereſt.*
Cardinalis nomen antiqum. 121. 40. §. *pro coronide.*
Cathecheta.
Cathechetæ qui nam eſſent in Eccleſia? 152. 47.
Cenſus, quoad contractum.
Conditiones in Bulla Pii V. non omnes uſu receptæ. 57. 30.
Claves.
Clavium poteſtas quid ſit? 135. 37.
Clavium poteſtas quotuplex ſit? 135. 38.
Duplex clavium Poteſtas ordinis, et juriſdictionis. 135. 38.
Clauſura Monialium.
De clauſura Monialium. 176. 57.
Origo hujus clauſuræ. 176. 58.
Legis de clauſura moderationes. 177. 61.
Clerici quoad appellationem.
Clerici unde ſic dicti? 60. 2.
Clerici, quoad Calibatum.
Decretum de Cælibatu à quo factum fuerit? 65. 15.
Pontifex an diſpenſare poſſit in Voto caſtitatis quod Clerici in ſui ordinatione emittunt? 65. 19.
Clerici, quoad Ordinem.
Clerici conſtituuntur per tonſuram. 60. 14.
Clerici degradati, characterem retinent. 66. 24.
Clerici, quoad privilegia.
Vide verbo *Privilegium.*
Clerici non coguntur bonis cedere. 140. 22.
Nova interpretatio textus in cap. *pervenit.* 2. *de fidejuſſ.* 149. 23.
Clerici, quoad Fidejuſſionem.
Clerici fidejubere non poſſunt. 91. 72.
Si non fuerit oppoſitum, Clerici Fidejuſſio valet. 101. 72.
Clericus, quoad negotiationem.
Clericus per ſe negotiari non poteſt; ſed per alium permittitur negotiatio. 787. 50.
Vide verbo *negotiatio.*
Clerici, quoad Immunitatem.
Clerici exempti ſunt à laicorum Juriſdictione. 65. 22.
In Gallia Judices Regij in Clericos procedunt ex privilegio 65. 23.
Exemptio Clericorum eſt Juris divini. 66. 24.
Clerici incorrigibiles traduntur Curiæ ſæculari poſt degradationem. 66. 24.
De recurſu Hiſpanico ad Reges 66. 24.
Clerici Vaſſalli cauſa agitatur coram Domino Feudi 66. 24.
Judices ſæculares quibus mandatur juriſdictio in Clericos non procedunt proprio jure, ſed modo executivo 66. 24.
Interpretatur textus in cap. *ſignificaverunt de Judic.* 66. 24.
Clerici quoad incontinentiam.
Clerici concubinarii puniuntur 184. 24.
Privatio fructuum non eſt in uſu 185. 25.
Clerici quoad ludos.
Ludi Clericis quomodo prohibeantur? 185. 27. et 185. 32.
Clerici, quoad Tonſuram.
Clericus ad tonſuram obligatur 183. 17.
Tonſura debet eſſe in modum ſphæræ. 183. 7.
Abraſio capitis in modum ſphæræ nunc non obſervatur. 183. 18.
Tonſuram non deferre grave crimen eſt, ſi plura concurrant, de quibus 183. 18.
De ficta coma vulgo *Parucha.* 183. 19.
Multa eruditè de ficta coma traduntur. 174. 20. *& ſeq.*
Clerici, quoad veſtes.
Clericorũ veſtis debet eſſe demiſſa uſque ad talos. 182. 4.
Clericorũ veſtis olim erat colore amethyſtino. 182. 8.

Inter hæreticos, Clericus mutare habitum poteſt 183. 11.

Clericus ruri breviore habitu uti poteſt. 183. 12.

Penſionarii habitum gerere debent Clericalem. 183. 15.

Clerici, quoad ſtudia.

Clericus ſtudere legibus poteſt. 191. 73.

Adducitur Bulla Innoc. VIII. 191. 73.

Coadjutores.

Coadjutores quinam ſint? 113. in Tot.

Coadjutori locus eſt ob impedimentum 116. 1.

Impedimentum eſt ſtupiditas, amentia. 116. 2.

Impedimentum quoque eſt corporis impotentia 116. 3.

Refellitur Gonzales. 116. 3.

Dolor capitis aſſiduus eſt impotentia 116. 3.

Dari Coadjutores æquius eſt, quàm dignitatem auferre, 117. 8.

Apoſtoli coadjutores habuerunt. 117. 9.

Coadiutor à ſolo Pontifice datur. 117. 10.

Coadjutor datur etiam inferioribus Clericis. 117. 12.

Corepiſcopi erant coadjutores 117. 13.

Coadiutor Epiſcopi, quo ordine debeat eſſe inſignitus? 117. 14.

Coadiutor etiam ſola Tonſura initiatus eſſe poteſt. 117. 14.

Coadjutor cum futura ſucceſſione. 117. 15.

Ceſſante morbo ceſſat coadjutoria. 117. 15.

Coadjutor non poteſt conferre beneficia. 117. 15.

Coadjutor cum futura ſucceſſione quid poſſit? 118. 16.

Cardinalium declarationes de hac poteſtate. 118. 16.

Senſus Concilii Tridentini ſeſſ. 25. cap. 7. 118. 17.

Nunc coadjutor cum futura ſucceſſione quomodo detur? 118. 17.

Ob Coadjutorem Juriſdictio ad Capitulum non devolvitur. Interpretatur textus *in cap. pen. de ſuppl. negl. Prel. in 6.* 118. 17. *§. hoc traditur.*

Ob coadjutoriam Epiſcopus à reſidentia non liberatur. 118. 18.

Coadiutor ex proventibus Eccleſię alendus. 118. 18.

Coadjutoria an ſit beneficium, diſputatur. 118 18. *& ſeq.*

Coadiutor gaudet Privilegio fori. 118. 18.

Coadiutori indulgetur tempus evagandi cauſa. 120. 35.

Rectoribus Eccleſiarum quoque dantur coadjutores. 120. 37.

Coma.

Coma olim mittebatur à Principibus Romano Pontificii in ſignum obſequii. 84. 5. et ſeq.

Conſtantinus comam Juſtiniani, et Heraclii filiorum miſit Benedicto ſecundo. 84. 5.

Coma ficta an Clericis permiſſa? 183. n. 19.

Concilia Generalia, quoad rationem ea convocandi.

Rationes plures traduntur, cur expediat concilia congregare 22. 1.

Si ſpectetur maxima S. Pontificis poteſtas, nulla apparet neceſſitas Concilia generalia congregandi 31. 13.

Concilia generalia quandonam cæperint convocari? 122. 2.

Hic mos fuit Pontificius graviores cauſas agitandi in Conciliis 32. 18. *§. ſed reſpondeo.*

Concilia generalia, quoad ipſam convocationem.

Concilia generalia convocantur auctoritate Pontificis. 29. 6.

Concilia generalia convocari cur expediat, plures adducuntur rationes. 22. 1.

Concilia quando cæperint celebrari. 22. 2. *§. poſtquam.*

Concilia generalia convocantur auctoritate Pontificis. 29. 6.

Concilia generalia. Quot ſint, & quid ſtatuerint?

Concilia generalia hactenùs viginti fuerunt. 23. 1. *§. Concilia univerſalia.*

Concilium Nicænum primum hæreſim Arrianam proſtigavit. 23. 2. *§. primum univerſale Concilium.*

Concilium Conſtantinopolitanum primum Macedonii hæreſim damnavit 23. 2. *§. ſecundum generale.*

Concilium Conſtantinopolitanum primum fidei regulam efformavit. 23. 2. *§. ſecundum generale.*

Concilium Epheſinum celebratum eſt ſub Cæleſtino Primo 23. 2. *§. tertium generale.*

Concilium Epheſinum indictum eſt adverſus Neſtorium. 23. 2. *§. tertium generale.*

Concilium Epheſinum, Virginem Deiparam eſſe, damnato Neſtorio, declaravit. 24. 2. *§. tertium generale.*

Concilium Calcedonenſe Euthichianam hæreſim damnavit. Ejus narratur hiſtoria. 24. 2. *§. quartum æcumenicum.*

Concilium Conſtantinopolitanum ſecundum damnavit tria celeberrima capitula 25. 2. *§. quartum generale.*

Concilium idem Conſtantinopolitanum Platoni-

Digitized by Google

tonicum dogma de reminiſcentia reprobavit. 25. 4. §. *hinc in tractatu*.

Concilium hoc Origenis propoſitiones quaſdam falſas declaravit. 25. 4. §. *exponamus*.

Concilium Conſtantinopolitanum tertium in Trullo celebratum. 25. 4. §. *ſexta Synodus*.

Concilium hoc Monotelitas damnavit. *ibid.*

Concilij Nicæni ſecundi hiſtoria. 26. 4. §. *ſeptimum*.

In hoc Concilio Sacrarum Imaginum aſſerta eſt, et ab erroribus vindicata veneratio. *ibid.*

Concilium Conſtantinopolitanum quartum. 26. 4. §. *octavum*.

In hoc Concilio damnatus Photius. *ibid.*

Concilium Lateranenſe primum, ad pacem componendam indictum. 27. 4. §. *nonum Concilium*.

Concilium Lateranenſe ſecundum ad Schiſma tollendum, et adverſus hæreſes Petri Bruis, & Arnaldi Brixienſis celebratum eſt. 27. 4. §. *decimum Concilium*.

Concilium Lateranenſe tertium ad aliud ſchiſma tollendum, et alia maximi momenti decernenda convocatum eſt. 27. 4. §. *undecimum*.

Concilium Lateranenſe quartum, ſub Innocentio III. 27. 4. §. *duodecimum*.

Concilium Lugdunenſe 1. in quo depoſitus fuit Fridericus 2. Imperator. 27. 4. §. *decimum tertium*

Concilium Lugdunenſe 2. quo electioni Pontificiæ impoſterùm proſpicitur. 27. 4. §. *decimum quartum*.

Concilium Viennenſe, quo ordo Templariorum ſuppreſſus fuit. 28. 4. §. *decimum quintum*.

Concilii Piſani, et Conſtantienſis continuata hiſtoria. 28. 4. §. *utrumque*.

Concilium Florentinum, ubi Græci cum Latinis coaluerunt. 28. 4. §. *decimum octavum*.

Concilium Lateranenſe quintum ſub Julio 2. ad ſchiſma tollendum 28 4. §. *decimum nonum*.

Concilium Tridentinum adverſus Lutherum, et Calvinum hæreticos. 28. 4.

Concilia generalia reprobata.

Concilia reprobata ſunt Antiochenum anni 345. Mediolanenſe anni 345. Ariminenſe anni 600. Epheſinum anni 450. Conſtantinopolitanum ſub Leone Iſauro anni 728. Item aliud Conſtantinopolitanum anni 754. 29. 4. §. *poſt hæc*.

Concilia generalia partìm approbata, partìm reprobata.

Concilia partìm approbata, partìm reprobata ſunt hæc: Sirmienſe, Sardicenſe, Francofordienſe, Conſtantienſe, Baſileenſe. 29 §. *ultra hæc omnia*.

Concilia generalia, quoad auctoritatem ea indicendi.

Concilia generalia intimantur ſola Pontificis auctoritate. 29. 6.

Imperator ea indicere non poteſt propria auctoritate. 29. 6.

Imperator olim conſcius erat indictionis Concilii Generalis, & qua ratione? 29. 6.

Quid ſi Pontifex eſſet infidelis? 29. 7.

Quid ſi eſſet ſchiſma? 29. 7.

In his caſibus indicitur Concilium generale auctoritate futuri Pontificis. 29. 8.

Concilium generale, quoad ejus vim obligandi.

Concilium generale vim generalis legis ſortitur, ſecuta Pontificis confirmatione. 29. 9.

Concilium generale, an ſit ſupra Pontificem, latè diſcutitur. 29. 9.

Aſſertio demonſtratur ex loco Concilii Lateranenſis ſub Leone X. 29. 9.

Item ex eo, quod Pontifex mutat ea, quæ Generale Concilium ſtatuerit. 30. 9.

Item quia à Cõcilio appellatur ad Pontificem. 30. 9.

Item ex ipſis Conciliis generalibus conſtat, petitam approbationem fuiſſe à Pontifice. 30. 9.

Interpretantur textus, qui difficultatem pariunt in hoc articulo in *can. legimus* 93. *diſt. in Concilio Conſtantienſi Seſſ.* 4. §. *et primo* 30 9.

Item explicatur textus in *can. mandamus* 2. q. 1. *in can. ſancta diſt.* 8.

Pariter declaratur locus Synodi VIII. 32. 15.

Propoſitio damnata ab Alexandro VIII. 32. 19

Elegans hiſtoria de Concilii generalis confirmatione. 33. 22.

Concilium Nationale, & Provinciale.

Concilia Provincialia à Metropolitano convocantur. 33. 19. §. *etenim*.

Concilia nationalia à Patriarcha indicuntur. 33. 19. §. etenim.

Convocanda ſunt hæc Concilia ſub pœna ſuſpenſionis. 33. 19. §. *etenim*.

Concilia Provincialia quot annis celebrãda. 33. 22.

Id poſtea mutatum fuit. 33. 23.

Con-

Digitized by Google

Concilium Nationale, et Provinciale, quoad eorum confirmationem.
Concilia Nationalia, et Provincialia, ut vim habeant non indigent confirmatione ſedis Apoſtolicæ. 33. 20.
Adducitur ad hoc conſtitutio Sixti V. anni 1584. 33. 20.
Ex his tamen nonnulla confirmata fuiſſe, conſtat. 33. 27.
Exponitur textus *in can. de libellis diſt.* 20. Quæ nam ex his Conciliis fuerint cõfirmata ex hiſtoriis patet 33. 22.
Non tenetur ſuperior Concilii, peractam Synodum exhibere Magiſtratibus ſæcularibus. 33. 25.
Concilium Diæceſanum.
De Conciliis Diæceſanis ità jus eſt, ut quot annis celebrentur. 33. 24.
Concilia Diœcæſana mittenda non ſunt ad ſedẽ Apoſtolicam, ut recognoſcantur. 33. 25.
Id oſtenditur ex decreto Sacræ Congregationis. 33. 25.
Conclave.
Conclave quid ſit? multa ad electionem Pontificis ſpectantia. 84. 8.
Concubinatus, prohibitus.
Concubinatus Divino, naturali, & canonico jure prohibitus. 8. 35. *§. ad expediendum.*
Exponitur textus in *can. Chriſtiano.* 34. *diſt.* 8. 35.
Item interpretatur textus in *can. quod propoſuiſti* 32. *q.* 7. 8. 37.
Confirmatio.
De confirmatione Epiſcopi 97. 1. *et ſeq.* Vide verbo Epiſcopus *quoad confirmationem.*
Conſiſtorium
Conſiſtorium quid ſit. 69. 39.
Conſiſtorium duplex extraordinarium, et minus ſolemne. 69. 30.
Conſtantini Imperatoris converſio.
Converſio Imperatoris Conſtantini ad fidem quomodò contigerit? 22. 2. *§. poſtquam.*
Conſtantinopolis.
De Urbe Conſtantinopolis. 76. 12.
Conſtantinopolis ſecunda Roma 76. 12.
Conſuetudo, quid ſit?
Definitur conſuetudo. 53. 6.
In quo differat à ſtilo? 53. 6.
Conſuetudinum exempla pulcherrima, et quidem cognitu utiliſſima proferuntur 56. 18. *et ſeq.*
Conſuetudo quotuplex ſit?
Quædam conſuetudo dicitur præter Jus 53. 7.
Quædam conſuetudo eſt contra Jus 53. 7.
An detur conſuetudo ſecundum Jus? 53. 7.
Tentari poſſit hanc conſuetudinem præter Jus non dari. 53. 7.
Contra Jus conſuetudo cur poſſit introduci? 53. 8.
Conſuetudo, quoad tempus eam introducendi.
Quantum tempus ad conſuetudinem introducendam exigatur? 53. 9.
Conſuetudo præter Jus decennio inducitur. 53. 9.
Conſuetudo contra Jus inducitur per curſum annorum quadraginta. 53. 9.
Conſuetudinis requiſita.
Conſuetudo debet eſſe rationabilis 53. 10.
Conſuetudo an reddere poſſit de illicito licitũ? 53. 10.
Conſuetudo de re illicita à pœnis in foro externo excuſat 54. 10. *§. attamen.*
Conſuetudo à peccato non excuſat. 54. 10. *§. probatur* 2.
Interpretatur textus in *can. obiiciuntur.* 32. *q.* 4. 54. 12.
Item exponitur textus in *can. denique diſt.* 4. 54. 12. *§. obiicitur* 111.
Item declaratur textus in cap. ad Apoſtolicam de Simonia. 54. 12. *§. obiicitur* 5.
Nova ejuſdem textus interpretatio. 55. 14.
Conſuetudo vim habens, præſcriptionis ſine culpa non incipit. 55. 17.
Qui ſuccedunt iis, qui introduxere cum peccato cõſuetudinem, ſunt excuſabiles. 55. 17.
Conſuetudine an tolli poſſit decimarum ſolutio? 56. 17.
Conſuetudo traditionibus derogare non poteſt 56. 18.
Conſuetudo invalida eſt contra Fidem catholicam. 56. 18.
Conſuetudo ſine Principis conſenſu Legis non habet vigorem. 57. 35.
Conſtantini donatio.
Conſtantini donatio, defenditur. 67. 35.
Corepiſcopi.
De Corepiſcopis. 81. 57.
Chriſma.
Chriſmatis unctio in vertice baptizati non eſt Sacramentum. 33. 22.
Chriſmatis Sacramentum Presbyteri in Grecia conferebant. 133. 20.
Curiales.
Curiales quinam dicantur. 161. 14.
Curialis obligatur ad ratiocinia. 161. 15.
Curialis debet reddere rationem adminiſtrationis. 161. 16.

Cu-

Cuſtos.
De officio Cuſtodis. 130. 83.
In quo differat officium Cuſtodis ab officio Sacriſtæ? 130. 84.

D

Decanus.
Decani olim, qui ſepeliebant defunctos. 129. 67.
Decanus habet ſolum perſonatum in Collegiatis. 129. 68.
In Decanatu, an ſit dignitas, multùm operatur conſuetudo. 129. 69.
Decima.
Decimæ perſonales jam conſuetudine exoleverunt. 57. 27.
Decreta.
Decreta morum quid ſint? 66. 27.
Pontifex in Decretis morum jus habet. 66. 27.
Decreta morum recenſentur. 67. 31. *et ſeq.*
Democratia.
Quid ſit Democratia? 61. 1.
Democratia eſt populi imperium. 61. 1.
Democratia erat in Athenienſium Republica. 61. 1.
Quæ regulæ ſerventur in Democratia? 61. 1.
Roma Democratia regebatur. 61. 1.
Deformis.
Deformes ab ordinibus excluduntur. 168. 76.
Deformitas inducens irregularitatem debet eſſe notabilis. 168. 76.
Ad minores deformem Epiſcopus diſpenſat. 168. 77.
Delicta.
Delicta duplicis ſunt generis, Eccleſiaſtica, et temporalia 66. 26.
Denunciatio Evangelica.
Denunciatio Evangelica quid ſit? 78. 29.
Denunciationis Evangelicæ exemplum. 78. 30.
Denunciatio Evangelica jam penè exolevit, exceptis quibuſdam caſibus. 78. 30.
Denunciationis Evangelicæ effectus. 78. 33.
Denunciatione Evangelica prævia, Epiſcopus contractus corrigit. 79. 34.
Diaconatus, Diaconus.
Diaconus varias habebat appellationes. 139. 1.
Diaconus cur Levita dictus? 139. 2.
Notitia elegans hujus appellationis. 139. 2. *et ſeq.*
Diaconatus fuit à Chriſto inſtitutus. 139. 4. 5. *ita etiam docet.*
Diaconi quando nam fuerint electi? 139. 5.
Diaconorum numerus quis olim fuerit? 139. 6.
Diaconi olim menſis communibus miniſtrabant. 139. 5.
Diaconatus quandonam à Chriſto inſtitutus? 139. 7.
Diaconi quidam ità abuſivè dicti. 140. 8.
Pulcherrima diſtinctio traditur. 140. 8.
Nova interpretatio textus in *can. non oportet. diſt.* 93. 140. 9.
Diaconi functiones recenſentur. 140. 10.
Diaconi functiones, quæ adhuc permanent. 140. 10. §. *ut obſervat.*
Diaconiſſa.
De Diaconiſſis. 140. 11. et 177. 66.
Diaconiſſæ an eſſent ordinatæ? 140. 12.
Cataphrigæ hæretici ordinari Diaconiſſas ſunt arbitrati. 140. 13.
Diaconiſſarum officia. 140. 14.
Diaconiſſæ quando nam abolitæ? 140. 15.
Dignitas.
Dignitas, quid ſit? ejuſque variæ acceptiones. 125. 1. & *ſeq.*
Dignitatum quinque gradus. 125. 4.
Dignitas quænam præferatur? 125. 6.
Dignitatis ſigna. 125. 8.
Diſpenſatio, quid ſit?
Diſpenſatio eſt juris derogatio. 36. 4.
Diſpenſatio differt à Privilegio 36. 5.
Diſpenſatio quoad Perſonam diſpenſantem.
Poteſtate ordinaria jus habent diſpenſandi Pontifex, Epiſcopi, Prælati Religionum. 36. 6.
Abbates olim ad diſpenſandum auctoritatem ab Epiſcopis accipiebant. 36. 7.
Abbatiſſæ diſpenſare non poſſunt in ſpiritualibus 36. 8.
Diſpenſatio, quoad materiam.
Diſpenſare quilibet in ſuis legibus poteſt 36. 9.
Diſpenſare Pontifex in Jure Divino nequit. 36. 9.
Pontifex in voto, & juramento diſpenſat. 36. 9.
Pontifex diſpenſat in radice matrimonii. 36. 9.
Pontifex diſpenſat in Conciliis generalibus. 39. 9.
Quid ſit diſpenſare in radice matrimonii? 36. 10.
An Pontifex ſine cauſa diſpenſare valeat? 36. 10.
Epiſcopi quibus in rebus diſpenſare poſſint? 37. 15. 16.
Divinatio.
Divinatio per ſortes an permiſſa? 11. 39. 5. *quid verò dicendum.*

Divi-

Divinatio per ſortem Apoſtolorum, quomodo licita? 11. 39. §. *quid verò dicendum*.

Dominium, quid ſit, & quotuplex.

Dominium eſt poteſtas diſponendi de re aliqua 68. 37.

Dominium dividitur in dominium poſſeſſionis, uſusfructus, et proprietatis. 68. 37.

Dominium habet aliam diviſionem, ut aliud ſit civile, aliud naturale. 68. 37.

Dominium jure Quiritario quale ſit? 68. 38.

Dominium aliud directum, aliud indirectum. 68. 38.

Donatio rei Eccleſiaſtica.

Donatio rei Eccleſiaſticæ Epiſcopo quandonam permittatur? 10. 30. §. *expendebatur*.

Donatio rei modicæ Epiſcopo permittitur. 10. 39. §. *expendebatur*.

Dyptica.

Dypticæ Eccleſiæ quid eſſent? 140. 10.

E

Eccleſia, quid ſit?

Eccleſia eſt Fidelium congregatio 63. 8.

Eccleſia triumphans quid ſit? 63. 7.

Eccleſia militans. 63. 7.

Eccleſiam viſibilem eſſe negant hæretici. 63. 8.

Oſtenditur viſibilem eſſe Eccleſiam. 63. 8.

Electio Pontificis:

Electio Pontificis olim quomodo fieret? 84. 3.

Uſurpatum olim, ut electio Pontificis ab Imperatore confirmaretur, et quomodo? 84. 4.

Confirmatio Pontificiæ electionis quando ſublata? 84. 6.

Electio Pontificis ſpectat liberè ad Cardinales S. R. E. 84. 7.

Exponitur textus in *can. in nomine diſt.* 23. 84. 7.

Electio in Conclavi facienda eſt, et quo modo? 84. 8.

Electio in conclavi quibus regulis temperata ſit? 84. 8.

Electio in conclavi continet anteſcrutinium, ſcrutinium, & poſt ſcrutinium, 85. 8. §. *duo ſunt*.

Electio per adorationem. 89. 33.

Eligendus eſt Pontifex è gremio Cardinalium. 90. 1.

Non cadit electio Pontificis in Hæreticū. 90. 1.

Non cadit in ſimoniacum. 90. 2.

Non cadit in mulierem. 99. 2.

Fabula de Joanna VIII. confutatur. 90. 3.

Electio Epiſcopi.

Electio præfertur ſucceſſioni. 83. 1.

Jure hæreditario ſuccedere in beneficiis corruptela eſt. 83. 1.

Electio eſt diſpenſatio. 83. 1.

Electio Epiſcopi olim ſpectabat ad Pontificem 86. 8.

Electio Epiſcopi à Clero, & populo quandonam fieri conſueverit? 86. 9.

Quandonam Clerus, et populus deſtiterint eligere Epiſcopum? 86. 9.

Conſenſus Principis an electioni Epiſcopi debeat accedere? 86. 9.

Epiſcopi à ſolo Clero, excluſo populo, eligi cæperunt. 86. 9. §. *igitur*.

Epiſcopi electio poſt Regulam ſecundam Cancellariæ. 86. 10.

Hodie Epiſcoporum electiones ſunt velut Jus Patronatus. 86. 11.

Electio juxta Concordata. 87. 13.

Electio Epiſcopi per ſcrutinium. 87. 17.

Electio an noctu fieri poſſit? 87. 19.

Diſputatur an in paritate votorum Canonici ad novam Electionem proſilire valeant? 87. 20.

Scrutinium in collatione inferiorum beneficiorum locum non habet 88. 25.

Electores omiſſo digniore eligere non poſſunt minus dignum. vide multa ad rem 88. 23. & ſeq.

Electio per compromiſſum 88. 26.

Electio per inſpirationem. 89. 32.

Electio per adorationem. 89. 33.

Illegitimus non eligitur in Epiſcopum 92. 19.

Illegitimus occultus an eligi poſſit? 92. 21.

Ætas ad electionem. 92. 22.

In Gallia ætas eſt. 27. annorum 92. 22.

Jure communi annorum trigita eſt ætas legitima ad Epiſcopatum. 92. 22.

Epiſcopus eligendus non debet eſſe illiteratus. 92. 22.

Electio per poſtulationē vide *Poſtulatio*.

Emptio, quoad bonam fidem.

Emptor deceptus quomodo dicatur? 9. 38. §. *obiicitur* 5.

Emptor quandonam læſus dicatur? 9. 38. §. *obiicitur* 5.

Emptorem venditor decipiens, peccat. 10. 38. §. *bis ſuppoſitis*.

Emptori decepto, venditor tenetur ad reſtitutionem. 10. 38.

Emptori reſtitutio facienda etiam ſi læſus fuerit intra dimidium 10. 38. §. *bis ſuppoſitis*.

Emptore decepto intra dimidium, locus eſt denunciationi Evangelicæ. 10. 38. §. *bis ſuppoſitis*.

Epi-

Digitized by Google

Epiſcopi, quoad nomen, et electionem.
Epiſcopatus in vico inſtitui non poteſt. 77. 23.
An olim evenerit ut Epiſcopi reſiderent in vicis? 77. 23.
Epiſcopatus à Summo Pontifice erigendus 78. 25.
Epiſcopi ſunt Apoſtolorum ſucceſſores, et quomodo tales dicantur? 6. 24.
Epiſcoporum exempla, qui immediatè ſucceſſerunt Apoſtolis. 6. 26.
Epiſcopi ſucceſſerunt Apoſtolis quoad Epiſcopale munus. 6. 27. & pag. 64. 13.
Epiſcopi olim Pontifices dicebantur. 64. 10. & 77. 22.
Dicebantur etiam Sanctiſsimi. 77. 22.
Vide electio Epiſcopi *ſupra*.
Epiſcopi electi debent examinari quoad literaturam; & quomodo? 92. 23. & *ſeq.*
In Gallia quomodo fiat examen Epiſcoporum? 92. 25.
Non eſt nulla electio ſi ſpes adſit futuræ literaturæ. 93. 26.
Epiſcopi, quoad confirmationem.
Epiſcopi confirmatio requiritur. 96. *in Tit.*
Quid præcedere debeat confirmationem? 96. 1.
Prærequiritur acceptatio electionis. 96. 2.
Acceptationis vis. 7. 3.
Tres menſes dantur ad petendam confirmationem. 97. 6.
Confirmatio petita non ſolet denegari. 97. 10.
Superiori ad cōfirmationem concedēdam nullum eſt tempus præfinitum 97. 11.
Confirmatio olim in Conciliis petebatur 97. 13.
Nunc ſpectat confirmatio ad Pontificem 97. 14.
Confirmatio prærequirit proceſſum. 97. 15. & *ſeq.*
Effectus confirmationis eſt matrimonium ſpirituale 97. 17.
Confirmatus Epiſcopus exercere poteſt quæ ſunt juriſdictionis. 97. 20.
Diſputatur, an Epiſcopus ſolum confirmatus conferre poſſit facultatē Ordinis conferendi, & vaſa ſacra benedicendi? 98. 22.
Epiſcopi, quoad conſecrationem.
Forma conſecrationis extrinſeca à quonam traditur? 65. 15.
Epiſcopatus eſt de Jure Divino quoad Ordinē. 77. 21.
Niſi intra tres menſes petatur conſecratio, fructus amittuntur. 100. 2.
Hæc fructuum amiſſio conſuetudine exolevit. 100. 2.
Ante conſecrationem proceſſus efformatur. 100. 3.
De hoc proceſſu ſingularia traduntur. 100. 4.
Epiſcopus in ſui conſecratione jurat viſitare limina Apoſtolorum. 100. 4
Ubinam facienda ſit conſecratio? 100. 5. 8. *ita docet*.
Tempus conſecrationis eſt Solis dies. 100. 6.
Octava conſecrationis celebranda. 100. 6.
Miniſtri conſecrationis 100. 7.
Hodie quis miniſter ſit conſecrationis? 101. 8.
Simplex Sacerdos conſecrare nequit Epiſcopū. 101. 10.
An unus ex pluribus miniſtris ſit conſecrator? 101. 10.
Gregorius XIII. indulſit Patriarchæ Ethiopię, ut unus conſecrator ſufficeret. 101. 13.
Pius V. ſimile fecit indultum. 101. 14.
Subſtantia conſecrationis 101. 15. *et ſeq.*
Solemnitates conſecrationis. 102. 21. *et ſeq.*
Diſputatur, an Epiſcopatus ſit ab omni alio ordine diſtinctus? 103. 23.
Epiſcopi, quoad Poteſtatem.
Epiſcoporum poteſtas quoad modum, et ordinem inſtitutionis pendet à Summo Pontifice. 6. 27. 5. *hæc omnia*.
Olim Epiſcopi juriſdictionem exercebant etiā in Laicos. 78. 26.
Epiſcopi poteſtas ex lege Juriſdictionis. 78. 27.
De cauſis ſpectantibus ad Epiſcopum. 79. 35. *et ſeq.*
In quibus cauſis diſpenſet Epiſcopus? 79. 39.
Epiſcopus eſt inquiſitor Ordinarius. 79. 40.
Epiſcopus habere poteſt familiam armatam. 70. 47.
Epiſcopus habet Fiſcum. 79. 45.
Epiſcopus habet carcerem. 79. 80.
Epiſcopus implorare poteſt Brachii ſæcularis auxilium. 80. 49.
Epiſcopus curare debet ultimarum voluntatū exequutionem. 80. 53.
Epiſcopus negligentem executorem cōpellere poteſt. 81. 84.
Epiſcopus diſpenſare non poteſt cum illegitimo. 165. 58
Epiſcopus deformem ad minores diſpenſat. 168. 77.
Epiſcopi, quoad tranſlationem, & renunciationem.
Vide verbo *Tranſlatio*.
Olim Eccleſia à tranſlationibus rigidiſsimè abſtinuit. 111. 3.
Olim ambiguum ad tranſlationem an requireretur Pontificis aſſenſus? 111. 4.
Epiſcopus, quoad obligationem.
Epiſcopi olim quædam munera Romano Pontifici

Digitized by Google

tifici mittebant. 56. 23.
Epiſcopi curare debent ultimarum voluntatũ executionem. 80. 53.

Equitum Ordines.

Ordo Equitum D. Stephani. 171. 1.
Hic Ordo commendatur. 171. 1.
Alii Ordines Equitum recenſentur. 172. 4. & *ſeq.*

Relligioſorum Ordines.

Varii Relligioſorum Ordines recenſentur. Vide verbo *Relligio*. 171. 12.

Euchariſtia.

Una ſpecies cum altera à Sacerdote ſumenda. 4. 38. §. *poſtremò Gelaſius*.
A Laicis Euchariſtia ſub una ſpecie ſumenda. 66. 25.

Exarcha.

Exarcha quis ſit, fueritque olim? 76. 10.
Ad Exarchas ſpectat textus in *can. Judices* 11. q. 1. 76. 10.

Excomunicatio.

Excomunicatio inflicta ab hæretico timenda non eſt! ità accipitur textus in *can. cui eſt illata* 11. q. 3. 24. 4.
Excomunicatio minor an tolli abſolutione poſſit per ſimplicem Preſbyterum? 135. 32.
Negativa ſententia defenditur. 135. 33.
Abſolutio ab excommunicatione requirit Juriſdictionem. 135. 34.
Abſolvere ab excomunicatione laicus non poteſt. 135. 35.
Excomunicatio minor, ab homine non infligitur. 136. 42.
Excomunicatio minor incurritur vi legis. 136. 42.
Olim multis in caſibus excomunicatio minor incurrebatur. 136. 42.
Olim excomunicatio minor in pænam culparũ venialium incurrebatur. 136. 42.
Laicus non abſolvit à minori excomunicatione 136. 42. §. *obiicitur primo*.

Executor teſtamenti.

Quotuplex ſit teſtamenti executor 81. 54.
Negligentem executorem Epiſcopus cõpellere poteſt 81. 55.
Executor piæ voluntatis eſt Epiſcopus. 81. 55.

Exorciſta.

Exorcizandi facultas quoad Clericos Epiſcopo reſervata fuit. 56. 14.
Olim omnes Chriſtiani exorcizabant. 151. 41.
Exorciſtæ olim dicti Thurarii. 151. 42.
Officium exorciſtæ. 151. 41.
Varii exorciſmorum ritus. 151. 44.
Olim tempore divinorum officiorum Dæmones expellebantur, 151. 44.
Formula exorciſmi. 151. 44.

F

Fama.

Nemo tenetur ſe prodere cum Famæ ſuæ jactura. 11. 40.

Forum.

Sortiri forum, et ſubiici legibus paria ſunt. 149. 22. §. *obiicitur* 3.
Hoc axioma quomodo intelligatur? 149. 22. §. *pro reſponſione dicendum*.

G

Gratia.

Gratias expectativas ſolus Pontifex confert. 65. 18.

Gubernator Urbis.

Gubernator Urbis quis ſit? 69. 47.
Gubernator Urbis eſt Vicecamerarius. 69. 47.
Gubernatoris Urbis munus conſiſtit in ſæculari regimine Urbis 69. 47.
Gubernator Urbis habet merum, et mixtum imperium. 69. 48.

H

Hjerarchia.

In Eccleſia eſt Hierarchia. 145. 8.

I

Jeruſalem.

De Civitate celeberrima Jeruſalem multa eruditè traduntur. 77. 13. & *ſeq.*

Illiteratus.

Tamquam Illiteratus non excluditur ab Epiſcopatu ille, qui ſpem præbet futurę ſcientię. 93. 26.

Immunitas, quoad loca.

Immunitas localis ob reverentiã Deo debitam ſtatuta. 11. 39 §. *ſed hæ ſunt*.
Immunitas localis non præbet delinquendi aditum. 11 39. §. *ſed hæ ſunt*.

Immunitas localis, quandò non cõpetat?

Immunitas localis non competit mutilantibus, vel occidentibus in Eccleſia 11. 39. §. *ſed hæ ſunt*.

Imperium, Imperatores.

Par inparem non habet imperium. 129. 48.
Imperii translatio. 70. 53.
Imperatoris electio. 70. 53.

Im-

Digitized by Google

Imperator, quomodo Subdiaconus dicatur? 143. 14.
Imperatores depoſiti. 70. 55.
Imperio vacante Pontifex ejus eſt vicarius. 72. 59.

Imperium, ſeu Juriſdictio.

Merum Imperium quid ſit? 80. 47. & ſeq.

Infames.

Excluditur infamis ab Epiſcopatu. 93. 28.
Quotuplex infamia? 93. 31.
Infamia Juris quæ nam ſit? 163. 31.
Infamia facti. 163. 32.
Infames ſecundum Leges, ſunt infames ſecundum Canones. 163. 35.
Infamia inducit irregularitatem. 163. 35.

Infideles non ſunt in Eccleſia.

Infideles hęretici,licet non ſint Eccleſia, tamen eſſe debent.
Infideles non baptizati, an poſſint excommunicari? 42. 36.

Inquiſitor.

Inquiſitoris ætas in Hiſpania. 92. 22.

Interſtitia.

Interſtitia, quid ſint? 156. 20.
Interſtitia in minoribus ordinibus. 156. 21.
In interſtitiis quoad minores ordines ab Epiſcopo diſpenſatur. 156. 21.
Apud Gręcos nulla interſtitia obſervantur. 156. 22.

Inventarium.

Inventarium ſit tempore conſecrationis. 104. 31.
Inventarium hoc quid continere debeat? 104. 31.

Irregularitas, Irregularis.

Clericus medicus, aut chirurgus,eſt irregularis. 164. 41.
Judex ſcribens ſententiam ſanguinis,eſt irregularis. 164. 45.
Iteratio baptiſmi inducit irregularitatem. 164. 48.
Uſurpans ordinem eſt irregularis. 164. 49.
Violatio cenſuræ inducit irregularitatem. 164. 50.
Irregularis ab Epiſcopatu excluditur. 93. 27.
Conſulens mutilationem,an ſit irregularis? 163. 36.
Mutilans cadaver an ſit irregularis? 163. 37.
Proximum non defendens non eſt irregularis. 164. 38.
Dentes excutiens non ſit irregularis 164. 39.
Caſuale homicidium non inducit irregularitatem. 164. 40.
Olim ſolus excommunicationis abuſus inducebat irregularitatem. 164. 150.

Juramentum.

Juramentum includit conditionem, ſi res in eodem ſtatu maneant. 20. 25. §. *ſupra tradita.*
In juramento quandoque diſpenſatur. 20. 25. §. *parum obſtat.*
In quo conſiſtat hæc diſpenſatio, ſeu remiſſio Juramenti? 20. 26. §. *difficilius.*
Remiſſo Juramento non tollitur obligatio, & quomodo? 20. 26. §. *difficilius.*

Jus Canonicum, quoad appellationem.

Jus canonicum aliquãdo dicitur Jus Divinum. 7. 28.
Jus canonicum à voce græca *Κανων*. quaſi norma, et regula. 7. 29.
Jus Canonicum neglectum à Luthero. 7. 30.
Decretum Gratiani quid ſit? 12. 40.

Jus Canonicum, quoad ejus perfectionem.

Jus Canonicum nihil mortiferum continet. 7. 32.
Jus Canonicum ad vitam refertur æternam. 7. 32.

Jus Canonicum, quoad ejus collectionem.

Canones primus collegit Dionyſius Exiguus 12. 40.
Canonum collectio à Dionyſio facta dono data fuit ab Adriano I. Carolo magno. 12. 40.
Canonum alia Collectio facta à Fulgentio Ferrando. 12. 40.
Canones item collecti à Martino Bracarenſi Epiſcopo. 12. 40.
Canonum collectio alia Iſidori Hiſpalenſis. 12. 40.
Canones optimè digeſſit Gratianus. 12. 40.
Canones à S. Raymundo collecti,et confirmati à Gregorio IX. 12. 41.

Jus Canonicum, quoad ejus autoritatem.

Decretum Gratiani, an ſit approbatum à Pontifice? 12. 41.
Decretum Gratiani non eſt approbatum. 12. 41.
In decreto Gratiani omnia redigenda ſunt ad ſuam originem, ſi Canon Concilii Generalis eſt,hic pollet auctoritate. 12. 41.
Jus canonicum per omnem orbem auctoritate pollet. 12. 44.

Jus Canonicum, quoad ejus Citationes.

Palea quid ſignificet in Decreto Gratiani? 12. 42.

De Paleæ ſignificatu pulcherrima hiſtoria. 12. 42.
Gratiani Verba, an canonum appellatione fruantur? 12. 42.
Canonis nuncupatione gaudent Gratiani verba, eo quod Bononiæ ſic invaluit. 12. 43.

Jus Canonum, quoad obligationem.
Jus canonicum ipſos obligat infideles 41. 33.
Hoc latè probatur. 41. 33. & n. ſeq.
Jus canonicum obligat etiam Laicos 60. 15.
Jus naturale, quoad eſſentiam ejus, et obſervantiam.
Jus naturale divinum eſt; et quomodo? 14. 8.
Jus naturale procedit à Deo. 15. 8.
Jus naturale lædens, peccat in Deum. 15. 9.
Jus naturale intrinſecam habet rationem honeſtatis. 15. 9.
In hoc jure ne ipſe quidem Deus diſpenſat. 15. 10.
Jus naturale in duas tabulas diviſum. 15. 10.
Sotus putat Deum in præceptis primæ tabulæ poſſe diſpenſare. 15. 11.
Jus naturale quinam Philoſophi negarunt? 15. 11. §. ad uberiorem.
Horum Philoſophorum argumenta. 15. 12.
Jus naturale ſolius hominis proprium. 15. 13.
Jus naturale eſt immutabile. 18. 13.
Jus naturale continent Præcepta Decalogi. 18. 14.
Jus naturale variationi obnoxium non eſſe probatur. 19. 15.
Pithagorici variationem admittentes confutantur. 20. 15. §. obiicitur 1.
Ex variis circumſtantiis variat jus naturale. 20. 15. §. Sed nihil.
Jus poſitivum, quid ſit?
Jus poſitivum Divinum quomodo dicatur? 15. 14.
Jus poſitivum dicitur quod juri naturali adjectum, et poſitum eſt. 16. 14.
Vallenſis definitio reiicitur. 16. 14.
Jus privatum.
Ius privatum quid ſit? 52. 1.
Jus publicum.
Jus publicum quoad res ſacras. 52. 1.

L

Laboratores.
Laboratores quinam eſſent in Eccleſia? 152. 47.
Laici, quid ſint?
Laici undè ſic dicti? 60. 12.
Laici à Lapide ſic appellati. 60. 12.
Laura.
Lauræ ſunt cœnobia. 173. 25.
Lauræ ubinam ſint? 173. 26.
Lectoratus, Lectores.
Lectores quinam apud Ethnicos? 150. 32.
Lectores ordinantur ad lectiones ſacras pronunciandas. 150. 33.
Julianus, poſtea Apoſtata, inter Clericos cooptatus divinos libros lectitavit. 150. 33.
Huncordinem Chriſtus D. inſtituit. 150. 34.
In Sinagoga erant lectores. 150. 35.
Pſalmiſtatus in Lectoratu continetur. 151. 36.

Legitimatus, legitimatio.
An definat eſſe irregularis? 165. 54.
Legitimati à Principe ſæculari ſunt adhuc irregulares. 165. 54.
Modi quot ad legitimandum ſecundum Canones? 165. 55.
Religio modus eſt legitimandi. 165. 55.
Item et ſubſequens Matrimonium eſt modus legitimandi. 165. 56.
Item et diſpenſando in radice matrimonii. 165. 57.
Item et cum Pontifex diſpenſat. 165. 58.
Modi à Jure civili præſcripti ad legitimandū 165. 58.
Legitimatio eſt ſtricti Juris 165. 59.
Legitimatio ad unum effectum, non extenditur ad alium. 166. 59. §. probatur tertio.
Ad legitimationem inſtrumenta dotalia non requiruntur. 166. 60.
Legitimatio requirit Juriſdictionem. 166. 61.
Lex, quoad poteſtatem eam ferendi.
Legiſlativa poteſtas in Eccleſia relicta à Chriſto Domino 5 n. 20.
Legiſlativam poteſtatem Eccleſia ſemper adhibuit. 5. n. 21.
Legiſlativæ poteſtatis exercitæ exempla plurima 5. 21. 25.
Lex duplicem habet ſtatum. 14. 4.
Lex et ſtabiliri à Legiſlatore debet, et ſubditis proponi. 14. 4.
Lex æterna, quoad ejus eſſentiam.
Lex æterna fons eſt omnium legum. 13.
Lex æterna definitur. 13. 1.
Lex æterna à quibuſdam negatur. 13. 1.
Legem æternā ipſi Gentiles agnoverunt. 14. 1.
Lex æternæ perfecta eſt, utpotè in mente divina ab æterno ſtabilita. 14. 5.

Lex

Digitized by Google

Lex æterna, quoad ejus promulgationem.

Lex æterna quomodo promulgata dici poſſit? 14. 3.

Lex æterna promulgata fuit per rationis dictamen. 14. 4.

Lex æterna, quoad cauſam aliarum legum.

A Lege æterna promanat Jus humanum. 14. 6.

Proxima Juris humani derivatio a lege æterna quænam ſit? 15. 7.

Lex Moſaica.

Legis Moſaicæ præcepta. 18. 21.

De neceſſitate legis Moſaicæ locus elegans D. Ambroſii. 16. 15.

Legi moſaicæ Judæi ſubiiciuntur. 43. 37.

Lex Moſaica quando nam lata fuerit. 16. 15. *verſ. cum enim.*

Moſaicæ Legis an ſimplex promulgator Moyſes fuerit? 16. 16.

Defenditur, indiſpenſabiliter Moſaicam Legẽ obſervandam fuiſſe. 17. 16.

Lex Moſaica, quando nam ceſſaverit? 17. 16. *§. hæc verba.*

An ceſſaverit in ipſo obitu Chriſti D? 17. 17.

Reliquiæ Legis moſaicæ cur obſervatæ initiis Eccleſiç? 18. 19.

Lex Gratiæ, ſeu Evangelica, quoad appellationem, & quoad obligationem.

Lex Evangelica, dicitur Lex gratiæ, & Lex nova. 17. 16. *§. Hæc nova.*

Lex Evangelica dicitur novum teſtamentum. 17. 16.

Lex Evangelica in quonam differat à Lege veteri? 17. 16.

Lex nova, an cæperit obligare ſtatim à morte Chriſti? 17. 17.

Lex nova quoſdam obligavit ſtatim ab obitu Redemptoris, quibus promulgatum erat Evangelium. 17. 17.

Lex nova omnes cæpit obligare a die Pentecoſtes. 17. 17. *Verſ. at verò,*

Legem novam an Gentiles obſervare obligentur. 18. 19.

Initio Eccleſiæ cur aliquid ex Lege Moſaica obſervatum? 18 19.

Lex Canonica, quoad auctoritatem.

Lex Canonica ipſos obligat infideles. 41. 32.

Lex Canonica obligat hæreticos. 41. 33.

Lex Canonica obligat Judæos. 41. 34.

Lex Canonica ſuam protendit auctoritatem etiam in Paganos, et Saracænos. 41. 35.

Eccleſia judicat de his, qui ſunt in Eccleſia, vel eſſe debent in Eccleſia. 41. 36.

Locus elegans Concilii Tridentini, et ſenſus ejus traditur, rejecto Fagnano. 41. 37.

Ut infideles ſacris Canonibus ligentur debet materia illis congruere. 41. 37. *§. ſed facilè.*

Limina Apoſtolorum.

Quid ſit viſitare limina Apoſtolorum? 200. 4. *§. unuſquiſque.*

Literatura.

In Epiſcopis neceſſaria. 95. 25.

Literatus cenſetur, cum ſpes eſt Futuræ literaturæ. 95. 26.

Literatura congrua in Clericis neceſſaria. 154. 6.

Olim omnes Sacerdotes Canones perdiſcebant 154. 6.

Quæ literatura in ſingulis ordinibus neceſſaria ſit? 157. 29.

Exponuntur varii textus de Literatura. 157. 30. *et ſeq.*

Ludi.

Ludi diverſi. 185. 26.

Clericis prohibentur ludi. 185. 27.

Torneamenta, haſtiludia Clericis prohibentur. 185 30.

Clerici, ſi abſit ſcandalum, ludis honeſtis poſſunt ſe recreare. 185 31.

Ludere honeſtè poſſunt etiam de fructibus beneficii. 185. 32.

M

Matrimonium ſpirituale.

Quandonam matrimonium ſpirituale contrahatur per Epiſcopum cum ſua Eccleſia? 97. 17. *et ſeq.*

Annulus eſt ſignum Matrimonii ſpiritualis.

Matrimonium ſpirituale diſſolvitur per translationem. 110. 1.

Variæ opiniones adducuntur. 110. 2.

Matrimonium ſpirituale cur fortius carnali? vera, & nova expoſitio. 111. 2.

Matrimonium Spirituale, ut diſſolvatur cauſam, et auctoritatem Pontificiam requirit. 111. 3.

Matrimonium carnale ratum unius voluntate Religionem ingredientis ſine alia cauſa diſſolvitur. 111. 1.

Matrimonium carnale, quoad conſenſum Patris.

Matrimonium ſine conſenſu patris ſubſiſtit. 7. 31.

Matrimonium ſine conſenſu Patris quando im-

improbatum? exemplis hiſtoricis declaratur 7. 32.
Matrimonium ſine conſenſu Patris cur validum declaratum fuerit a Concilio Tridentino? 8. 35.
Matrimonium ſine conſenſu Patris contrahere non licet 8. 35.

Matrimonium, quoad impedimenta.

Conſuetudine introduci poteſt aliquod impedimentum. 57. 26.
Impedimentum diſparitatis cultus introduxit conſuetudo 57. 26.
Olim uſque ad ſeptimum gradum protendebatur impedimentum cognationis, nunc uſque ad quartum 66. 25.
Impedimentum clandeſtinitatis. 66. 25.
Matrimonii denunciationes Vicarius remittere non poteſt. 127. 35.

Matrimonium, quoad cauſam Judicialem.

Matrimonii cauſæ ſpectant ad Epiſcopum. 79. 36.
Matrimonii cauſa etiam incidens ſpectat ad forum Eccleſiæ. 79. 36.

Matrimonium, quoad diſpenſationem.

Diſpenſat Epiſcopus in impedimentis non dirimentibus. 79 39.
Hæc diſpenſatio ei competit ex conſuetudine. 79. 39.

Monachi.

Ordinari Monachi non poterant. 162. 25.
Monachi olim decimas ſolvebant. 162. 25.
Monachi exempti fuerunt à Paſchaſio Pontifice. 162. 25.
Quarto ſæculo Monachis ordinatio permiſſa 162 25.
Exponitur recondita eruditione textus in *can.* 6. *Concilii Calcedonenſis*. 162. 26
Clericus olim ordinabatur etiam ad titulum Monaſterii. 162. 28.
Pulcherrima expoſitio textus in *cap. ult. de Stat. Monach.* 162. 29.
Monachi quandonam ſpolio ſubjaceant? 186. 43.

Monarchia, quid ſit, & quotuplex?

Quid ſit Monarchia? 63. 4.
Quotuplex ſit Monarchia ex Volaterano 63.4.
Imperator an ſit mundi Dominus, & Monarcha univerſalis? 63. 5.

Monarchia Eccleſia.

Eccleſiæ convenit Monarchia. 63. 6.
Rationes, cur Monarchicum debet eſſe regimen Eccleſiæ. 63. 6.

Moniales, quoad conſecrationem.

Quid ſit conſecrari Moniales? 134. 29.
Diſtincta eſt conſecratio à profeſſione. 134. 30.
In quo conſiſtat conſecratio Monialis? 134 31.
Solus Epiſcopus conſecrat Moniales. 135. 31.
Ex privilegio Sedis Apoſtolicæ etiam ii, qui carent ordine Epiſcopali conſecrant Moniales. 135. 31. §. *Illud inter hæc.*

Moniales, quoad Clauſuram.

Vide in Verbo *Clauſura*.

Mulieres, quoad ordinet.

Mulieres ordinari non poſſunt. 167. 70.
Mulieres incapaces ſunt ordinis. 167. 70.

N

Negotium, Negotiator.

Clericus negotiari non poteſt. 185. 32.
Acquiſita ex negotio cadunt ſub ſpolio. 185. 33.
Quænam Clericis permiſſa negotiatio? 187. 46.
Clericus ex artificio lucrari poteſt. 187. 46.
Quid ſit propriè mercatura. 187. 48.
Ex bonis patrimonialibus negotiari per alium Clericus poteſt. 186. 48.
Adducitur ad hoc declaratio Cardinalium. 187. 50.

Notorium.

Notorium delictum quale nam ſit? 163. 31.
Notorium quotuplex ſit? 163. 31.
Notorium facti quomodo inducatur? 163. 32.

O

Objectum diſciplinæ.

Objectum cujuſque diſciplinæ eſt, quod ſe offert tractandum. 58. 1.
Objecta Juris ſunt Perſonæ, res, et actiones. 58. 1.

Oblatio Paterna.

Oblatio paterna filii in Relligione. 178. 82.
Talis oblatio an filium faceret religioſum? 178. 82.
Oblatio Paterna quandonam ceſſaverit, eruditè exponitur. 178. 84.

Occaſio delinquendi.

Occaſio delinquendi ob majus bonum non attenditur. 11. 39. §. *Sed hæ ſunt*.

Officium Judicis.

Officium Judicis differt ab actione. 79. 33.
Officium Judicis facti eſt. 79. 34.
Ab Officio Judicis non appellatur. 79. 34.

Of-

Ordines, quoad ſuſceptionem eorumdem.

Conſentiente Uxore, Maritus ordinari poteſt. 162. 23.

Ordo ab excomunicato ſchiſmatico, vel hæretico ſuſceptus illicitè dicitur, non tamen invalidè. 8. 34. et 35.

Conjugatus ordines ſuſcipere non poteſt. 161. 19.

Dimiſſoriæ litteræ quando requirantur? 156. 19.

Capitulum ſede vacante concedit dimiſſorias. 156. 18.

Sequuto divortio Maritus rectè ordinatur. 161. 24.

Ordines, quoad ætatem.

In ordinum ſuſceptione locum non habet regula, quod malitia ſuppleat ætatem. 157. 25.

Exponitur nova interpretatione textus *in can. de bis* §. 8. *diſt.* 156. 26.

Ætas ad Tonſuram, et ad minores ordines. 157. 26.

Ordines quoad votum caſtitatis.

Sacro Ordini an ſit annexa caſtitatis obligatio ex voto? 141. 20.

Affirmativa opinio defenditur. 141. 20.

Expenditur *textus in can. integritas* 32. q. 1. 141. 20.

Item interpretatur *textus in can. ut lex* 27. q. 1. 141. 20. § *obiicitur primo*.

Promiſſio caſtitatis expreſsè olim fiebat, et dicebatur conſcriptio. 142. 20. §. *pro coronide*.

De Græcis quoad votum caſtitatis. 162. 22.

Ordines, quoad eorum collationem.

Ordines conferendi ſunt à proprio Epiſcopo. 154. 1.

Ordinatus à non ſuo Epiſcopo illicitè ordinatus eſt. 154. 1.

Ordinatus ab alieno Episcopo eſt ſuſpenſus. 154. 1.

Græci à Latinis an ordinari poſſint? 154. 3.

Ordinatio die dominica facienda. 154. 3.

Alexandriæ quotidie fiebant ordinationes. 154. 4.

Hunc abuſum S. Leo ſuſtulit 154. 5.

Ætas congruens ad Ordines requiritur. 154. 5.

Literatura debita eſt neceſſaria ad Ordines. 154. 6.

Clericus in loco beneficii promoveri poteſt. 155. 17.

Olim Epiſcopus ad varios titulos ordinabat. 162. 27.

Pontifex ſimplici Præsbytero demandare poteſt, ut minores ordines conferat. 155. 10.

Cardinales minores ordines conferre poſſunt. 155. 10.

Romana Eccleſia omnibus ordines confert, qui ſint idonei. 155. 10. §. *etenim*.

Ordines confert Epiſcopus originis. 155. 11.

Innoc. XII. nova conſtitutio quoad Epiſcopū originis. 155. 11.

Epiſcopus Domicilii ordines confert. 155. 12.

EpiſcopusDomicilii poteſt promovere ad alios gradus eum, qui fuerit promotus ab Epiſcopo originis. 155. 13.

Clericus filius Patris in loco officialis, ibi promoveri poteſt. 155. 14.

Clericus relegatus certum in locum, ibi promoveri poteſt. 155. 15.

Scholaris in loco ſtudii promoveri non poteſt. 155. 16.

Ordines, quoad eos qui repelluntur.

Refellitur facinoroſus ab Ordinibus. 162. 29. §. *ergo perjurii*.

Delicta inurentia infamiam repellunt ab ordinum ſuſceptione. 163. 31.

Infamia repellit ab Ordine. 163. 32. *& ſeq.*

Homicida excluditur ab Ordine. 163. 36

Irregularis ordinari non poteſt. 164. 38. *& ſeq.*

Illegitimi ordinari non poſſunt. 164. 51.

Bigami ordinari non poſſunt. 167. 65.

Mulieres ab Ordinibus excluduntur. 167. 70.

Pænitentes ordinari non valent. 167. 70.

Deformes ab Ordine repelluntur. 168. 76.

Mutilati ordinari non poſſunt. 168. 78.

Emaſculati ad Ordines nō admittuntur. 168 79.

Impediti natura repelluntur ab Ordine. 168. 82.

Oſtiarius, Oſtiarii.

Oſtiarii iidem ac Cantores. 150. 50.

Janitores apud Judæos. 150. 30.

Oſtiarii officium Chriſtus Dominus implevit. 150. 31.

P

Pactum futuræ ſucceſſionis.

Pactum futuræ ſucceſſionis eſt contra bonos mores. 10. 38. §. *dictum eſt*.

Interpretatur textus in *cap. conſultationibus de Donat.* de tali pacto futuræ ſucceſſionis. 10. 38 §. *dictum eſt*.

Pactum futuræ ſucceſſionis in Beneficio non ſuſtinetur. 10. 38. §. *dictum eſt*.

In-

Digitized by Google

Interpretatur de tali pacto *textus in cap. acce- dens de conceſſ. præb.* 10. 39. §. *dictum eſt.*

Pactum nudum.

Pactum nudum etiam Jure Canonico actionem non parit. 78. 27.

Ex pacto nudo oritur remedium extraordinarium denunciationis Evangelicæ, & officium Judicis 78. 27. *& ſeq.*

Pænitentia.

Pænitentia duplex, ſolemnis, et publica. 167. 73.

Nunc ſervatur in quadam Civitate Saxoniæ. 168. 74.

Olim publicus Pænitens erat irregularis. 168. 75.

Pallium.

Metropolitanus non recepto pallio non exercet, quæ ſunt Ordinis. 98. 22. §. *probatur* 3.

Quid Pallium ſit? 105. 1. *et ſeq.*

Pallium habet Cruces intertextas. 105. 5.

Tres acus habet. 105. 6.

Pallio olim ſolus Pontifex utebatur. 106. 6.

Elegantes eruditiones de Pallio 106. 9.

Ex qua materia textum ſit Pallium? 106. 11.

Quid repræſentet Pallium. 106. 13.

Quis Pallium impertierit Prælatis? 107. 15.

Quinam Pallium gerant? variæ eruditiones. 107. 16. *& ſeq.*

Pallium non tranſit in ſucceſſorem. 107. 18.

Pallium petendum Pontifici. 107. 21.

Pallium prærequirit Juramentum. 107. 26.

Ritus accipiendi Pallium. 108. 28. *& ſeq.*

De uſu Pallii 108. 32. *& ſeq.*

Patriarcha, quoad appellationem.

Quandonam Patriarcha ſic cæperit appellari, 56. 20.

De Patriarchæ appellatione. 76. 20.

Patriarcharum numerus.

De Patriarcha Alexandrino. 75. 2.

Patriarcha Alexādrinus quem locum occupet? 75. 4. & 76. 11.

Patriarcha Antiochenus quis ſit? 75. 5.

Patriarcha Conſtantinopolitanus. 76. 15.

Patriarcha Conſtantinopolitanus quem gradū honoris habeat? eruditè explicatur. 76. 13.

Patriarcha Hieroſolymitanus. 77. 13.

Patriarchatus hic quando erectus? 77. 14.

Patriarcha, quoad dignitatem.

Patriarchæ Crucem, ante ſe deferunt. 77. 16.

Non deferunt crucem ante ſe in præſentia Legati, aut Cardinalis. 77. 17.

Crux Patriarchalis. 77. 17.

Patriarcha minores.

De Patriarchis minoribus. 77. 18. *& ſeq.*

De Patriarcha Veneto. 77. 20.

Perſona.

Perſona, quid ſit? 58. 2.

Perſona quid ſignificet de Jure civili? 58. 3.

Perſona aliter Jure Canonico accipitur. 58. 3.

Perſonatus.

Perſonatus vox olim incognita. 130. 85.

Perſonatus quid ſit? 130. 87.

D. Petrus, quoad Primatum.

D. Petrus inter Apoſtolos primatum obtinuit. 36. 1.

Variæ auctoritates in contrarium expenduntur. 36. 1.

D. Petrus Romæ fuit. 64. 44.

Plebanatus.

Plebanatus an ſit dignitas? 129. 70.

Plebani reſidentes in Collegiata Eccleſia ſunt in dignitate. 129. 70.

Pignus, quoad Fructus.

Ex pignore lucrum uſura eſt. 10. 38. §. *textus verò.*

Exponitur textus quoad lucrum ex pignore. *in cap.* 1. *de Feud.*

Ex pignore tradito marito in Dotis ſecuritatē idem poteſt percipere fructus. 10. 38. §. *nec vim habet.*

Pontifex, quoad appellationes.

Pontificij nomen olim à Romanis Imperatoribus adhibitum Nicolaus I. ulteriùs adhiberi prohibuit. 5. n. 19. et pag. 64. 9.

Papæ nomen unde tractum? 146. 9.

Papæ nomen olim commune cæteris Epiſcopis. 64. 10.

In Synodo Romana ſtatutum, ut ſoli Epiſcopo Romæ tribueretur Papæ nomen. 64. 10.

Vicarius Chriſti dicitur Pontifex, non Vicarius Petri, elegans ratio. 64. 12.

Dicitur Epiſcopus, Univerſalis, et Patriarcha Occidentis, neque hæc pugnant invicem. 64. 12.

Pontifex, quoad ejus infallibilitatem.

Pontifex in fide errare non poteſt. 30. 12.

Interpretatur textus *in can. nos ſi incompetenter* 11. *q.* 3. 31. 12.

Honorius Papa non fuit damnatus in ſexta Synodo, et declarantur ejus acta Concilii. 31. 14.

Marcellinus verè non fuit Idolatra. 31. 14. & 15.

Liberii Papæ hiſtoria exponitur. 32. 15.

Item exponitur textus *in can. ſanè* §. *Romanorum.* 24. *q.* 2. 31. 15.

Pontifex errare non poteſt, nec ut perſona pri-

privata 37. 24.
Nullus hactenùs fuit Pontifex hæreticus 38. 24.
Nova interpretatio textus *in can. ſi Papa* 40. *diſt.* 38. 26.
Dari non poteſt, ut Pontifex ſit hæreticus, et ſit Pontifex 39. 26. §. *ſed ultra*.
Ut privata Perſona pertinaciter aliquid contra fidem non credet. 39. 26. §. *aliud eſt*.
Pontifex hæreticus non eligitur 90. 1.
Solvitur graviſſima difficultas. 39. 26.
Interpretatur textus in *can. Anaſtbaſius* 19. *diſt.* 39. 27.
Anaſthaſii hiſtoria. 39. 27.
Felicis, & Liberij hiſtoria. 40. 27. §. *ſed perperam*.
Stephani VII. Factum exponitur 40. 27. §. *pro ſolutione*.
Interpretatur textus in *can. de quibus* 20. *diſt.* 40. 29.
D. Petrus quomodo legalia obſervarit ſine lapſu? 41. 31.
Omnia hæc, et alia traduntur in quæſtione luculenter diſcuſſa, an Pontifex ut privata perſona errare poſſit. 40. 29. 30. 31.

Pontifex quoad opinionem.

Quandoque nonnulla, quæ videtur ſtatuiſſe Pontifex, ſunt ejus opiniones. 43. 38.
Exempla pulcherrima hujuſmodi opinionum. 43. 38.

Pontifex quoad conſecrationem.

Pontificis conſecratio non differt à conſecratione Epiſcopi. 104. 26.

Pontifex quoad Primatum univerſalem.

Pontifex Primatum habet univerſalis Eccleſiæ 65. 15.
Probatur hoc exemplis. 65. 15.
Pontifex ſolus œcumenicum, & univerſale ſe dicit. 65. 15.

Pontifex quoad Poteſtatem.

Pontifex in beneficis diſpoticum habet Dominium. 65. 16.
Pontifex ſolus novos erigit Epiſcopatus 65. 16.
Solus Pontifex confert gratias expectativas. 65. 18.
Solus Pontifex ſibi reſervat collationem Beneficiorum. 65. 18.
Pontifex diſpenſat in voto, & in irregularitate. 65. 19.
An Pontifex poſſit diſpenſare in voto, quod Clerici emittunt in ſui ordinatione? Elegātes hiſtoriæ adducuntur. 65. 19.
An Pontifex diſpenſare poſſit in horis canonicis? 65. 21.
Poteſtas Pontificis in temporalibus. 67. 33.
Poteſtas in temporalibus directa, & indirecta. 67. 33.
Directa in Bonis Eccleſiæ exercetur, indirecta erga Laicos, et eorum bona. 67. 34.
Poteſtas Pontificis alia abſoluta, alia ordinaria. 113. 26.
Pontificis poteſtas in beneficiis diſpotica. 186. 36.
Pontifex ſibi ſpolia reſervavit. 186. 36.

Pontifex quoad bona temporalia.

Ab ipſis Eccleſiæ cunabulis rerum temporalium donatio cæpit. 67. 35.
Conſtantinus Romam Silveſtro Pontifici donavit. 67. 35.
Confutantur contradicentes. 67. 35.
Donatio Conſtantini validiſſimè probatur. 67. 35.
Donatio Conſtantini divinitùs facta dicitur. 68. 35.
Donatio Conſtantini fuit per Henricum Imperatorem confirmata. 68. 35.
Donationes aliæ Regum Galliæ. 68. 36.
Donationes Regum Angliæ. 68. 36.

Pontifex quoad Gubernationem. Rerum temperalium.

Pontifex juſtitiam in ſuis ditionibus adminiſtrat. 68. 38.
Pontifex ſuas regit ditiones per varios deputatos. 68. 38.
De Conſiſtorio. 69. 39.
De Auditoribus Rotæ. 69. 40. & ſeq.
De Adminiſtratione Cameræ. 69. 44.
De Auditore Cameræ Apoſtolicę. 69. 44.
De Gubernatore Urbis. 69. 47.
Gubernator Urbis habet merum, & mixtum Imperium. 69. 48.
De officialibus fori Capitolini. 69. 50.

Pontifex quoad Poteſtatem temporalem indirectam.

Poteſtas temporalis indirecta à Pontifice interdùm exercetur in Principes. 70. 53.
Translatio Imperii exemplum eſt hujus poteſtatis temporalis. 70. 53.
Depoſitio Regum, & Imperatorum, aliud exemplum eſt hujus poteſtatis. 70. 54. & ſeq.
An Pontifex de Regnis infidelium diſponere valeat? 70. 57.
Pontifex Imperio vacante Vicarius dicitur. 72. 59.

Poſtulatio.

Poſtulatio quoad electionem Epiſcopi. 94. *in titulo*.

Digitized by Google

Poſtulatio ſupponit inhabilitatem. 95. 1.
Cui nam poſtulatio præſentanda ſit? 95. 2.
Nunc ſolus Pontifex ſuperior eſt. 95. 3.
An omnes poſtulationi debeant conſentire? 95. 4.
Simplex poſtulatio quid ſit? 95. 5.
Poſtulatio ab aula receſſit. 95. 8.

Præpoſitus.

De Dignitate Præpoſituræ. 129. 65.
Præpoſitura quandonam ſit dignitas? 129. 66.
Conſuetudo in hoc plurimum valet. 129. 66.

Præfecti, Prætorio.

Præfectus Prætorio quis nam ſit? 75. 1.
Latè de hoc Magiſtratu tractatur. 75. 1.

Præsbyteratus, Præsbyter.

Præsbyter dicitur in dignitate poſitus. 132. 1. & ſeq.
Præsbyter unde dictus? 132. 11.
Præsbyter in quo differat ab Epiſcopo, eruditè exponitur. 132. 12. & ſeq.
Præsbyter an quotidie celebrare debeat? 133. 16.
Præsbyter infantes baptizat. 123. 18.
Præsbyter baptizatos in vertice linit chriſmate 133. 19.
Præsbyter ex delegatione Pontificis confirmat baptizatos. 133. 28.
Præsbyter conſecrare moniales an poſſit? 134. 29.
Præsbyter an ſuo jure poſſit à minori excommunicatione abſolvere? 135. 32.
Præsbyter excomunicare non poteſt 135. 37.
Præsbyter ſimplex à venialibus abſolvere non poteſt. 137. 44.

Præſcriptio, quoad bonam fidem.

Præſcriptio abſque bona fide non procedit. 9. 38.
Interpretatur de hac bona fide textus in *can. placuit*. 16. q. 3. p. 9. n. 38. §. *quidam*.
Præſcriptio vim habet tituli, & Inſtitutionis canonicæ. 9 n. 38.
Interpretatur textus in *cap. dilecto de V. S.* quoad bonam fidem. 9. 38. *verſ. nec pariter*.
Interpretatur textus alter quoad bonam fidem *in cap. 1. de præſcript.* 9. 38.
Præſcriptionis cum bona fide juſtus titulus eſt, *pro derelicto*. 9. 38. *verſ. ultima reſponſio*.

Primates.

Primas quisnam ſit? 76. 10.
Primates diſtincti ſunt à Patriarchis. 76. 10.
Ipſi Metropolitani olim erant Primates. 76. 10.
Primates Exarchæ quoque dicebantur. 76. 10.

Primiceratus.

Origo Primiceratus. 129. 77.
Primiceri officium enarratur. 130. 79. & ſeq.

Prioratus.

Prioratus an ſit dignitas? 129. 71.
Prior Collegialis non præcedit canonicos Cathedralis. 129. 72.
Prior Collegialis, in Cathedralis choro exiſtens duplici ductu Thuribuli honoratur. 129. 74.
De Prioribus Religioſorum. 129. 75.

Privilegium fori.

Olim ſimplex tonſuratus gaudebat privilegio fori. 147. 15.
Nunc tonſura non ſufficit. 147. 15.
Eccleſiæ ſervitium quale requiratur ad fori Privilegium 147. 16.
Quale ſit Privilegium fori? 147. 16.
Privilegio fori non gaudet Clericus factus poſt citationem Judicis ſæcularis. 161. 16.

Privilegium Canonis.

Quidnam ſit privilegium canonis? 147. 19.
Ad gaudendum hoc privilegio requiſita Concilii Tridentini non exiguntur. 147. 19.
Moniales gaudent privilegio Canonis. 147. 20.

Privilegium.

Cap. Odoardi de Sol.

Privilegium capitis *Odoardi* eſt, ut Clericus non conveniatur niſi in quantum facere poteſt. 147. 21.
Diſputatur, an ad gaudendum hoc Privilegio ſimplex tonſura ſufficiat? 148. 22.
Adducitur declaratio Sacræ Congregationis 148. 22. §. *probatur primo*.
Ratio Privilegii deducto ne egeat. 148. 22. §. *probatur quarto*.
Privilegium deducto ne egeat competit pro actione perſonali. 148. n. 22. §. *pro reſponſione duo &c.*
Eccleſia non gaudet privilegio *cap. Odoardi de Sol.* 148. 22. §. *obiicitur ſecundo*.
Ratio pulcherrima traditur. 149. 22. §. *pro reſponſione non videtur*.
Nova interpretatio textus in *cap. pervenit 2. de Fidejuſſ.* 140. 23.
Clericus non gaudet privilegio deducto ne egeat, in debito ex maleficio. 149. 23. §. *ſed facilis reſponſio*.

Privilegia reliqua Clericorum.

Clericus gaudet privilegio militis. 149. 24.
Bona, quæ in aliis ſunt adventitia, in Clericis ſunt caſtrenſia. 149. 26.
Clerici, invito Patre, teſtari poſſunt. 149. 26.
In Clerici teſtamentis non requiritur ſeptenarius numerus teſtium. 150. 27.

Clo-

Clericus filius agere poteſt ſine conſenſu patris. 150. 28.
Clericus filius ingratus nequit exhæredari. 150. 29.

Privilegium minoris.

Privilegio minoris gaudet Eccleſia, non verò Clericus. 148. 22. §. *pro reſponſione non videtur.*

Profeſſio Religioſa.

De Profeſſione religioſa. 179. 85.
Ritus talis profeſſionis. 179. 85.

Pſalmiſtatus, Pſalmiſta.

Pſalmiſtatus in lectoratu continetur. 151. 36.
Pſalmiſtatus officium. 151. 37.
Pſalmistæ quinam ſint? 151. 40.

Purgatio.

Purgatio vulgaris quidnam eſſet? 11. 39. §. *obiicitur* 8.
Purgationis vulgaris exempla hiſtorica, 11. 39. §. *reſpondetur quod attinet.*
Purgationes vulgares prohibitæ ſunt ex conſuetudine. 11. 39. §. *reſpondetur quod attinet.*

Q

Quatuor Tempora.

Quatuor temporum jejunia. 156. 23.
Calliſtus I. quatuor temporum jejunia inſtituit. 156. 24.
Quatuor tempora olim ter in anno celebrabantur. 156. 24.
Olim ordinationes menſe Decembris celebrabantur. 156. 24.
Quæ variationes ſuper hoc factæ? 156. 24.

R

Religio Religioſi.

Religio Prædicatorum commẽdatur. 172. 11.
De Religione Sanctiſſimæ Trinitatis. 172. 15.
Religio Sanctæ Mariæ de Mercede. 172. 15.
Religio Societatis Jeſu commendatur. 172. 17.
Religio S. Antonii. 173. 19.
Religio Monachorum commendatur. 173. 21.
De aliis variis Religionibus. 173. 21.
Religio incluſarum. 173. 30.
Religio Anemetarum. 174. 31.
Religio à Pontifice approbatur. 174. 33.
Subſtantia Religionis. 174. 34.
S. Philippi Nerij congregatio. 174. 35.
Religioſus teſtari nequit. 174. 39.
Adducitur declaratio Cardinalium. 174. 40.
Regularis donare non poteſt. 175. 41.
Regularis definit eſſe ſub patria poteſtate. 175. 42.
Poſt profeſſionem vacat beneficium. 175. 45.
Religioſi tranſire poſſunt ad ſtrictiorem Religionem. 175. 53.
Quænam ſit ſtrictior Religio? 176. 56. & ſeq.
Quinam Religioſi eſſe non poſsint? 177. 68.
De probatione ante profeſsionem. 177. 71.
Multa de probatione eruditè traduntur. 178. 75.
Profeſſio Religioſa quomodo fiat? 179. 85.
Religioſus intra quinquennium reclamare poteſt. 179. 92.
Religioſi gaudent privilegio canonis. 179. 93.

Renunciatio Epiſcopatus.

Renunciatio Epiſcopatus olim incognita. 113. 31.
Renunciationum exempla. 114. 31.
Cauſæ renunciationis. 114. 32.
Renunciatio requirit Pontificis auctoritatem. 114. 33.
Eruditiones quamplures de hac auctoritate. 114. 35.
Pontifex renunciare poteſt Pontificatui. 114. 35.
Renunciare nemo cogitur. 116. 3.
Exponitur textus in *cap. tua nos de Cleric. agrot.* 117. 5.

Regula Cancellaria.

Origo regularũ Cancellariæ Apoſtolicæ. 45. 4.
Undenam hoc nomen Regulæ acceptum? 45. 4.
Regulæ *de dandis* quænam ſint? 45. 4.
Regulæ de non dandis. 45. 4.
Regulæ omnes cancellariæ recenſentur. 45. 5.

Reſcriptum quid ſit, et ejus partes.

Reſcriptum eſt ad implorantis deſiderium à Principe facta reſponſio. 36. 2.
Partes reſcripti recenſentur. 37. 20.
Prima reſcripti pars conſiſtit in precibus. 37. 20.
Secunda reſcripti pars eſt reſponſio. 37. 21.
Reſcriptum Gratiæ expectativæ. 36. 3.
Reſcriptum diſpenſationis. 36. 4.

Reſidentia in beneficiis.

Ex conſuetudine beneficia ſimplicia reſidentiam non requirunt. 57. 28.

Reſpublica ſpiritualis.

Reſpublica ſpiritualis eſt hominum cætus veræ Religionis profeſſione ſociatus. pag. 3. n. 1.
Reipublicæ ſpiritualis vetuſtas, ibid. n. 2.
Reipublicæ ſpiritualis appellationes variæ. ibid. n. 3.

Reſpublica ſpiritualis ſyſtema fidelium dicitur ibid. nu. 5.
Reſpublica ſpiritualis convenit cum temporali in multis; ibid. n. 7.
In Republica ſpirituali, quænam unitas conſideretur? ibid. n. 9.
A Republica temporali ejecti calamitoſum vitę ſtatum experiuntur; ibid n. 10.
Itemque qui per cenſuras à ſpirituali Republica eijciuntur, miſerrimi ſunt; ibid. n. 12. 13. 14.
Spiritualis Reip. fundamenta quænam ſint? 5. nu. 10.

Reſtitutio.

Niſi reſtituatur ablatum, peccatum non dimittitur. 11. 39. §. *obiicitur* 7.
Interpretatur textus, de hac reſtitutione in *cap. officii de pænit.* 11. 39. §. *obiicitur* 7.

S

Sacerdotium legale.

SAcerdotium legale morte Chriſti ceſſavit. 17. 18.
Sacerdotium Aaronis eſt Sacerdotium legale. 17. 18.
Sacerdotium Aaronicum per obitum Chriſti ceſſavit. 17. 8.
In Lege naturæ percelebris fuit Sacerdos Melchiſedech 17. 18.
Sacerdotium Melchiſedech morte Chriſti D. non ceſſavit. 18. 18.

Sacerdos.

In mortis articulo Sacerdos ſine Epiſcopi permiſſu poteſt abſolvere. 133. 27.

Sacriſta.

De Officio Sacriſtæ. 130. 81.
Quæ differentia inter Sacriſtam, & Acholitum? 130. 82.
Illuſtriſſimus D. Antonius Maria Salvinius Græcarum literarum in Florentina Univerſitate Profeſſor laudatur. 101. 70.

Sanctorum dicta Jus conſtituunt.

Sanctorum Patrum ſententiæ pro Jure habentur. 44. *in textu.*
Leonina conſtitutio de Sanctorum dictis. 45. 1.
Quinam ſint Sancti Patres, quorum dictis ſit deferendum? 45. 1.
Lutherani auctoritatem Sanctorum Patrum convellere nituntur 45. 2.
Tres aſſertiones de dictis Sanctorum. 45. 3.
Sancti ſimul omnes in Fidei dogmate errare nõ poſſunt. 45. 3.
Unius, vel duorum Patrum auctoritas probabile non firmum præbet argumentũ. 45. 3.
Sanctorum auctoritas in rebus Phyſicis certum argumentum non ſuppeditat. 45. 3.

Servitus.

Hæretici capti in bello à Catholicis Servi non ſiunt. 58. 5.
Servitus quandonam inter Chriſtianos fuerit abrogata? 58. 7.
Servitus ceſſavit, prout olim accipiebatur, poſt Friderici ſecundi tempora. 59. 7.
Servitus in Belgio quando ceſſaverit? 59. 7.
Servi verum contrahunt matrimonium Jure Canonico 59. 7. §. *probatur* 1.
Servi Jure Canonico quandoque dignitatem obtinent. 59. 7. §. *probatur*. 1.
Servorum functiones in Eccleſia. 59. 8.
Servus Judæi ab ipſo circumciſus evadit liber. 59. 9.
Servus Judæi volens baptizari evadit liber. 59. 9.
Servus ordinatus ad Sacerdotiũ ſit liber. 59. 9.
Servus teſtari poteſt ad pias cauſas. 59. 10.
Servus bona ſibi acquirit. 59. 10.
Servi inſtar Dominorum gaudent privilegio fori. 59. 10.
Interpretatur textus in *can. ult.* 33. q. 4. 60. 11.
Servi non poſſunt ordinari. 160. 1.
Servi ordinati liberi ſiunt. 160. 7.
Servi ordinati manumiſſi cenſentur. 160. 7.
Sicut de Jure civili tollitur ſervitus per Jus aureorum annulorum; ità per Ordines. 160. 8.
Servus contradicente Domino ordinatus, manet ſervus. 160. 9.
Servus repetitus à Domino degradatur. 160. 10.
Licentia Domini ad ordinationem ſervi erat conditionata. 161. 11.
Epiſcopus ordinans ſervum ad ſacrum gradũ, ſi ignoret conditionem, unum Servum reſtituet, ſi ſcit duplicem. 161. 11.
Refellitur Gibalinus. 161. 3.
Exponitur textus in *can. qui aut Leges.* 5.

Simonia.

Simoniæ pæna quoad inhabilitatem ad Beneficia non eſt uſu recepta. 57. 33.

Spolium.

Acquiſita per Clericos negotiatores cadunt ſub ſpolio. 185. 33.
Spolium quid ſit? 185. 34.
Pontifex ſibi ſpolia reſervare potuit. 186. 36.
Spolia etiam extra caſum punitionis ærario Pontificio accreſcunt. 186. 39.

Spolium ut locum habeat, beneficium excedere debet congruam ſuſtentationem. 186. 41.
Diſtributiones ſub ſpolio non cadunt. 186. 41.
Acquiſita à non reſidentibus cadunt ſub ſpolio. 187. 44.
Si per Simoniam fuerit beneficium acquiſitum, Spolio locus eſt. 187. 44.

Spurii quoad ſucceſſionem.

Ex conſuetudine ſpurii non excludūtur à ſucceſſione matris. 57. 30.
Spurii ex rigore Juris excluduntur à ſucceſſione. 57. 30.

Subdiaconatus, Subdiaconi.

Subdiaconatus etiam ante Urbanum Secundū ordo ſacer fuit. 144. 16.
In Sicilia caſtitas ſubdiaconis injungebatur ante Urbanum ſecundum. 141. 17.
In aliis locis varium jus erat. 141. 18.
Urbanus ſecundus omnes Subdiaconos ad caſtitatem obligavit. 141. 19.
Subdiaconatus uſus ab Eccleſia introductus. 142. 21.
Subdiaconatus officia traduntur. 143. 22.
Exponitur textus in *can. Valentinianus diſt.* 63. 143. 14.

Subhaſtatio.

Subhaſtatio in alienatione rerum Eccleſiaſticarum neceſſaria non eſt. 57. 31.

Succeſſor, quoad debita prædeceſſoris.

Succeſſor, ſi debita verſa ſunt in privatam utilitatem, ad ea non tenetur. 11. n. 39. §. *ultimo tandem.*
Succeſſor ſi debita reſpiciunt Eccleſiæ utilitatem tenetur. 11. 39. §. *ultimo tandem.*

T

Taberna.

Clericus tabernas aſſiduè ingredi non poteſt. 187. 51.
In itinere excuſatur. 187. 51.

Tabaccus.

De Tabacco multa eruditè traduntur. 187. 54.
Clericis an Tabacchi uſus prohibeatur? 187. 53.

Talionis pœna.

Pœna Talionis non eſt in uſu. 57. 32.

Tentare Deum.

Tentare Deum eſt culpa gravis. 11. 39. §. *obiicitur.* 8.
Interpretatur textus ſpectans ad hanc tentationem in *can. qui presbiterum.* 17. q. 4. 11. 39. §. *obiicitur* 8.

Teſtamentum quoad actum illud conficiendi.

Teſtamentum ſine ſeptem teſtibus valet. 9. n. 38.
Interpretatio textus *in cap. cum eſſet de Teſtamentis.* 9. 38.
Jure Canonico in teſtamentis conficiendis major numerus duobus non excluditur. 9. 38.
Clerici in Hiſpania, et Gallia liberè teſtantur. 186. 39.

Teſtamentum, quoad executionem.

Actio ad executionem in utroque foro intentari poteſt. 81. 54.
Eſt locus præventioni quoad executionem teſtamenti. 81. 54.
Excellentiſſimus D. Tillius Profeſſor Botanicæ in Piſana Univerſitate, laudatur. 188. 56.

Tonſura.

Tonſurati ſimplices, non deferentes tonſuram non per hoc beneficiis privantur. 56. 24.
Tonſura an ſit ordo? 146. 2.
Tonſura triplex apud Græcos. 146. 3.
Tonſuræ origo. 146. 7. & ſeq.
Variæ de Tonſura eruditiones. 146. 9.
Olim Tonſura erat in crucis modum. 146. 10.
Per Tonſuram mutatur ſtatus. 147. 11. & ſeq.
Tonſurati gaudent privilegio fori. 147. 13.
Jure recentiori alia exiguntur requiſita præter tonſuram ad tale privilegium. 147. 15.
Tonſuram Clericus deferre debet. 183. 17.
Coma ficta Clericis prohibita. 183. 19.
Multa eruditè de ficta coma traduntur, & aliqua novitate. 184. 20. & ſeq.

Traditio quid ſit?

Traditio quid ſit? 52. 1.
Traditionis uſus in omni Republica. 52. 2.
Eruditiones de traditionibus. 52. 3.

Traditio quotuplex ſit?

Traditiones Divinæ. 52. 4.
Ex traditionibus Canones Apoſtolorum habemus. 52. 4.
Exempla traditionum Apoſtolicarum. 52. 4.
Epiſcopalis traditio quid ſit? 53. 5.

Translatio Epiſcopi.

Olim translatio admodum rara. 111. 3.
Quis primus translatus fuerit? 111. 3.
Translatio eſt de majoribus cauſis 111. 4.
Declaratio S. Congregationis adducitur. 111. 7.
Translatio ſine aſſenſu Pontificis pœnam meretur. 111. 8.

Qui

Qui temerè tranſlatum recipiunt, privantur facultate electionis. 111. 9.
Tranſlatio olim per Synodum admittebatur. 112. 19.
Diſputatur, an Pontifex invitum Epiſcopum transferre valeat? 112. 20. & ſeq.
Ex cauſis tranſlationis una eſt cauſa utilitatis. 113. 27.
Exempla tranſlationis ex cauſa utilitatis. 113. 28.
Cauſa etiam eſt neceſſitas. 113. 29.
Neceſſitas conſideratur ex parte loci, & ex parte populi. 113. 30.
Tranſlatus ad Religionem redire ad Epiſcopatum non poteſt. 113. 30.

V

Vicarius.

Quis ſit Vicarius? 126. 30.
Pontifices habebant Vicarios ſuos. 126. 31.
Vigilius Papa ſuum Vicarium conſtituit per Gallias Auxicanum Epiſcopum. 126. 32.
Sapaudus Arelatenſis Vicarius Papæ. 126. 32.
Vicarius Romæ quid poſſit? 126. 32.
Vicarius Romæ nunc eſt Cardinalis. 127. 33.
Vicarius non diſpenſat in irregularitate. 127. 33.
Matrimonii denunciationes remittere Vicarius non poteſt 127. 35.
Vicarius non poteſt literas dare dimiſſorias ad Ordines. 127. 36.
Speciale mandatum quibus in caſibus requiratur pro auctoritate Vicarii? 127. 37.
Sine ſpeciali mandato non poteſt inquirere in delictis. 127. 37.
Sine ſpeciali mandato non poteſt conferre beneficia. 127. 37.
Sine ſpeciali mandato non poteſt inſtituere. 127. 38.
De Vicario in Spiritualibus. 127. 39.
Vicarius an ſit ordinaria Iuriſdictione præditus, vel potiùs delegata? 127. 41.
Vicarius idem habet Tribunal cum Epiſcopo. 128. 48.
Vicarius Foraneus diverſum habet Tribunal. 128. 49.
Vicarii plures generales eſſe poſſunt. 128. 50.
Vicarius Capitularis. 128. 51.
Vicarius Parochi. 128. 52.

Votum.

In Voto Pontifex diſpenſat. 20. 26. §. difficiliùs.
In Voto quomodo facta diſpenſatione non lædatur Jus naturæ? 20. 26.

Uſura, quoad pactum de ea lucranda.

Uſuram in pactum deducere non licet. 10. 38. §. qui verò ſequitur.
Interpretatur textus, quoad tale pactum in cap. debitores de jurejur. 10. 38. §. qui verò ſequitur.

Uſura quoad Clericos.

Uſuræ Clericis prohibitæ. 184. 23.
Clerici Uſurarii degradantur. 184. 23.
Clerici Uſurarii à Beneficio ſuſpendũtur. 184. 23.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

BNCF
B.14. .1/1